Del Conte Della Motta Emiliano.



Sc. O p. IX nel p.n. 41

AMMINISTRAZIONE DELLA PROVINCIA
DI TORINO
BIBLIOTECA
MS. - b - 14

Martinus

Martinus.

anno 1244.

PROVINCIA DI TORINO
BIBLIOTECA

1. Demum hoc anno 1244. Canonici Vercellenses, concordibus suffragiis, et summo omnium plausu, in Episcopum Vercellarum elegerunt Martinum Advocatum Civem Vercellarum, et Praepositum Sancti Eusebii, fratrem Ruffini Advocati, iam Vercellarum Potestatis, de quo pluries in superioribus Chartis; Virum omni virtutum genere ornatissimum, et Ecclesiae partibus addictissimum. Eum ja Steph. Ferrer. de Ep. Vercell. fol. 190. appellata Episcopalis Curae Cultorem vigilantissimum, pauperum, viduarum, orphanorum, Populique Vercellensis vere Patrem.

2. Statim ab initio Episcopatus, totus incubuit, ut depravatos Cleri eorum mores reformaret, quod effecit, teste eodem Ferrer. cit. fol. 190. Sinodo habita, hoc eodem anno, in qua sapientissimis, et illi tempore accomodatissimis Decretis (quae interiisse, plurimum dolemus Ecclesiasticae disciplinae, et religionis iacturas, paulisper re.... #

3. Deinde conversus ad Ecclesiae suae iura, seu tuenda, seu restauranda, tantum abest, ut alienationes factas tempore inter pontificatus ab Gregorio de Monte Longo approbaverit, quod imo totis viribus eas instituit oppugnare. Hinc Bugellas, Masseranum, Andurnum, Crevacorium, Montemcaprellum, aliaque castra, et oppida, a Communi Vercellarum occupata, qua censuris, qua armis, Ecclesiae suae restituit. Cuius de re fidem faciunt vetera statuta, quae leguntur in libro statutor. Commun. Vercellar. ut sequitur.

Lib. 7. tit. Quod Potestas teneatur de iurisdictione Dni Epi habenda, fol. 148., ibi „ Item quod Potestas teneatur omni

---

\# Erasa in originali verba vel verborum partes hisce, quae vides, punctis indicantur.

~~Interponit Ipsi~~

Martinus

„ omni modo facere, quod Commune Vercellar. habeat iurisdic-
„ tionem omnium terrarum, et locorum, quas et quae tenet
„ Dnus Epus, et Eclesia Vercellensis, secundum modos, et formas,
„ qui, et quae in instrumentis de acquistis iurisdictionis prae-
„ dictae aquirendae, traditis a Petro de Albano, continentur. Ita
„ quod inde licentiam accipere non possit consilio Credentiae,
„ vel Arengi, vel alio modo, quominus teneatur ita facere,
„ quod Commune Vercellar. plene habeat praedictam
„ iurisdictionem circa Padum, et iurisdictionem Casalis Sancti
„ Evasii. „

„ Item teneatur facere, et curare, quod Commune Ver-
„ cellar. habeat plenam, et integram iurisdictionem super
„ homines, et Loca Epi, et Epatus Vercellar. „

• Et ibidem fol. 184. tit. de recuperanda iurisdictione
quae occupata ~~tenetur~~ tenetur communi Vercellarum, per Rectores
Eclesiae Vercellar.

„ Item quod Potestates Praesentes, et futuri teneantur praecise
„ dare operam cum effectu, quod Loca, et terrae Bugel-
„ lae, Andorni, Crepacorii, Montiscaprelli, et aliarum terra-
„ rum, et Locorum, de quibus facta fuit venditio Com-
„ muni Vercellar. per quondam bonae memoriae Dnum
„ Gregorium de Monte Longo, tunc Sedis Apostolicae Le-
„ gatum, recuperentur modis omnibus, per omnem mo-
„ dum, et viam rationabilem, et iuris remediis congruis,
„ et opportunis. „

Scribit Modena in Hist. Ms.ta ad hunc annum 1243.
citatis Chartis Archivii Civitatis, quod occasione praefa-
tae venditionis, bellum domesticum, Martinum Epum
inter et Commune Vercellar., imminebat, ni Mediola-
nenses intercessissent, qui alienationes utpote irritas rescin-
di, omniaque Epo reddi mandarunt.

4. Hoc anno Astenses quoque et Alexandrini, deserto Frederi- Marterruy
co, Foederi Lombardico accessere. Fredericus videns omnes
fere Italiae Populos, et Principes a se abalienari, accepto
ex vexatione intellectu, ad componendam cum Ecclesia pa-
cem animum adiecit, et missis ad Pontificem Legatis,
iuramento se obstrinxit, omnibus eius mandatis pariturum.
Mox tamen ad pristinam vesaniam rediens, cum Pon-
tificem dolo intercipere decrevisset, iste re cognita Ian-
uam fugit, et inde per Astensem Agrum, Secusiam Prae praetervectus
tervectus, valida armatorum manu a Marchionibus Mon-
tisferrati, et Del Carretto immissa stipatus, Lugdunum felici-
ter pervenit, anno ad exitum vergente.

5. Anno 1245. Innocentius IV. Concilium Generale, quod iam
Gregorius IX. indixerat, Lugduni habuit, cui interfuere plus-
quam 140. Epi, et inter eos, Martinus noster. Ibidem die
17. Iulii, Fredericus, cum citatus parere recusasset, tandem
plurium nefandorum Criminum reus, ab Ecclesia, diris
devotus, eiectus est, atque Regio, Imperatorioque nomine
privatus. Quare Fredericus, ira furens, Taurino, ubi nun-
cia accepit, rapto agmine contra Mediolanenses, quos sem-
per sibi infensos et Ecclesiae addictissimos noverat duxit,
sed ab iis male acceptus, Papiam regressus est. Ibi Mar-
chiones Montisferrati, Cevae, et Carrete, nec non Alexan-
drinos, ab Ecclesiae partibus avulsos, iterum sibi conci-
liavit; et inde omnis circumjacentis regionis, oppida, po-
pulosque, qui ab Ecclesia stabant, fide diripuit. Hac in
expeditione fortassis, Verruae, et Bugellae Castra quorum
meminit Epitaphium Martini, infra proferendum, de-
predatus est.... a Mediolanensibus, sociisque iterum male
habitus, Lombardiam .... et dimisso exercitu, die 12.

Mass. Auct.

Novembris in Tusciam, se recepit. Murator. in annal. ad hunc annum, ex auctoribus fide dignis...

6. Anno 1246. Henricus Advocatus, Vercellensis, Potestas Mediolani, Vercellensium, et Novariensium, nonnulla statuta condidit.... ~~[illegible]~~ non liceret Mediolanensibus, arcem aliquam, seu castrum, in territoriis Vercellarum, et Novariae excitare, neque aliquem ex Vercellensibus, et ~~Mediolanensibus~~ Novariensibus habere pro obside. Denique a Vercellensibus et Mediolanensibus rursum in foedus, juratum est, tradito denuo ad invicem, iure mutuo Civitatis. Haec constant ex pluribus Chartis Archivii Civitatis 29. Martii, 13. 16. 24. et 28. Aprilis. Martinus, qui dicitur Electus Vercellens., Bros Camutinum et Nicolaum de Crevacorio, atque Rolandum de Buronzio, omnium jurium, quae Ecclesia Vercellens. habebat in Castris, et districtibus Crevacorii et Buronzii, ~~instituit~~ investivit, recepto ab iis vicissim fidelitatis juramento. Hoc nos docet charta eiusdem Archivii diei 24. Maii. Bisciona Tom. II - fol. 317.

7. Anno 1247. Fredericus relicta Apulia, in Lombardiam pacifice se contulit, et inde Taurinum profectus est, ubi cum Comite Sabaudiae, ait Petrus de Curbio in vita Innocentii IV, et aliis quibusdam Baronibus sibi adhaerentibus, nequiter machinans contra summum Pontificem, ~~ipsum~~ ubi Lugduni circumvenire fraudulentissime proponebat. Narrat Matthaeus Paris, quod Fredericus dum ibi ageret, Castrum Ripulorum (quod supra vidimus a Vercellensibus, quorum erat, Bonifacio Montisferrati Marchioni in custodiam traditum) Amedeo Comiti Sabaudiae, dono dedit, et quod Thomae Amedei fratri, ~~f...~~ filia nuptum locata, idem in dotem assignavit

Taurinum, et Vercellas, cum locis adiacentibus, ut Pontifici, et asseclis, in Italiam ingressum prohiberent. Itemque Large erogabat quae sua non erant. Verum cum accepisset Parmam ad Pontificem defecisse, regredi coactus est. Ergo Parmam validissimo exercitu instructus advolans, cum vi non posset, eam obsidione, et fame domare decrevit, ibique castra sua sic communivit, ut speciem urbis exhiberent, cui propterea victoriae nomen dedit, infausto quidem nomine. In arcto res Parmensium positae erant, omni ingressu et egressu prohibitis. Gregorius a Monte Longo, saluti fuit, eoque duce Vercellenses pariter utilem operam Ecclesiae navarunt, teste Corio ad hunc annum. Nam cum urbem subsidiis annonae, et militum intromisisset, Parmenses iis freti, eruptione facta, Friderici exercitum magna affecerunt clade. Et sic aliquanto obsidionis onus allevatum est. Aliam etiam expeditionem adversus Fridericum Vercellenses feliciter confecerunt. Nam narrat Sigonius quod hoc anno Marchio Montisferrati, assumptis Vercellensibus, Taurinum incursu subito cepit. Oportet quod Marchio ad Partes Ecclesiae rursum transierit.

8. Anno 1248. Parmenses validiori eruptione facta Friderici Castra, seu Victoriae urbem aggressi, diripuerunt, Fridericianis qua caesis, qua in fugam actis, qua in captivitatem adductis. Fridericus omnibus spoliatus ignominia, et furore plenus, Cremonam concessit. Scribit Modena in Hist.a Ms.a ex citatis monumentis Archivi Civitatis, quod Vercellenses Fridericum profugum Vercellis excepere: et quod is ibidem deinde auxilia quae undique ex Italia, et Germania contrahi mandaverat, opp-

Martinus.

1250.

genius, commoratus est usque ad annum 1250. Et equidem Vercellis adhuc erat die 2. Januarii anni sequentis 1249., ut ex documento infra proferendo. Narrat Murator. in Annal. ex Caffaro Annal. Genuen. aliisque scriptoribus coaevis, quod hoc ipso anno 1248. Vercellenses (quo fato nescitur) ad Frederici obedientiam redierunt, et quod Fredericus usque Astam pervenit, totaque hyeme in Lombardia constitit.

9.. Hoc anno 1248 cum Abbas S. Nazarii de Blanderate, asserens se exemptum a jurisdictione Epi Vercellensis, renuisset congruum pensionis subsidium conferre praecomprensis a Martino Epo factis, occasione concilii Lugdunensis, iterum subjectus Epo Vercellensi declaratus est, et petitam pensionem solvere coactus, sententia quam in Archivio Eptus statim do.

" Anno Dnicae Incarnationis MCCXLVIIj. indictione VI., ", die Sabbathi p° ~~Martii~~ intrantis Augusti. in Canonica ", S. Gaudentii Novariensis. Coram D. Guala Brusato Nova= ", riensi Preposito, delegato Dni. Gregorii de Monte Longo ", Apostolicae sedis Legati. Causa vertebatur inter Dnum ", Martinum Dei gratia Vercellens. Electum, sive Guidottum custo= ", dem S. Mariae Novariens., Procuratorem, sindicum, et Acto= ", rem ejusdem Dni Electi . . . . ex parte una, et Abbatem, ", et conventum Monasterii S. Nazarii de . . . . sive ", Dnum Philippum Boria, nominatum sindicum, et ", Procuratorem eorundem, nomine ipsorum, ex alia. De ma ", Delegatione . . . . literas Dni Legati predicti, ", sigillo cereo ipsius Dni Legati sigillatus, tenor et forma ", quarum talis est

" Gregorius de Monte Longo Dni Papae, et Aposto= licae

„sedis Legatus. Dilecto in Cristo Fratri Gualae Brusati, Prepo-
„sito Novariensi, salutem in domino. Cum Venerabilis in
„Cristo Pater Vercellens. Electus, Abbati, et Conventui S. Na-
„zarii de Blanderate, suae Diaeesis, moderatum provisio-
„nis subsidium, praetextu expensarum, quas apud Lugdu-
„num ad Generale Concilium evocatus, fecisse dignoscitur,
„duxit imponendum, illudque ipsi tamquam immise-
„ricordes filii ad eumdem Electum spiritualem Patrem ipso-
„rum, compassionem aliquam non habentes, solvere contra-
„dicant; discretioni tuae praesentium auctoritate manda-
„mus, quatenus, si tibi constiterit ipsorum Abbatis et Con-
„ventus Monasterium Eidem Electo, immediate subesse,
„ipsos ad solutionem in integrum provisionis ipsius
„per censuram Ecclesiasticam, studeas coarctare. Dat. in
„ Mediolani iij. Nonas Novembris ....; et in qua causa
„datus fuerat Libellus in hac forma, tenor et forma
„ cujus, talis est, et sic incipit.

„ Coram vobis Dno Praeposito Novariens., Delegato Dni
„Gregorii de Monte Longo Apostolicae sedis Legato, conque-
„ror ego Guidottus Custos Sanctae Mariae Novariens. no-
„mine Dni Nostri, Dei Gratia Vercellens. Electus, cujus
„Sum Procurator, sindicus, sive Actor, de Abbate, et Con-
„ventu S. Nazarii de Blanderate Vercellens. Diaecesis, et
„peto praedicto nomine, quatenus auctoritate vobis a Dno
„Legato commissa, compellatis eosdem, quod dentur, et
„solvantur praedicto Dno Electo, librae decem Papiens.
„quas ipse Dnus Electus imposuit, et ab eis Charita-
„tive petiit propter onera expensarum quas fecerat
„in eundo apud Lugdunum ad Curiam Dni Papae,
„et ibidem morando, et redeundo ab ea, ad concilium

Marchesi.

„vocatus. Et hoc dico debere fieri ex causa praedicta, et quia
„dictum Monasterium, situm est in Diocesi Vercellensi, et
„Ecclesiae Vercellensi subiectum; et hoc peto cum expensis
„factis, et faciendis quas tempore sententiae declarabo, salvo
„iure ipsius Dni Electi contra ipsos, et alios principaliter
„competente. Datus est libellus iste MCCXLVij. die Mercurii
„xvij. Mensis Iulii, allegando et dicendo idem Guidottus, quod
„dictum Monasterium erat situm in Diocesi Vercellensi,
„et quod dictus Dnus Electus, vocatus a Summo Pontifice, seu
„ab Archiepiscopo Mediolanensi, pro eo iverat ad Sy=
„nodum generalem factam apud Lugdunum per Dnum
„Innocentium IV. Summum Pontificem, et quod dictus
„Dnus Electus imposuerat et petierat a dicto Monaste=
„rio pro expensis factis per ipsum Electum in eundo,
„et stando, et redeundo apud Lugdunum in ipsa Syno=
„do, pro parte dicto Monasterio contingente, libras decem
„Papiens; et hoc dicebat se probasse per confessionem dicti
„Sindici, et per literas Summi Pontificis; et per literas Ar=
„chiepi praedicti, et per Instrumentum impositionis, quare di=
„cebat quod dictum Monasterium, Sindicus, Abbas, et con=
„ventus erant condemnandi versus ipsum Guidottum, no=
„mine ipsius Dni Electi, seu versus ipsum Dnum Electum
„in praedictis libris decem Papiens. Ad quod respondebat
„dictus Sindicus nomine ipsius Monasterii, quod dictum
„Monasterium Abbas, et conventus, seu ipse Sindicus pro
„eis, volebat, nec debebat, nec debet dare praedictas libras
„decem Papien, supradicto Dno Electo, sive ipsi Gui=
„dotto, nomine ipsius, et ab eius petitione erant ipse
„Sindicus pro ipso Monasterio, et ipsi Monasterium, et
„Abbas, et Conventus absolvendi principalibus ratio=

nibus

„rationibus, quia dicebat etsi constaret dictum Monasterium
„esse in Diocesi Vercellen. allegabat dictum Monasterium
„esse exemptum per Summum Pontificem a iurisdictione
„Episcopi Vercellen, et dicebat dictum Monasterium, Abba-
„tem et Conventum eumdem stetisse in libertate, et non
„fecisse aliquid pro Ecclesia et Epo Vercellen, spatio de-
„cem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexa-
„ginta, septuaginta, octoginta annorum, et plus tantum,
„quantum constat memoria, et hoc dicebat se probasse
„per quoddam scriptum ..... privilegium esse dicebat;
„quod non confitebatur dictus Guidottus ....starent praedicta
„dicebat ipse Guidottus, praedicta non ...... Ecclesiae
„Vercellen, cum alias pronuntiatum fuerit in.....
„... Vercellen ex parte una, et dictum Monasterium
„ex alia, quod Abbas, et Conventus dicti Monasterii im-
„pendant debitam obedientiam et reverentiam, quam prae-
„stat Monasterium non exemptum, suo Diocesano Epo;
„istud dicebat se probasse per instrumentum sententiae.
„Haec et alia allegabantur ab utraque parte.

„Unde dictus Dnus Guala Prepositus Novariae, Delegatus, visis,
„et auditis hinc et inde propositis, testibus, Instrumentis, actis Publicis, et
„cartulis ab utraque parte productis, habito consilio plurium
„sapientum, quod in praesentia partium fuit obtentum,
„et lectum per me infrascriptum Notarium, non vitia-
„tum, et tribus sigillis cereis eorumdem sapientum, sine cor-
„rosione, et cum integritate sigillatum, cujus forma et tenor
„talis est:„ ——

„—— In nomine Dni Amen. Super quaestione, quae
„vertitur inter Guidottum Custodem Sanctae Mariae Novar-
„iae, Procuratorem sindicum vel actorem Dni Martini, Dei gratia Vercel-
lensis

Verbum.

„Vercellensis Electi, nomine ipsius, ex parte una, et Philippum
„de Bocca, nominatum Sindicum, et Procuratorem Abbatis,
„et conventus Monasterii S. Nazarii de Blanderate, nomine
„ipsorum, ex altera, coram Dño Guala Brusato Novarien̄
„Praeposito, Delegato a Dño Gregorio de Monte Longo, Apos-
„tolicae sedis Legato, consilium sapientum in concordia
„tale fuit. —— Dixerunt enim, viso tenore rescripti ipsi-
„us Legati, visis etiam et auditis petitionibus, responsionibus,
„positionibus, dictis testium, Instrumentis, allegationibus,
„et rationibus utriusque partis, dictum Philippum, Sindi-
„cum Monasterii supradicti, et per ipsum Sindicum,
„ipsum Monasterium fore condemnandum, versus dic-
„tum Dñum Electum, sive Procuratorem suum no-
„mine ipsius Dñi ~~Legati~~ Electi, ad provisionem sive
„auxilium impositum ipsi Monasterio per Electum praedic-
„tum integre persolvendum. Unde ipse Dñus Delegatus,
„ipsum Sindicum Monasterii supradicti, et per ipsum
„monasterium praedictum condemnavit per sententiam
„in scriptis latam, in libris decem Papien̄, petitis in li-
„bello, ipsi Dño Electo, vel Procuratori suo nomine, ejus
„persolvendis infra triginta dies proximos, pronuntiavit,
„et per sententiam in scriptis latam, condemnavit dic-
„tum Dñum Philippum sindicum nominatum dicti
„Monasterij, Abbatis et Conventus, nomine eorumdem
„Monasterii, conventus, et Abbatis et per ipsum Dñum
„Philippum, ipsos Monasterium, conventum, et Abbatem, ut
„dent et solvant infra triginta dies proximos supradicto
„Dño Guidotto, nomine praedicti Dñi Electi, seu ipso
„Dño Electo, praedictas libras decem Papien̄, petitas in Libel-
„lo, per ipsum Dñum Electum, seu per ipsum Guidot-
„tum, nomine ipsius Dñi Electi, Praesentibus testibus, Ma-
gistro

"Magistro Petro Praeposito Insulae, et Presbytero Philippo Subitore, et
"Magistro Petro Vitali, et Magistro Ugone de Cavalliano, et Obizo
"de Cavagnolo, omnes Canonici Sancti Gaudentii Novariae,
"existente Potestate Communis Novariae Dño Arnaldo de Man-
"dello. Ego Antonius Fasolus Notarius, filius quondam Petri
"Fasoli, hanc sententiam abbreviavi, scripsi, et subscripsi."

" A. D. I. MCCXLVIIJ. Indictione VI. die Sabbathi, p.°
"intrantis Augusti, in Canonica S. Gaudentii Novariae, coram
"Dño Guala Brusato Novariae Praeposito, Delegato Dñi Gre-
"gorii de Monte Longo Apostolicae Sedis Legati, Dñus Phi-
"lippus de Bocca, nominatus Sindicus, et Procurator Abbatis et
"Conventus Monasterij S. Nazarii de Blandrate, nomine, ∴
"quorum, dicens et sentiens se, et ipsos Abbatem, et Conventum
"ipsius Monasterii esse aggravatos a sententia hodie data per
"praedictum Dñum ~~Gregorium~~ Praepositum, et abbreviata per
"me infrascriptum Notarium, inter ipsum Sindicum nomine
"supradictorum Abbatis, Conventus dicti Monasterii ex parte
"una, et Dñum Martinum Electum Vercellen, sive ejus
"nomine Guidottum Custodem S. Mariae Novariensis Procura-
"torem, sindicum et Actorem ejusdem, ex alia parte, dicen-
"=do, et allegando male esse pronuntiatum, appellavit ad
"Summum Pontificem, petens Apostolos, et literas dimissorias
" .... cum instantia. Ibidem supradictus Dñus Praeposi-
"tus praecepit .. p.redicto ... = ~~cto~~ Dño Philippo, ut infra diem
"Nativitatis S. Mariae proxime debeat repraesentare coram
"Dño PP. et prosequere ibidem dictam appellationem vel de
"ea uti. Unde plura Brevia fieri ~~...~~ rogaverunt pro...
" . . . . . . Magistro Petro Proposito Insulae, et Presbytero
"Philippo Rubatore, et aliis, existente Potestate Communis No-
"variae Arnoldo de Mandello. Ego Antonius Fasolus Nota-
"rius filius quondam Petri Fasoli, haec abbreviavi, scripsi et
subscripsi.

Martini.

"et subscripsi."

Sententia cujus supra meminit Guidottus Procurator Dñi Martini Epi, est quam retulimus in Ugone at.° 82. Porro Appellatio haud quaquam introducta fuit; sed Abbates tum Regulares, tum commendatarii, deinceps absque contradictione, et Monasterium plene subiectum in omnibus agnoverunt Epo Vercellensi: et Epi Vercellenses pacifice perrexerunt ius dicere Abbatibus, Monasterio, Ecclesiae, et Clericis eiusdem, usque ad annum 1755. Hoc anno 1755 Dñus Vincentius Philippus Confalonerius, Abbas Commendatarius eiusdem Monasterii, antiquum ius exemptionis praesumptum suscitavit. Verum Causa ad Concilii Congregationem delata, prodiit sub 9. Julii eiusdem anni decretum cum clausula, et amplius non proponatur, quo omnimoda subiectio erga Epum Vercellensem, Abbatis, Monasterii, Ecclesiae, et Clericorum confirmata fuit. Qua de re plenius dicam suo loco. Pro nunc cam innuisse sufficiat.

10. Eodem anno 1248. Marchio Manfredus Lancea in urbem revocatus, Bicherios, et Comites Caballiacae, qui olim ob favorem Friderico praestitum, urbe pulsi, et banno maletolte fuerant, restitui curavit. Extat in Archivio Civitatis Charta diei 31. Julii huius anni, in qua mandantibus Nicolao Abbate Nicolai Carzaria, Ardicione, Ivaelio, et Antonio Papardo, Rectoribus Civitatis, capatur omne bannum latum a Dño Gullielmo de Sorresina, olim Vercellarum Potestate, contra praedictos Bicherios, et Comites Caballiacae, qui ibidem dicuntur stati (?) durati proinimique, mandato Communis Vercellarum.

11. Anno 1249. mense Januarij Fredericus adhuc erat Vercellis. Id constat ex rescripto Imperiali, Vercellis dato, quo Fredericus, Abbatis Canonicorum, committit Marchioni Lanceae; et Canonicos Vercellenses, contra comites Lomelli defendat. Eorum illum ex

Martiny

Archivio Capitulari . . . . . .

" Anno Dñice Incarnationis MCCXLIX. [1249.] Indictione VII. die Jovis
" XXIV. mensis Martii; Dñus Guicelardus de Guicelardis, et Dñus Jorda-
" nus de Guicelardis, # Canonici Vercellenses, ex Parte Dñi Frederici
" Dei gratia Romanorum Imperatoris semper Augusti, represen-
" taverunt Dño Marchioni Lanceae Capitaneo a Papia superius usque Hast,
" Litteras infrascriptas, sigillatas sigillo cereo dicti Dñi Impera-
" toris, non vitiatas, nec cancellatas, nec in aliqua parte sui abolli-
" tas, et quas litteras dictus Marchio praecepit mihi infrascripto
" Loarengo Notario, autenticare, et in publicam formam redigi, te-
" nor quarum talis est.

" Fr. Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Je-
" rusalem, et Siciliae Rex. Manfredo Marchioni Lanceae Capitaneo
" a Papia superius usque Hast, dilecto fideli suo, gratiam suam, et bo-
" nam voluntatem. Capituli Vercellensis fidelium nostrorum, querel-
" lam ad nos, noveris pervenisse, quod M. et H. Comites Lomelli,
" et alii quamplures super possessionibus, Jocis, redditibus, et aliis rebus
" suis indebite iniuriantur eisdem. Unde nobis supplicaverint, sibi super
" iis per nostram Excellentiam provideri; Nos supplicationibus
" ipsorum benignius inclinati, devotioni tuae mandamus, quate-
" nus si vera sunt, quae precibus inferuntur, comites praedic-
" tos, et alios ab iniuriis, et molestiis praedicto Capitulo, de cetero
" inferendis, compescere debeas, ut est justum, de eam satisfa-
" ciens Capitulo eidem plenariam rationem. Dat. Vercellis, die
" secundo Januarii Indictione VII. (hoc est anno 1249.)

" Actum in Vercellis ad domum dicti Dñi Marchionis, co-
" ram testibus Dño Comite Aurico de Lomello Potestate Vercellarum,
" et Uberto de Lomello. Ego Loarengus de Sosa Notarius interfui,
" et hanc chartam scripsi. "

" et Dñus Bonus Johannes de Bondonis, et Dnus Guala de Guicelardis, ut supra.

12. Comites de Lomello de quibus hic, noti sub nomine Comitum de Langusco quorum frequens mentio occurret in decursa, territorium Villaenovae, olim Vercellarum Coloniae, multa militia insederat, ibique excitata arce, quae deinceps ..... usque tempora, Motta Comitum appellata est, omnem circumquaque ..... armis infestam habebant, et praecipue Gazinum Capituli, inde ..... situm. Gibellini erant, et partibus Imperialibus addictissimi. cognito Frederici Rescripto, paulisper quiescere ab injuria abstinentes. Verum ~~cum demum~~ Post Civitas, partes Ecclesiae amplexa esset, iterum insurrexer~~unt~~, et infestiores esse coeperunt, donec ut res in apertum bellum erumperit, ut infra videbimus.

13. Anno 1251. Fredericus tandem Vercellis, magno instructus exercitu, in Apuliam discessit, ibique seu dolo Manfredi filii (a) nothi, seu dysenteria, uti volunt auctores, synchroni apud Muratori in Annal. extremum ~~diem~~ obiit die 13. Decembris, impoenitens ut multi volunt, sed Deo, et Ecclesiae reconciliatus, ope absolutionis sacramentalis, eidem ab Archiepo Salernitano impertitae, iuxta auctores apud Muratori. Exinde Conradus, paternae tyrannidis heres, Italiam infestam habuit. Porro Manfredum, de quo mox diximus, susceptum fuisse ex Agneta Tornielli Novariensi, quae quidem Agnes ex Blanca filia Manfredi Marchionis Lanceae, et Torniello nupta, nata sit, scribit Cotelius, et alii.

14. Anno 1251. Innocentius Pontifex audita Frederici morte, e Gallia discedens, per Lombardiam, Romam iter instituit. In Festo Apostolorum Petri et Pauli Alexandriam pervenit, ubi

---

(a) Manfredus filius nothus Frederici Imperatoris ex Agneta filia Blanchae Manfredi Marchionis Lanceae filiae nupta Torniello Novariensi.

ubi, teste Nicolao de Curbio in vita Innocentii, ei occurrit Mediolanensis et Novariensis militia, ut per Vercellensem Civitatem, quae adhuc sequebatur partes Conradi filii Friderici, securi transiret. Dum esset ad Pontem Padi, ait citatus Nicolaus, Dnus Thomas de Sabaudia Comes, qui fuerat pro parte Friderici, venit ad mandata Ecclesiae, et per Messinatensem Epum extitit ab excommunicationis vinculo absolutus. Die 5. Julii Mediolanum ingressus, summa omnium laetitia, et gratulatione exceptus est. Ibi diebus 64. immoratus, nihil non egit, ut Vercellenses ad Ecclesiam traduceret. Sed cum dicto audientes non fuissent omnes Vercellenses Conradi fautores, eosque, qui erant contra Epum, et Advocatos, e Fidelium coetu exterminavit, ut ex sequenti Rescripto Archivii Capitularis, dato Mediolani Kalendis Septembris hujusmet anni.

" Innocentius Epus servus servorum Dei. Dilecto filio Praeposito Ecclesiae Novariensis salutem, et Apostolicam . . . . persecutores Ec-
" clesiae, condignae punitionis aculeis, ut si possibile sit, a sua
" perversitate resiliant, et ad studium . . . . se con-
" vertant, sitque virtuosis in gaudium, intendere virtutum
" cultui, dum sibi debitis provenientibus gratiarum . . .
. . . . iniquitate puniri. Sane Ci-
" ves Vercellenses, qui in Civitate Vercellarum morantur fau-
" tores quondam Friderici olim Imperatoris . . . .
" . . . vincti. Laqueo, dignoscuntur dati in reprobum sen-
" sum, Ecclesiam et devotos ejusdem, ac libertatem Ecclesia-
" sticam impugnare pro viribus non desistant. Et licet nos
" credentes quod eos forte ad cor, patientia nostra reduceret,
" diu expectaverimus, et etiam ipsos pluries monere fecerimus,
" ut ipsi desistentes a suis perversis actibus, redirent ad
" Ecclesiae unitatem, iidem tamen quasi immuta, comput-
" ruerint in stercore suo, et sicut aspides surdae, obturan-
" tes aures suas, ut bene agerent, intelligere noluerunt.

Mortarium.

– "Unde ii correctionem ignorant, qui in lugubrem desperationis videntur invidiæ, diffidimus, nec speramus, quod morbus quo sentiuntur, possit ex aliquo fomento, absque incisionis ferro, recipere sanitatem. Volentes igitur, quod ex contagione ovis morbidæ, grex inficiatur Dominicus, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus prædictos cives, et illos de Diœcesi Vercellensi, qui adhæserunt eidem, tamquam excommunicatos, ab omnibus arctius evitari facias, in omnes illos, qui eis emendo, vel vendendo, sive alias quomodolibet modo communicaverint, seu ipsos in hospitiis suis receperint, aut eis dederint in aliquibus, et specialiter contra dilectos filios, et ~~specialiter contra dilectos filios~~ Electum, vel nobiles viros Advocatos Vercellenses Apostolicæ Sedis devotos, auxilium, asylum, vel favorem, excommunicationis sententiam non differas promulgare, quam singulis diebus Dominicis, et festivis, pulsatis campanis, et candelis accensis, per omnia loca, in quibus expedire videris, facias solemniter publicari, contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstante si est aliquibus ab eadem sede indultum, quod . . . = Dici, suspendi, vel excommunicari non possint, per Litteras Apostolicas, quæ de indulto hujusmodi, non fuerint mentionem . . . . alia indulgentia Sedis ipsius, per quam effectus præsentium . . . . impediri vel differri. Dat. Mediolani Kal. Septembris Pontificatus nostri anno nono.

Indultum, cujus meminit Rescriptum, concessum fuerat ab eodem Innocentio, communi Vercellarum, per breve dat. Lugduni die 7. Maii Pontificatus anno 4.º Quod in Archivio Civitatis observatur.

10. Innocentius præterea, Ecclesiasticos tam urbis, quam Diœcesis

Diaensis, qui egerat contra Episcopum, et Advocatos, in partibus Conradi, spoliari mandavit Dignitatibus, Canonicatibus, Praelaturis, aliisque beneficiis, eaque jussit aliis personis conferri. Qua de re plenam concessit auctoritatem Martino Episcopo, et Gregorio de Monte Longo Electo Aquileiensi; qui propterea non paucos Beneficiis, quae possidebant, exturbaverunt. Hi tamen Flagitata Episcopum Advocatorum, auctoritate eiusdem Innocentii, ad sua beneficia redierunt, ut infra videbimus.

16. Anno 1252. Plures ex Civitatibus Lombardiae, per nuncios suos, opera Octaviani Cardinalis Diaconi S. Mariae in via Lata, Brixiae convenerunt, ibique ineundo Societatem Lombardiam iurarunt. Id tradit Muratori ex quodam instrumento, existente in antiquo Regesto Communis Mutinae. Placeat ex ipsius ore, quarum civitatum nuncii convenerint, et quid ibi actum sit. Itaque dissert. 50. delle Antichità Italiane, habet:
„Ho io publicato un' instromento, esistente nel registro
„antico del Comune di Modena, da cui apparisce, che nella
„Città di Brescia l' anno 1252, per cura del Cardinale Ot=
„taviano Diacono di S. Maria in via lata, concorsero i de=
„putati di Milano, Alessandria, Brescia, Mantova del Mar=
„chese d' Este, e Comune di Ferrara, di Bologna, di Modena
„Parma, dell' Università dei Piacentini, Reggiani Cremonesi
„estrinseci, o sia fuorusciti, cioè cacciati fuori della loro Città, e
„di Alberico da Romano, e del commune di Trevigi, e tutti a ri=
„serva dei Reggiani iuraverunt societatem Lombardiae, Marchiae
„Trivisanae, et Romaniolae, in cui anche entrò per la maggior parte
„la Chiesa Romana, obligandosi il Pontefice Innocenzo IV.
„di mantenere trecento militi cioè soldati a Cavallo, dugento
„de quali ad tres equos, et alios ad duos. Si vede che anche
„Novara e gl' estrinseci di Vercelli vi aderirono, e fu cominciato
et Romaniolae,

Martiny.

„conchiuso di dar soccorso, Dño Marchioni Estensi, Dño Albrico de Ro-
„mano, et Comiti Veronensi, et Dño Biaquino de Camino, e a
„fuorusciti di Vercelli. Erano tutti questi contraenti Guelfi,
„i quali con questa lega si provvidero contro di Ecelino da
„Romano, e Oberto Marchese di Pelavicini, potenti Capi(?)
„della parte Ghibellina, dominante in Verona, Vicenza, Padova,
„Piacenza, Reggio, Cremona, e Vercelli. hucusque Murator.

17. Ceterum sublato e vivis Friderico, ad Adventum Conradi in Italiam, sicuti alibi ita et Vercellis, Gibellinorum vires, quae jam in immensum excreverant, debilitatae admodum et fere consumptae. Guelphorum vero, quae aeque eo tempore ceciderant, elatae. Manfredum Marchionem Lanceam, quoque a Conrado defecisse, dicimus ex diplomate Conradi, infra proferendo: eumque anno 1250. Alexandrinis sibi in societatem adjunctis, plura oppida Montisferrati, ferro igneque vastasse, alia, dira obsidione oppressisse, scribit Cl. Iricus hist. Trid. fol. 93: et anno 1253. a Mediolanensibus, Praetura Civitatis donatum, in Lomellinum et Papiensem agros ~~inventus~~ invectum, praetexta caussa, quod Papienses, ab Ecclesia defecissent, plura expugnasse oppida, atque ingentia alia intulisse damna, scribunt Corius, et Sigonius ad eundem annum.

18. Anno 1253. Rex Conradus, Diplomate dato Barlettae, Bonifacio Marchioni Montisferrati, investituram, ut aiunt, concessit Casalis S. Evasii, Pontemfluvioli, et Burgum Tridini, e quorum dominio, ut ibi dicitur, exciderat Marchio Manfredus Lancea; illud ex authentico, vulgavit Cl. Iricus hist. Trid. fol. 93. ut sequitur.

m.

„Conradus Dei gratia, Electus Romanorum, Jerusalem et
„Siciliae Rex dignissimus, semper Augustus. Bonifacio Marchio-
„ni Montisferrati, suam gratiam et omnem bonam voluntatem.

Martinez.

„Summi et unius Jesu Christi nomine, iure docente invocato, qui
„malos suadet poenis . . . . . . bonos praemiis praedotasse, per
„praesens privilegium, notum . . . . . universis Imperii fide-
„libus tam praesentibus quam futuris . . . . Bonifacius Mar-
„chio Montisferrati fidelis noster, et consanguineus . . . . . no-
„stro, humiliter supplicavit, et cum Gualterius de Lowre, et alii
„nostri fideles, statuti super investiendis, et distribuendis bonis re-
„bellium inter fideles nostros, Bonifacio Marchioni Montisfer-
„rati providerit ei concedendum, et dandum se totum po-
„dere, et terra, et Castra Montisferrati, et alium Burgum
„Casalis Sancti Evasii, Pontem Clavicoli, Burgum Tridini,
„et totam illam terram, et castra, quae a centum annis
„infra, fuerunt dicti Marchionis Montisferrati, vel alterius
„pro eiss, in toto poderio Montisferrati, ac eius Curte, et
„Territorio tenuerunt, possederunt; ipsum Marchionem
„Bonifacium, sibi concedere, et investire dignaremur, et
„cum a nobis petitur quod iustum est, et honestum, tam
„vigor et aequitatis, quam debitum exigit rationis, ut per
„sollicitudinem Auctoritatis nostrae, ad debitum perducatur
„effectum. Nos autem attendentes fidem puram, et devo-
„tionem sinceram ipsius, grata etiam, tam et accepta ser-
„vitia, quae idem nobis, et Imperio exibuit hactenus, et exhi-
„bere poterit in futurum, praedictum Burgum Casalis,
„et Pontem, et Tridinum, et Poderium, quod ob crimen
„laesae Maiestatis, per Manfredum Lanciam Marchionem
„rebellem contra nos, et Imperium, perpetratum est, ratio-
„nabiliter ad Curiam nostram devoluto, cum omnibus
„iustitiis, rationibus, et pertinentiis, suprascripto nostro fideli,
„et eius heredibus, cui fide, devotione, et nostris servitiis,

Martens.

„ persistentibus de nostra gratia duximus concedendum, ita videlicet
„ et quod ea omnia a nobis, et successoribus nostris in Imperio,
„ in rectum feudum immediate teneant, et etiam relo quo-
„ nant, debita quoque et consueta servitia proinde facere
„ teneantur. Statuentes, et Imperiali sancientes edicto, quate-
„ nus nullus Dux, Marchio, vel Comes, Legatus, Vicarius, vel Ca-
„ pitaneus, nulla Potestas, Communitas, vel Consilium, nulla
„ denique persona Ecclesiastica, vel Mundana, alta, vel humilis,
„ contra praesentis investitionis, vel Compositionis nostrae
„ tenorem, ausu temerario venire praesumat, nec eos in prae-
„ dictis, in fide, ac nostris servitiis, persistentibus, impediat,
„ vel perturbet, quod qui praesumpserit, praeter indigna-
„ tionem nostri Culminis, quam incurrat, decem millia mar-
„ cas auri pro poena se compositurum cognoscat, medie-
„ tatem Camerae nostrae, et reliquam, passo iniuriam per-
„ solvendam. Ad hujus autem concessionis, et inhibitionis no-
„ strae memoriam, et robur perpetuo valiturum praesens
„ scriptum, per Jacobum de Pap. nostrum et fidelem Nota-
„ rium conscribi, et majestatis nostrae sigillo jussimus com-
„ muniri. Datum Barlettae per manum Gualteri de Ocr.
„ Imperialis aulae Prothonotarium, Regni Siciliae Logothetam.
„ Anno Dominicae Incarnationis MCCLIIJ. Indictione XJ.
„ IV. die mensis Madii. Regnante Dno nostro Rege Conrado, in re-
„ gimine Imperii anno tertio, Jerusalem XXVIIJ, Regni Siciliae
„ tertio anno et vicesimo feliciter. Amen.

19. Casale, et Eridanum, Marchiones Montisferrati, per petitionem cedi-
-runt. Conciliunus ergo hunc titulum exquisivisse Marchio-
nem, ut iure agere videretur, si Vercellenses inde exturba-
ret. Et quidem Vercellensibus inter se, rabido domestico bel-
lo decertantibus, et ad id unum intentis, haud ardua res

sperat, in ea quae ipsorum, fori erant, invadere. Evidimus hoc tempore Marchionem occupasse videbimus infra ad annum 1244. Quod id Casali pariter acciderit, non legimus. Quodimo scribit Modena in Hist. Ms.ta citatis statutis Civitatis, quod hoc anno exhorta quaestione jurisdictionis Vercellarum, et Casalis Martinum Episcopum inter et Commune Vercellarum, ea opera Lanfranchi Pecenati, et Guillielmi Astioli dirempta fuit, hac lege ut iurisdictio sicut olim consuevit, esset communis, iure tamen appellationis Episcopo reservato.

20. Defuncto Frederico Comites Lomelli inter se lati, deinde Gazinum Canonicorum armis occupaverunt. Canonici cum alia via non possent, vim vi repulerunt. Facto excercitu et traiecta Sicida, non solum Gazinum recuperarunt, sed Langoscum praeterea diruerunt. Martinus Episcopus pariter indutis armis cum Novariensibus, adversus Ubertum Marchionem Palavicinum Potestatem Papiae, in agros Lomellinos, et Papienses, bellum intulit.

21. Anno 1254. ineunte Pallavicinus Marchio Palavicinus, pacem composuit cum Martino Episcopo, et Novariensibus. Id constat ex documento....... antiquis statutis Vercellarum fol. 204. et sequitur.

vuole indicare i Statuti stampati non i più antichi ancora inediti.

„ Anno Dominicae Incarnationis MCCLIV. Indictione XII. die
„ jovis 22 mensis Januarii. in Nomine Domini. amen. In palatio
„ novo Comunis Papiae, Dnus Ubertus Marchio Pallavicinus Po-
„ testas Papiae... in... generali consilio quatuor centum, et
„ sexcentum Credentiariorum, ibi more solito, congregato, pa-
„ rabola, et voluntate totius consilii suprascripti, et ipsorum
„ Credentiariorum, nullo discrepante, et ipsi Credentiarii fe-
„ cerunt veram et firmam pacem perpetuo observandam,
„ nomine et a parte communis Papiae, infrascriptis Amba-
xatoribus

Marthurf-

"ambaxatoribus Novariae, recipientibus vice et nomine Commu-
"nis, et hominum Novariae, et ipsi communi, et hominibus vi-
"delicet Guideto Grampae, Petro de Monticello, et Desideratofa-
"geno, et Guillielmo de Atpalendola, Sindicis, et Procuratoribus
"Communis Novariae, prout continetur in Chartam inde
"factam per Obricum de Modena Notarium communis
"Novariae, anno currente MCCLV. die Dominico, qui est
"decima octava intrantis mensis Ianuarii. Et versa vice supra-
"scripti Ambaxatores Communis Novariae, Nuncii missi, Sindici, et Acto-
"res, nomine et a parte ipsius communis, et hominum Novariae,
"fecerunt veram, et firmam pacem, in perpetuum observandam
"suprascripto Dño Uberto Marchioni, Potestate Papiae, recipienti vice
"et nomine Communis Papiae, et ipsi Communi.
" Item suprascriptus Dñus Ubertus Marchio Potestas Papiae,
"nomine et a parte Communis Papiae, et Parabola, et voluntate supra-
"scriptorum Credentiariorum, fecit veram, et firmam pacem in per-
"petuum observandam Guillelmo Ucelo, Nuncio, seu procuratori Dñi
"Martini Electi Vercellensis, ut apparet per Chartam factam per
"Guarinum de Magistro Girardo, Notarium, currente eadem Incarna-
"tione, et indictione, die Dominico, decima octava mensis Ianuarii,
"recipienti pro ipso Electo, et pro hominibus universis ipsius Elec-
"ti, et Dñis Henrico, Ruffino, et Ubertino de Gualdengo.

22. Scribit Sigonius ad annum 1253. quod eo tempore in pariis Civitatibus, de reducendis exulibus, et reconciliandis inter se ordinibus agitatum est; et addit quod cum Parmenses Gibellini, qui burgum S. Dominici incolebant, recuperandae Patriae cupidi ad Uberti Pallavicini auxilium confugissent, iste causam quidem suscepit, sed exercitu ad urbem potius ostentato, quam immisso, rem ad compositionem adduxit, captivis utrinque dimissis et exulibus restitutis. Id pariter Vercellis obti-

girse,

Martinus—

et jam ab Uberto cum Epo compositam, nuncium fuisse pacis, quae postea in civitate constituta est, seu opera ipsius Uberti, ut ibidem quoque dominium obtineret, seu Epi Eporediensis, delegati a Summo Pontifice; est certum ex bulla ipsius Innocentii, quam mox ex Archivio Capitulari proferemus; in qua non solum fit expressa mentio hujusmodi pacis, sed insuper legitur, Conradi adhaerentes, ejusque advocatis flagitantibus, Beneficiis, quibus privati fuerant, restitutos fuisse.

„ Innocentius Epus servus servorum Dei. Venerabili Fratri
„ Epo Eporiensi, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum
„ a nobis petitur quod iustum est, et honestum, tam vigor aequi-
„ tatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii
„ nostri, ad debitum perducatur effectum. Sane petitio dilectorum
„ filiorum, Nobilium Virorum Advocatorum, et aliorum Civium
„ Vercellensium, eis adhaerentium, devotorum nostrorum, nobis exhibi-
„ ta continebat, quod olim suggesto nobis, quod quidam Praelati,
„ Canonici, et Clerici Regulares, et saeculares Vercellensis Civitatis,
„ et Diocesis, per se, ac suos in favorem quondam Frederici o-
„ lim Imperatoris, sedi Apostolicae et devotis nostris praesum-
„ pserunt damna gravia irrogare; Venerabili Fratri nostro Vercel-
„ lens. Epo, tunc Electo, nostris dedimus litteris in mandatis, ut
„ praedictos, ac omnes alios earumdem Civitatis, et Diocesis, quos
„ ex praemissa causa, nosceret esse privandos Dignitatibus, Prae-
„ laturis, Personatibus, Beneficiis, Locis, et Praebendis, quae ipsi obti-
„ nebant in quibuscumque Ecclesiis Provinciae Lombardiae, au-
„ ctoritate nostra privare, ea conferre personis idoneis ipsius
„ Sedis devotis curaret, contradictores per censuras Ecclesiasticas,
„ appellatione postposita compescendo. . . . . . nonnullos Ca-
„ nonicos, ~~Canonicos~~, Praelatos, et Clericos dictarum Civitatis
„ privavit Dignitatibus, Praelaturis, Personatibus, Locis, Beneficiis,
„ atque Praebendis, quae fuerant in Ecclesiis Praedictae provinciae

Martinus.

"Lombardiae, et ea contulit aliis auctoritate hujusmodi litterarum.
"Dilectus quoque filius Gregorius de Monte Longo Aquileiensis
"Electus, tunc in Lombardiae partibus ipsius sedis Legatus,
"quosdam alios ex eisdem Clericis, occasione hujusmodi, Praben-
"dis, et Beneficiis suis privasse dicebatur, et ea aliis contulisse.
"Verum quia, prout asserebatur, iidem Praelati, Canonici, et
"Clerici super iis culpabiles non fuerunt, et circa privationem
"hujusmodi, ordo juris non fuerat observatus, ex parte ipso-
"rum nobilium, et adherentium, fuit nobis humiliter
"supplicatum, ut processu hujusmodi non obstante, iamdic-
"tos Praelatos, Canonicos, et Clericos ad Praelaturas, dignitates, Per-
"sonatus, praebendas et Beneficia praedicta, quibuslibet de-
"tentoribus amotis ab eis, restitui, et collationes de ipsis prae-
"laturis, Dignitatibus, Personatibus, Locis, Praebendis et Beneficiis
"factas aliis, irritari, et cassas et irritas nunciare, ac eosdem
"Praelatos, Canonicos, Clericosque, ab omnibus excommunicatio-
"num, suspensionum, et interdictorum sententiis, si quae fue-
"rant in eos, vel aliquem ipsorum, per Episcopum et Legatum
"praedictos, aut quemlibet alium, auctoritate nostra, oc-
"casione hujusmodi, generaliter, vel specialiter promulgatae,
"faceremus absolvi. Et quia intelleximus, quod iidem Prelati,
"Canonici, et Clerici, ad ~~[illegible]~~ reformationem pacis in-
"ter Nobiles, et adherentes praedictos, ~~praedictos~~, et Commu-
"ne, ac cives Civitatis ejusdem, dabant operam, et operam bona
"fide, Nobilium, et adherentium praedictorum suppli-
"cationibus inclinati, Tibi nostris dedimus litteris in man-
"datis, ut super praemissis faceres auctoritate nostra, per
"te, vel per alium, quod reformationi, ac bono statui
"Praedictae Civitatis, nosceres expedire, contradictores per
"Censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo
"non obstante, si aliquibus ab eadem sede..... existeret ~~[illegible]~~

Monum. 6

" . . . . existerent, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non
" possent per litteras Apostolicas, quae de indulto hujusmodi, ple-
" nam, et expressam, ac de verbo ad verbum, non fuerint men-
" tionem, seu qualibet alia indulgentia, vel litteris quibuscum-
" que, a Sede Apostolica impetratis, de quibus oporteret in no-
" stris litteris mentionem fieri, et per quas effectus ipsorum, impe-
" diri valeret, aut etiam retardari. Unde cum tu in negotio ipso,
" iuxta mandati nostri tenorem, prout reformationi, ac bono
" statui praedictae Civitatis expedire novisti, duxeris proceden-
" dum, prout in instrumento publico inde confecto, plenius
" dicitur contineri, iidem Nobiles, et adhaerentes praedicti, no-
" bis humiliter supplicarunt, ut processum tuum super hoc ha-
" bitum, Apostolico curaremus munimine roborare. Ipsorum igi-
" tur supplicationibus inclinati, quod super hoc a te, provide fa-
" ctum est, ratum, et gratum habentes, id auctoritate nostra con-
" firmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus.
" Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginam, nostrae confirma-
" tionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis aut-
" tem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipo-
" tentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli, Apostolorum ejus, se no-
" verit incursurum. Datum Anagniae XIII. Kal. Septembris,
" Pontificatus nostri anno duodecimo." (hoc est anno 1266.)

23. Capitulum S. Eusebii, volens obsequiis Ecclesiae quae ob iniquita-
tem temporum, ferme interciderant prospicere, nonnulla statuta
condidit hoc anno, valde utilia, (quorum aliqua adhuc in
usu sunt) et plurimum, ad ea restauranda, conducentia.
Praeterea plus aequo, sibi tribuens, Ecclesiam S. Eusebii
in oratorio, cum proventibus eidem adnexis, quae re-
gebatur per sacerdotem ab eodem Capitulo electum, Prae-
positurae univit. Quae tamen unio, anno sequenti ab
Alexandro IV. in irritum ducta est, et Ecclesia, extradica-

conatui

Martinus.

Archidiaconatui unita. Haec Ecclesia, suburbana erat, magna populorum frequentia, ex devotionis causa confluentium, olim celebratissima. Nunc penitus est excisa, ne ruderibus quidem superstitibus. Bona ad Archidiaconatum pertinent, nota sub nomine del Torrione... accipe documentum ex Archivio Capitulari.

" Anno Dominicae Incarnationis MCCLIV. Indictione XIII. die
" quinta Mensis Novembris. Quia Vercellensis Ecclesia......
" rum ipsius absentiam, debito servitio defraudatur, multis
" ex confratribus motu proprio nolentibus residere, qui col-
" lectis fructibus ex eadem...... se absentant; volens Ca-
" pitulum dictae Ecclesiae, tanto defectui providere, Magister
" Lantelmus Praepositus, Dni Iohannes Archidiaconus Augustanus,
" Fredericus de Pillano, Iacobus de Sentasio, Ruffinus de Ast,
" Guidolardus de Guidolardis, # Manfredus de Guidolardis, Dnus
" Bartholomeus de Blandrate, Dnus Guiscardus de Guiscardis, in
" Capitulo eiusdem Ecclesiae constituti, ad hoc hic convocati,
" statuerunt, irrevocabiliter in caetero observandum.

" Ut si quisquam Canonicus Praebendatus in illa, per
" sex menses quolibet anno, in Iunii Kalendis complendos,
" residentiam suam septimanas faciendo, non fuerit in
" eadem, nisi sit in servitio Romanae Ecclesiae, vel pe-
" regrinationis causa, vel alias legitimo impedimento de-
" tineatur, nil ultra libras decem Papienses, eodem anno
" de Praebenda sua percipiat, et omnes alii proventus, Prae-
" bendae ipsius, in utilitatem eiusdem Ecclesiae, sive ad
" usum residentium, convertantur. Si vero fructus Praeben-
" dae, absentis, dictam quantitatem non excedere dicantur,
" in optione sit ipsius Capituli, summam praefatam ex-
" solvere sibi, fructibus Praebendae retentis, vel ipsam
" Praebendam absenti dimittere absolutam. Qui autem pro-

Iordanus de Guidolardis, Guillelmus Sentasii, Guala de Guidolardis et coeteri.

Montanaro

"pro exceptatis causis praemissis absuerit, nisi iure, vel privilegio
"defendatur, quod consuetum est ab antiquo, pro absentia tollis
"scilicet staria octo frumenti, et staria duodecim siculis, Ca=
"pitulo sine difficultate, et diminutione persolvat, nec de
"Gazio, sive de aliis Communibus, ad residentes spectanti=
"=bus, quidquam exigere possit.
" " Innovaverunt etiam Statutum, quod quondam
"Dnus Guala Cardinalis, Apostolicae Sedis Legatus edidit,
"confirmatum per Dnum Honorium Papam, super data,
"his qui singulis horis interessent, facienda est sicut ibi
"continetur, ita de caetero firmiter observetur. Et quo-
"niam quidam ex Canonicis negligentes erant circa su=
"=um officium exequendum, et propterea Ecclesia ipsa
"consueto servitio fraudabatur, adiecerunt ut Sacerdotes,
"Diaconi, subdiaconi, Acolythi, suas hebdomadas per
"se, vel per alium Canonicum faciant diligenter. Quod
"si quispiam hebdomadarius in quocumque praedictorum or=
"=dinum constitutus, in qualibet hora diei, suae hebdomadae
"per se, vel per alium Canonicum, ut dictum est,
"quod suo officio incumbit, non studuerit adimplere,
"per totam ~~diem~~ diem illam, quantumcumque in aliis horis
"diligens fuerit, absens sine quaestione qualibet reputetur
"in data, nisi Canonico praepediatur impedimento,
"tali scilicet, quo imposito, Capitulo, a toto, vel a maio=
"=ri parte ipsius numero, legitimum reputetur.
" Item statuerunt quod nullus recipiatur ad Capitulum,
"nisi prius praestiterit iuramentum, secundum quod fra-
"tres ipsius Ecclesiae consueverunt praestare, quod rediga-
"tur in scriptis, ut inde memoria habeatur. Item non recipia-
"tur in Capitulo, nisi in habitu illo, tam in tonsura quam
"vestibus, quo in choro ad officium admitteretur.

Mortiloengo

" Item si quaestio, vel petitio fiat ab aliquo, vel pro
" aliquo Canonico vel alio, qui sit praesens, ipse de Capitulo
" exeat antequam tractatus aliquis super illa, habeatur; alio-
"=quin nihil super eo quod petitur, tractetur, vel respondeatur.
" Si autem Archidiaconus, Capitulum convocaverit,
" vel praepositus, vel quilibet alius de Capitulo, et quae in
" praemissis tribus articulis continentur, non servaverit, vel
" fuerit observari, per totam diem illam quantum ad datam
" tanquam absens sine quaestione aliqua habeatur. Si quis
" vero monitus praemissis de causis a Praesidente Capitulo,
" semper recusaverit, sit absens octo sequentibus diebus...=
"=tum ad datam; et si aliqua Communia his octo diebus..
"..in Ecclesia vel extra fuerint divisa, nihil inde percipiat, et
" ina......=sinum, Capitulum, cui contumaciter abesse voluerit
" di.......

" Item statuerunt, quod si aliquis Canonicus fuerit in Civi-
" tate, et per octo dies continuos, absens fuerit ab officio, quod
" colligatur ex scriptura Datae, nisi fuerit legitimo impedi-
" mento detentus, quod exponatur Capitulo et decernatur,
" si quis fuerit, ut supra, nihil de communibus quae illis
" diebus dividentur sive in Ecclesia, sive extra, percipiat, vel
" percipere possit, et isti octo dies semper taliter protendantur.
" Voluerunt etiam ut hac constitutio, ad Cappellanos
" et ad alios Clericos Chori, universaliter extendatur, in
" iis quae tam ad Canonicos quam ipsos communiter spe-
" ctant.

" Si vero Canonicus in Civitate Vercellarum permanens,
" absens fuerit ab officio Ecclesiae, per sex menses, pro ab-
" sente reputetur omnino, et absentiam sicut forensis solven-
" teneatur.

" Item statuerunt, quod omnes officiales, tam Canonici quam alii,
" habitum illum portent ad officium, scilicet Cottam, vel camicem
" sub Cappa, tam ad lectiones dicendas, quam alia, quae consuevit
" in ipsa Ecclesia, ad talia officia deferri, nisi habito pro alio
" faciat; alioquin Canonicus per totum diem illum reputetur
" absens quantum ad datam, nisi causa rationabili defenda-
" tur, quae in Capitulo approbetur ut supra.

" Item statuerunt, quod tam Canonici, quam Capellani, quam
" etiam alii Clerici adatti, in Choro stent in ordine suo superiori
" scilicet, vel Acolythorum, alioquin nihil percipiant de Anniversariis
" vel aliis, quae distribuentur in Choro, nisi quis fuerit infirmitate, vel ni-
" mia debilitate depressus; et tunc indulgentia a Capitulo impetre-
" tur.

" Item quia Ecclesia Campestris S. Eusebii in Oratorio, sita
" iuxta Vercellas spectans ad ipsum Capitulum, in multis collapsa
" est propter incuriam servitiorum, nec eidem debita servitia
" impenduntur, cupientes ipsius casui providere, eamdem Eccle-
" siam, cui cura non imminet animorum, Praepositurae ipsius Ver-
" cellensis Ecclesiae, quae tenues et exiles habet redditus, univerunt,
" ita quod cedente, vel decedente Martino de Advocatis Rectore
" dictae Ecclesiae Sancti Eusebii in oratorio, Praepositus eiusdem
" Vercellensis Ecclesiae, qui pro tempore fuerit, fructus praedi-
" ctae Ecclesiae Sancti Eusebii in Oratorio, usibus suis applicat,
" et curam ipsius habeat diligentem, et eam, ac domus et alia
" ad ipsam spectantia gubernet utiliter, et honeste, tamquam
" de iis rationem Coram Domino Redditurus. Secum etiam ha-
" beat sacerdotem, qui itidem divina officia, quantum honeste
" poterit, celebret, Missam tamen ter in hebdomada, nisi causa
" inevitabili fuerit praepeditus, per se, vel per alium dictus
" Capellanus, in eadem Ecclesia, teneatur cantare. Postquam
" vero Praepositus, qui pro tempore fuerit, praefatae Ecclesiae

Manoscr.

6

"possessionem habuerit, Capitulum Vercellense ipso iure liberatum
"sit ab omni praestatione quam Praeposito facere tenebatur, et ipse
"nihilominus equum unum, secundum quod prius, tenebatur
"habere, et octo solidos Papienses solvat ex ipsa Ecclesia, dicto
"Capitulo, quolibet anno, sicut ministri ipsius Ecclesiae, qui pro
"tempore fuerint solvere tenebantur, et hoc in festo Beati
"Eusebii Vercellensis.

" Hoc est iuramentum, quod praestabit Canonicus quilibet
"ad Capitulum recipiendus, videlicet quod ea, quae aguntur
"in Capitulo de voluntate totius Capituli, vel maioris partis
"numero, secreta fore servanda, et non revelanda a Praesidenti
"illi Capitulo, sive Archidiacono, sive Praeposito, sive alios
"quicumque ad hoc a Capitulo constitutus, prius ea habebit
"secreta, nec alicui Canonico, qui illi Capitulo non interfuerit
"sive alii cuicumque, modo aliquo, aut quocumque ingenio
"revelabit nemini, donec illa alias fuerint publicata. Item
"super negotiis Capituli, si a Praedicto Praesidente in Capi-
"tulo, fuerit requisitus, dabit consilium bona fide. Item si a-
"liqua, vel aliquae res Capituli, ad .... devenerint,
"quod bona fide conservabit, et quam cito poterit.....=lo
"reposito, Capitulo, vel ministro Capituli cum effectu co.....
"rebus Instrumenta, et de quolibet Capitulo, ~~ipsa fuerint~~ ipsa fuerant,
"scribi Actum in Capitulo dictae Ecclesiae, coram testibus Pres-
"bytero Guillielmo de Pezio, Capellano ipsius Ecclesiae et Guil-
"lielmo Amento Notario. Ego Ardicio Frexapanis Nota-
"rius his omnibus interfui, rogatus hanc Chartam scribi
"feci, et me subscripsi."

24\. Uberto Pallavicino, gravis inter Cives Vercellenses compositae
Paciarium fuit, quod ipse Urbis Dominationem obtinuit.
Et quidem ad annum 1222, ~~[illegible]~~ Mox subdit Cl. Frixius fol. 98.
"Anno, ait, qui fuit 1222, Iridinum sibi cryptum Vercel-
lenses

„Vercellensis indignati, iubente etiam Uberto Palavicino, perditissimo
„homine, hereticorum fautore, qui saepe fuerat diris ab Ecclesia
„devotus, quod hereticae pravitatis Inquisitores et Pluribus Italiae
„Urbibus exulare coegisset, tunc Vercellis dominante, diuturna obsi=
„dione expugnatum oppidum, in suam rursus potestatem redo=
„gerunt. Fidem ferme superant quae hostium immanitas per=
„petravit, nam cum Municipii partem, quae burgus novus dicitur,
„et villam S. Martini, funditus diruerunt, moenia solo aequa=
„rant, uno excepto castro quod multo milite compleverunt.
„Leviora tamen haec videri poterunt mala, si illa spectentur,
„quae scelestissimus Palavicinus inferre conabatur: nam sub=
„ditos sibi populos, a paternae fidei candore, ad eorundem
„errores traducere studens, publicas hereticorum scholas ape=
„ruit, e quibus venenata dogmata discerentur." Haec Irici.
Unde haec hauserit, nec ipse indicat, nec nos cognoscere possu=
mus. Par est credere, ea ex autenticis documentis, vel scrip=
toribus fide dignis habuisse. Illud certum, quod per haec tem=
pora, Gibellinorum factio adhuc Vercellis prevalebat. Nemo est,
qui nesciat Ubertum Marchionem Pallavicinum, summa ne=
=cessitudine Ecelino di Romano coniunctissimum, fuisse per
id tempus inter omnes Gibellinos Gibellinissimum. Quod si Ver=
cellis dominabatur, extra dubium est sub principe Gibellino,
summam rerum penes Gibellinos fuisse. Equidem Martinus
Epus Vercellis tunc aberat, et in Bugellae castrum se rece=
=perat: Advocati, eique adherentes, in administratione Rei=
publicae, nullam habebant partem: Civitati praeerat Potestas
titulo de Canevanova, et ipse Gibellinus: atque omnia
ad arbitrium Titionum, et Bicheriorum administrabantur,
qui praeterea ut ocium haberent adversus Advocatos, quo=
rum aliqui non satis fidentes poni, elapso anno Laudae,
exulabant Potiamos, Musiliani, Balzulae, aliique innumeri=
=tibus

° Bicharius

Martinus

circumeuntibus in oppidis, occasione rei bene gerendae, diligenter im-
minentis, Burgum Caresianae, in Territorio Capituli, aedificare
totis viribus contendebant. Eos tamen abstersuit Martinus Epus
Epla dota Potestati, et Credentiariis, quam in Archivio Ca-
pituli habemus, tenoris sequentis.

„ Anno Dnicae Incarnationis MCCLV. Indictione XIII. die Sab-
„bathi, quae est XXII. Mensis Madii Dnus Presbyter Henricus Go-
„rena Cappellanus Altaris Sancti Nicolai Ecclesiae S. Eusebii,
„presentavit litteras sigillatas sigillo cereo, non corruptas, nec
„vitiatas, nec abolitas, neque in aliqua sui parte destructas
„Dno Vicario de Canevanova Potestati Vercellarum ex parte
„Dni Martini Dei gratia Epi Vercellensis, quarum tenor ta-
„lis est ———— Multae probitatis et industriae
„viro, Dno Vicario de Canevanova Potestati Vercellarum, et
„Viris discretis Credentiariis Civitatis ejusdem, Martinus Dei
„Gratia Vercellarum Epus et Comes, sincerae dilectionis affe-
„ctum. Per litteras dilectorum fratrum nostrorum Capituli
„Vercellensis, didicimus manifeste, quod licet vos monueri-
„mus ut a constructione Burgi Caresianae super terram
„Vercellensis Ecclesiae, cessaretis omnino, vos nihilominus, post
„monitionem nostram, ad aedificationem dicti Burgi, totis viribus,
„in praefatae Ecclesiae non modicum praejudicium, et gra-
„vamen. Quapropter prudentiam vestram, iterato mone-
„mus, quatenus a constructione Burgi hujusmodi de-
„sistatis; quod si forte facere neglexeritis, in omnes illos qui
„ad Burgum ipsum construendum, praestabunt auxilium
„vel consensum, ex nunc excommunicationis sententiam
„pronunciamus. Insuper vassallis Ecclesiae, qui sunt de-
„...... sub debito fidelitatis praecipimus et mandamus,
„ut ipsam Ecclesiam ......cauentur; in discrimine tan-
„to defendant, ne dictus Burgus effectum habeat, totis viri-
bus

"viribus prohibentur. die Veneris VII. Mensis Maii." ——— Actum in
"Domo ipsius Potestatis in Civitate Vercellarum. Interfuerunt testes Dnus
"Jacobus Testa, Nicolaus Capina, Dnus Donatus de Montario Ju-
"dex Potestatis, Dnus Praepositus S. Eusebii, Dnus Ruffinus de Hast,
"et Dnus Guillielmus Comes de Blandrate, Canonici S. Eusebii.
"Ego Bonus Scarella de Blandrate Notarius sacri Palatii interfui,
"et rogatus hanc Chartam tradidi, et scripsi."

25. Scribit Sigonius, quod hoc anno 1255. Alexander IV. Bulla data VIII. Kal. Martii ordinem Fratrum Eremitarum, ex multis ordinibus Eremiticis constitutum, cinctu, habituque atro donavit, ac Legibus a S. Augustino praescriptis obstrinxit. Sed F. Pagius in Alex. IV. n. 21. refert ad annum sequentem 1256., subdens, quod tunc ordo relictis solitudinibus, urbes incolere caepit. Quidquid sit de anno, illud certum est, quod hic ordo paullo post, Vercellas invectus est. Scribit Modena in Hist. Ms.ta Antonium de Fabianis civem Vercellensem, proprias aedes anno 1261. donasse fratribus Eremitanis S. Augustini, ibique constructum fuisse Caenobium, et Ecclesiam S. Mariae. In antiquo Ecclesiae Necrologio, saepius cit.o Legitur obiisse XII. Kal. Junii MCCXCVII. Magistrum Mantellum Vercellensis Ecclesiae Dominarum subdiaconum, qui, ut ibidem dicitur, pro animae suae remedio reliquit Ecclesiae S. Eusebii Matri suae, omni anno solidos quinquaginta Papienses, quos ordinavit dari et solvi per fratres Heremitanos de Vercellis, occasione quarumdam Domorum, et terrae, quas emit ipsis fratribus pro Cimiterio faciendo.

26. Eodem anno 1255. Alexander IV. Bulla data Neapoli 23. februarii, rescissa unione Ecclesiae S. Eusebii in oratorio, quam anno praecedenti Capitulum fecerat Praepositurae, Ecclesiam ipsam univit Archidiaconatui. Bulla servatur in Archivio Capitulari, et est tenoris sequentis.

" Alexander Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Magistro
"Gualae, Notario nostro, Archidiacono Vercellensi, salutem et Apo-
stolicam

Matthaeus.

"-stolicam benedictionem. Familiaris devotio, et devota familiaritas qua
"te in nostris, et Ecclesiae Romanae obsequiis, laudabiliter exercen-
"do, Nobis, et fratribus nostris, multipliciter exhibes, te acceptum
"digne meretur, et Apostolicae sedis affluens gratia, non solum
"tibi, sed et Archidiaconatui quem in Vercellarum Ecclesia obti-
"nere dignosceris, tuo redditur intuitu fructuosa. Hinc est quod
"nos tuis supplicationibus inclinati, Ruralem Ecclesiam Sancti Eu-
"sebii in oratorio, Vercellensis Diocesis, cui cura non imminet ani-
"marum, cum omnibus pertinentiis, et iuribus suis, tibi, et per te,
"praedicto Archidiaconatui, Autoritate praesentium concedentes,
"ipsam eidem Archidiaconatui, perpetuo annectimus, et unimus,
"statuentes, ut eiusdem Ecclesiae cedente, vel decedente Rectore,
"Ecclesia ipsa cum dictis iuribus et pertinentiis, pleno iure
"ad Archidiaconatum devolvatur eundem, ac tu, et Archidiaconi
"qui post te pro tempore fuerint in Ecclesia Vercellensi, Eccle-
"siam ipsam licite retinere, eiusque reditus, et proventus, cum inte-
"gritate percipere, vestrisque usibus applicare libere valeatis, non
"obstante reservatione, inhibitione, seu acceptatione a quibuscum-
"que, Autoritate sedis Apostolicae, vel Legatorum eiusdem, de
" Ecclesia ipsa, facta, vel quod dilecti filii Praepositus, et Capitu-
"lum Vercellensis, ad quos eiusdem Ecclesiae S. Eusebii de Oratorio
"Collatio, seu institutio dicitur pertinere, ipsam non vacantem,
"Praepositurae Vercellensi, dicuntur autoritate, ne dicatur teme-
"-ritate, propria univisse. Nos enim volentes huiusmodi conces-
"sionem nostram, robur obtinere perpetuae firmitatis, decerni-
"mus, irritum, et inane quidquid super hoc a dictis praeposito
"et Capitulo, seu quibuslibet aliis attentatum est, vel contra dic-
"tam ~~Ecclesiam~~ Concessionem nostram, in praeiudicium tuum
"vel dicti Archidiaconatus, de praefata Ecclesia, contingeret in
"posterum attentari, proviso quod eadem Ecclesia debitis obse-
"quiis non fraudetur. Nulli ergo omnino hominum liceat

Mandrolij

„licet hanc paginam nostrae concessionis, annexionis, unionis, et con-
„stitutionis infringere, vel ei ausu temerario, contraire si quis au-
„tem hominum . . . . . re praesumpserit, indignationem Omni-
„potentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se
„noverit incursurum. Datum Neapoli VII. Kal. Martii, Pontificatus
„nostri anno p.° (hoc est anno 1255.)

27. Hic Guala Archidiaconus, cujus tam praeclarum Elogium texit Sum-
mus Pontifex, fuit e Gente Advocata Vercellensi, consanguineus Marti-
ni Epi; qui postea pro Romana Ecclesia, pluribus Legationibus
laudabiliter functus est. Ex proprio aere fundavit Capellaniam in
Ecclesia S. Eusebii ad altare S. Apostolorum Philippi, et Jacobi; cu-
=jus rei memoriam habemus in saepe citato Necrologio, his ver-
=bis: Die VI. Januarii, anno Dñi Incarnationis MCCLXV., de hu-
=jus instantis vitae miseria sublatus est Dnus Guala Advocatus, Dñi
Papae Notarius, et etiam Legatus, et hujus Beati Eusebii Ecclesiae
Archidiaconus Cardinalis, in sacris tamen ordinibus subdiaconus,
vir multum venerabilis, in disciplinis Liberalibus, et in Ecclesia-
stico officio sufficienter instructus. Qui sicut vir prudens, sa-
piens, et discretus, sciens conditionem humanam fragilem, et mor-
talem, et etiam animae suae praecavens in futurum, per
multos annos antequam decederet, testamentum condidit, in
sua permanens sospitate; hujus autem matris suae Ecclesiae
non immemor, a qua multa bona in vita sua habuerat.
Ad honorem ergo Dei, et Beatorum Apostolorum Philippi et Jacobi
et beatissimi Eusebii Martyris preciosi, et ad servitutem specia-
=liter altaris eorundem Apostolorum Jacobi et Philippi, in
eadem Ecclesia constituti, tantam pecuniam a Deo sibi colla-
tam reliquit, ut ex ipsa, possessio emeretur, ex redditibus cu-
=jus, unus Capellanus in eadem Ecclesia, assidue permanens,
sufficienter valeat sustentari. Quae possessio empta fuit in
Casali Gualono, et ejus territorio, scilicet quaedam domus cum

Montdoni.

cum sedimensibus, terris, pratis atque nemore, a Dño Bartholino Gubio Prive, canonico Praedictae Ecclesiae. Item empta fuit quaedam domus in ora sancti Eusebii a Dño Guidolardo Archidiacono Vercellensis Ecclesiae. Qui Capellanus ad idem Altare Apostolorum, debeat omni die, ut in testamento ipsius scribitur, pro suis, et parentum suorum animabus missam celebrare etc.

28. Per id tempus, alii Vercellenses, insignes viri floruerunt. Inter eos Ioannes ex Dominis Arborei, evectus ad sedem Episcopalem Taurinensem, anno 1245., qui teste Francisco Augustino ab Ecclesia in Ep. Taur. fol. 68. a Papiensibus, et Casalensibus, Vercellensium inimicis, carceri traditus fuit, mox liberatus opera Thomae Comitis Sabaudiae, Gaufredus de Montenario, et ipse Civis Vercellensis, ad eamdem Taurinensem sedem assumptus, anno 1256. et Franciscus Rangas, iurisconsultus, Glossator dictus, qui defunxit circa annum 1260.

29. Interea Vercellas diris motibus agitatas fuisse comperimus ex Charta Archivii Civitatis diei 29. octobris 1267., data in Castris Locetis prope Pontem Padi, in qua legimus quod Commune Papiae, declarat, et protestatur se detinere arcem, et turrem ad pontem Padi, Canniolum versus, vice, et nomine Communis Vercellarum, eamque defendere spondet adversus Marchionem Lanceam et Casalenses. Haud obscure inde intelligimus Vercellenses in armis fuisse, Casalenses rebellasse, Marchionem Lanceam, qui in partes Guelphorum concesserat, se Casalensibus adversus Vercellenses iunxisse, et Papienses, qui Gibellino cum imperio regebantur a Vercellensibus stetisse. Non dubium quin exules Vercellenses Guelphi cum Casalensibus, et Marchione Lancea senserint, eosque fortassis in Cives Gibellinos sollicitaverint. Equidem ex alia Charta eiusdem Archivii diei 10. februarii 1268. discimus Ioannem Tizionem (Principes Gibellinorum

Martini

Gibellinorum Vercellis perpetuo fuerunt Sitiony) et Petrum Maguzanum, Communis Vercellarum Legatos, institisse in plena Credentia Casalensium, apud Dnum Martinum Scaffinatum, Iudicem, et Assessorem Dni Monotonasii Porchae, Potestatis Casalis S. Evasii, ut Casalenses, conventiones, et pacta, quibus Erga Vercellenses obstricti erant, complere deberent: iisque a Casalensibus responsum . . . . . rei ipsis cum Vercellensibus esse, neque conventionibus, si quae cum . . . . sint prorsus renuntiare. Demum alia Charta 29. Novembris eiusdem anni, docet Papienses societatem cum Vercellensibus, iuratam confirmasse in manibus praefatorum Ioannis Sitionis, et Petri Maguzani, qui se ibi appellant Legatos, et Syndicos Communis Vercellarum.

30. Per hac tempora suscitatas fuisse antiquas querelas, Vercellenses inter et Novarienses, compertum habemus ex pluribus Chartis Archivii Civitatis. Illae autem iam exarserant anno 1227. Nam in Charta 19. Aprilis eiusdem anni, habemus quod Iacobus Picalua, et Iacobus de Scoto, Nuncii Communis Vercellarum, denuntiaverunt in Plena Credentia Communis Novariae, eidem Communi, Comites Blandratenses esse Cives, et habitatores Civitatis Vercellarum, eiusque iurisdictioni subiectos: et expressis antiquis conventionibus cum iisdem Comitibus, ad Commune Vercellarum pleno iure spectare totum territorium, et districtum vallis Sicidae, nec non castra Montis Crionis, Nobialli etc. petentes ut Commune Novariae nihil faceret, vel contraheret, seu fieri permitteret cum praedictis Comitibus, vel eorum hominibus, seu altero, vel aliquibus ipsorum, in praeiudicium praedictorum iurium, quae habet dictum Commune Vercellarum, in dictos Comites, et terras et homines suos. Anno demum 1229. pacem compositam esse, dicimus, ex charta diei 29. Martii, in qua Communia Vercellarum

Martdeus-

Vercellarum, et Novariae ad invicem prosequuntur servare concordiam alias inter se sancitam, salvis pactis quae Commune Vercellarum habet cum Communi Papiae, et iis quae Commune Novariae habet cum Commune Mediolani; et ex alia eiusdem diei data apud Papiam, in qua Vercellenses et Novarienses conveniunt, quod territorium Blandratense, equis partibus inter ipsos dividi debeat, ea lege ut neutri liceat arcem construere in ea territorii parte, quae sibi contigerit. Hic idem annus insignis fuit morte Ecelini de Romano, omnium tyrannorum truculentissimi; qui dum Mediolanum proditione capere nititur, a foederatis interclusus, vulneratus, et captus, vitam scelestam ex moerore animi, et vulnere finivit mense octobris.

31 Pace cum Novariensibus firmata, reliquum erat ut Comites Blandratenses, secundum conventiones cum Vercellensibus pactas de anno 1217, Valle Sicidae, et castris cederent, de quibus eaedem conventiones meminere. Iam usque ab anno 1224. Guido, Henricus, Ruffinus, Guillelmus, Gothofredus, Guidottus, Otto, Gozius, Lanfrancus, aliique Comites Blandratenses, conventiones praefatas insequentes, se, vallem Sicidae, vallis incolas, aliaque quae ipsorum iuris erant in Castris Rubialli, Rochae, Vergoni, Montis Orionis, Vallis Mastalonis, Vallis Uzzae, aliisque locis ad praedictas valles, et castra pertinentibus, omnimodae Vercellensium Iurisdictioni subiecerant; uti liquet ex Charta Archivii Civitatis die 14. Iulii eiusdem anni. Idipsum praestiterant anno 1260, ceteri Comites, qui vallem Sicidae incolebant, ut ex alia Charta eiusdem Archivii 7. Augusti. Unde tandem negotium hoc, quod tot, tantaque cum Novariensibus dissidia totics excitarat, confectum est. Episcopi quoque antiquas Concordias cum Vercellensibus renovarunt, praestito fidelitatis iuramento, et vicissim recepta ab iis investitura, ut aiunt, Castrorum S. Urbani, et Bolengi, ut ex duabus Chartis diei 6.

Augusti

diei 6. Augusti. Dni Confalonerii de Villata se constituerunt fives Vercellenses, promissa solutionem fodri, aliaque, ad quae tenentur caeteri Cives Vercellenses. Ita ex Charta diei 11. Julii.

32. Eodem anno 1260, ipsa se verberantium secta, qui in se flagellis acerbissime desaevientes, pacem, et poenitentiam praedicabant, pene totam inundavit Italiam. Unde initium sumpserit, ignoratur. Scimus tamen plures ex Vercellensibus, se huic instituto addixisse et nonnullas ex Lombardiae Civitatibus, Astam praecipue, ad poenitentiam excitasse. Audiatur Guillielmus Ventura, scriptor Syncronus, cap. 1. Chron. Astens. apud Murator. rer. Ital. to. XI. col. 153. ibi: „Anno MCCLX. admirabilis Lombardo„rum facta est commotio, quae Battimentum vocata est. Tunc Ere„mitae exeuntes de speluncis suis, ad Civitates venerunt, Evange„lium praedicantes, sicuti praedicavit in Ninive Jonas Prophe„tas, et dicebant: poenitentiam agite, quia appropinquabit „Regnum Dei. Quidam autem Vercellenses venerunt .... cincti „saccis, et humeri eorum nudi erant, quos fortiter vapula„bant. Tunc Astenses pro maiori parte, euntes nudi .... „.... per civitatem, et Burgos, ibant flagellantes se. Epus Astensis, et „...... et omnis Clerus, tam religiosi quam Praebendarii prae„cedebant eos cruces portantes, Psalmos, et hymnos cantantes, „portantes nova vexilla cum figuris Sanctorum, et in viis „publicis, omnes Clerici quibus, alta voce clamabant dicentes: „misericordia et pax nobis fiat. Et istud battimentum in„ceptum fuit mense Decembri, et hyems frigidissima fuit, „et copia nivis in terra erat„ Hinc forte originem habuerunt Battuti Flagellantes ~~Battuti~~, quas disciplinantium vocamus.

33. Anno 1261. intestinis odiis, domesticisque Vercellensium seditionibus, auxerant praedationes, Latrocinia, et grassationes, quibus Vercellensis districtus, Monsferratus, et Canepitium, a scelestorum latronum palantium manu, foede vexabatur. Eos comprimere

Martelus.

comprimere impossibile erat, nisi regionum Dominis, facta inter se conspiratione, mutuis armis, quisque nullo concesso perfugio in proprio territorio, insolentem turbam abigeret. Ea propter sub sexta Octobris, uti ex Charta Archivii Civitatis ejusdem diei, Vercellenses, Guilielmus Marchio Montisferrati, et Domini S. Sebastiani, convenere, initis a foedere Comitibus Canapitii, ut improbos abigere exagitarent, et nemo quicquam ex aliis regionibus pulsos, in suis terris esse permitteret. Et sic non modicum est audacibus fraenum impositum. Verum a districtu Vercellensi, et Montisferrati depulsi, asylum in Canapitio quaesiverunt, ut paullo post videbimus. Hoc anno 1261. die 25. Maii Videbis e vivis excessit Alexander IV. summus Pontifex, eique die 29. Augusti suffectus est Jacobus Patriarcha Jerosolymitanus dictus Urbanus IV.

31. Perseverabat adhuc Vercellis dominatus Uberti Marchionis Pallavicini, et Gibellinorum. Turriani, qui Mediolani dominabantur, et ipsi Gibellini, Marchionem in partes suas traxerant. Narrat Hyeronymus Rubeus, hist. Ravenn. lib. 6. apud Muratori in Annal. Ex quadam Epistola Urbani IV, data Urbeveteri die 8. Januarii 1263. ad Archiepiscopum Ravennatem, Pontificem instituisse quaestionem contra Ubertum Pallavicinum, necnon et adversus quasdam Communitates, et quosdam Nobiles, ac Magnates Provinciae Lombardiae, hoc est in eorum subditis, subdit Muratorius, qui Gibellinam partem tenebantur. Vercellenses ab hac quaestione immunes non fuisse, nemo dubitaverit.

32. Anno 1263. Comites Canapitii, ut se a Grassatoribus liberarent, qui pene totum Canapitium innundaverant, brachium Vercellensium implorarunt. Extant in Archivio Civitatis, litterae procuratoriae, quibus Comites, et Castellani Canapitii, caeterique subditi Praeturae Dni Guilielmi de S. Georgio, Potestatis Canapitii, nempe Dni Rogerius de Masate, seu Mazzadio,

Mar. Arch.

Bonifacius de Castronovo, Ubertus de Rivarolo, Philippus de Strambino, Iohannes de Fonte, Odo et Guido de Valperga, Guillielmus Sammartinus, Arditio et Guillielmus fratres de Boldissero, Fredericus de Romano, Thomas de Rura, Raymondus de Candia, Iacobus de Brotio, Pontius, Ubertus, et Bonifatius de Castellamonte, Ioannes de Castellamonte, et Manfredus de Brotio, mandato Dñis Comitibus Bonifacio de Sancto Georgio, Ioanne et Henrico de Rivarolo, et Petro de Valperga, et sub consilio Dñi Friderici Comitis Sammartini, ut cum Communibus Vercellarum, Papiae, et Eporediae, vel aliquibus eorum agant, quomodocumque quem efflagitent, ad vellendos e Castris, Burgis, et terris Canapitii, proffatores, seu Barnerios, utibi nominantur, nempe Masyate cum Massadio, cum sua Castellata, Caluso cum Castellata, Candia Castellana, Mercenasco, Barone, Oiro, Montaleugle, Baiero, Curre, Boldissero, Sancto Georgio cum Castellata, excepta Foglitio, Alladio cum Castellata, Castronovo cum Castellata, excepta parte duorum fratrum Petri et Martini, Brotio cum Castellata, Vallefluvium, excepta parte Savarini, et fratrum de Arondello, Castellamonte cum castellata, Sollo cum Castellata, Ponto cum valle, et Castellata Valperga cum castellata, Camagna, Frante, Rocca, Barbania, Fabbrica cum Castellata, Ollenico, Rivarolo cum castellata, Strambino, Romano, Sammartino cum Castellata, Parella, Lorenzadio, Strambinello cum Castellata, Balangerio, et Scaramagno. Procuratores huiusmodi Vercellos se contulerunt, eorumque Rogatu Vercellenses Canapitium recipiendum susceperunt, certis sub conditionibus, de quibus in Charta diei 11. Martii. Prefati Comites una cum .... hominibus N.o 2173. conventionem cum Vercellensibus in .... inisti observare promiserunt, ut ex alia Charta diei 14. Aprilis patet.

Arondello, Parella

36. Anno 1264. Pallavicinum a Turrianis, Vercellis depulsum scribit 61. Ericus fol. 98. Nempe Turriani hoc anno, audientes Carolum

Martinus

Carolum comitem Andegavensem, fratrem S. Ludovici IX. Franciae Regis, in Italiam ab Urbano Pontifice contra Manfredum, ad consequendum Siciliae Regnum, ingentes in hanc expeditionem parare copias, Gibellinorum partes deseruerant, et se Guelphis sociaverunt, Palavicino e ci-vitate dimisso, et abire jusso. Nec mora. Vercellae, Novaria, Laude, Bergamum, pulsis Gibellinis, se Turrianis conjunxerunt. Haec ex annalibus Mediolani. apud Muratorium rer. Ital. to. 16. Guillielmus Marchio Montisferrati, foedus cum Carolo Andegavensi, contra Manfredum, et Palavicinum pepigit sub 14. Maii, teste ~~Benvenuto~~ Benvenuto Sangeorgio apud Muratorium sup. to. 23. Et Urbanus IV. eodem anno obiit Perusiae 2. octobris.

37. Anno 1265, die 5. vel 9. Februarii, in Summum Pontificem electus est Guido Episcopus Sabinensis, Clemens IV. nuncupatus. Carolus Andegavensis, magno instructus exercitu, in Italiam descendit. Et Martinus Episcopus, magno civium morum gaudio, Vercellas remigrat. Mittitur in Lombardiam, Philippus Monfortius, Nuncius Apostolicus, ad sollicitandas contra Manfredum, civitates, sacerdotes, et ad alios in idem foedus pertrahendas. Vercellas profectus, die 23. Novembris, convocata concione, causam adventus sui aperit. Pontificem et Carolum Siciliae Regem petere, ut Vercellenses, sibi societate jungantur, atque Ecclesiae partes, contra communes hostes amplectantur. Haud difficile fuit, iam pronis, paratisque, consensum exprimere; itaque petitioni, ad unum omnes assentiuntur, et jubent Legato denunciari, Vercellenses Ecclesiae Romanae, Caroloque Siciliae Regi, omni ope, animoque volenti adhaesuros. Et ita societas firmata fuit, cum ibi praesens adesset Martinus Episcopus. Haec omnia habemus ex charta Archivii Civitatis, ejusdem diei 23. Novembris.

adhaesuros.
adesset

38. Anno 1266, exules Gibellini, Vercellenses, Mediolanenses, et Papienses, nocte intempesta, valida armatorum manu stipati, clam Vercellas ingressi, ~~[illegible]~~ Paganinum Turrianum, Vercellarum Potestatem, e propria domo, nil simile cogitantem, vi captum, crudeliter interficiunt.

Mortarium

interfecerunt. Mox saeva pugna, qua exules tandem victi, multis suorum qua caesis, quas captis, urbe pellantur. Haec constanter tribus Chartis Archivii Civitatis diet 12. 27 februarii, et 6. Martii, quae etiam nos docent, id accidisse die 29. Januarii. Sed placeat audire Corium, fusius rem enarrantem fol. 121. edit. Venet. 1554. ibi: "
" Un venerdì ai 29. di Gennaio, Pagano secondo della Torre, Po-
"destà di Vercelli, nella propria habitatione, circa la prima ora
" del giorno, da' fuorusciti Milanesi fu preso e finalmente morto
" sulla piazza di Vercelli, ed a tanto maleficio intervennero i
" Pavesi. Dopo la casa sua fu messa a sacco. Perchè all'arme
" levandosi i Vercellesi, fu commessa una battaglia, nell'esito della
" quale restarono presi tredici Milanesi e de' Pavesi tra soldati e fan-
" ti, meglio di settanta. Il lunedì seguente, che fu al primo
" di febbraro, il corpo fu portato a Milano, e reposto nella chiesa
" di S. Martino, fuori della porta Vercellina, e per le militie,
" fu trasportato al tempio di S. Dionisio, fuor della porta no-
" minata la Nuova, ed ivi fu sepolto. Il medesimo giorno, Napo,
" Francesco, Arrico Turriani, con molte genti d'arme, giunsero a
" Milano da Vercelli, dove erano cavalcati per soccorso della Città,
" e condussero seco tutti i prigioni predetti, ed ai Milanesi prigioni,
" avanti che il corpo di Pagano fosse sepolto, sopra la Piazza del
" Tempio senza nessun rispetto, gli troncarono il capo, e poi li fe-
" cero per la città tirare a coda di cavalli." Tantam barbariem perpetratam fuisse, auctore Emberra de Balzo, Provinciali, Potestate Mediolani pro Rege Carolo, repugnantibus ipsimet Turrianis, testatur Stephanardus, et Annales Mediolanenses apud Muratorium, an vol. to. 7. fol 373: " Era Vercelli, ait
" Muratorius ex citatis scriptoribus, era Governatore di quella Città
" Paganino fratello parimenti del suddetto Napo Turriani. In essa città
" occultamente i nobili Milanesi Ghibellini fuorusciti lo presero e nel
" condurlo a Pavia, barbaramente l'uccisero. Trovavasi allora ~~Podestà~~

Mss. Mer.

„ in Milano, Podestà, insieme col Re Carlo, Uberto del Balzo Provenzale, cotitui
„ con alcuni dei Torriani per vendicare la morte di Paganino, aven-
„ do in prigione i figliuoli, fratelli, e parenti degli uccisori suddetti,
„ ne fece condurre cinquanta sopra le carra, e ammazzati con crudel-
„ tà esecrabile, riprovata in tutti i buoni, e dello stesso Napo
„ Torriano, il quale poi disse: Ah che il sangue di questi innocenti
„ tornerà sopra i miei figliuoli. Per tale iniquità fu poi scacciato
„ da Milano, il suddetto Umberto.„ Napum Turrianum, verum prophetasse, videbimus infra.

39. Tam audax Gibellinorum facinus, foederatos admonuit, ut novis foederi adjectis sociis, rebus suis diligenter consulerent. Erat in primis Guillelmus Montisferrati Marchio, Bonifacii filius, bellicosae indolis iuvenis, et armis potens, qui quartodecimo anno, ut habent Chron. Parmen. apud Murator. rer. Ital. to. 9. Albertum de Sципіone, Uberti Marchionis Pallavicini filium, in districtu Alexandrino, prope civitatem, cui a Palea nomen est, magna affecerat clade. Hunc praecipue, amicum sibi proposuerunt Vercellenses. Adest Charta in Archivio Civitatis, diei 13. Martii hujusmet anni 1266, data Vercellis in Monasterio S. Andreae, quae conventionem continet, eadem die firmatam a Martino Epo Vercellensi, Napo seu Napoleone Turriano Vercellarum Potestate, et a Guillelmo Montisferrati Marchione, mutuae defensionis societatem inivit, collata insuper eidem summo armorum imperio, sub annuo salario librarum 3000. Papiensium, sicuti erimus ex alia Charta eiusdem Archivii, diei 14. Martii, in qua legimus Philippum Montonarium, Communis Vercellarum Procuratorem, Marchioni solvisse libras quinquaginta Papienses, partem summae librarum 3000. eidem ex pacto debitae a communibus Mediolani, Vercellarum, et Novariae.

40. Hoc eodem anno 1266. Martinus Epus diremit quaestiones, quae vertebantur inter Philippum de Castelnovo Comitem

comitum Caballiacae, et homines eiusdem loci, item et alias ditiones, quibus Commune Vercellarum, comitum praedictum infestabatur. Id constat ex duabus Chartis eiusdem Archivii diei 10. et 11. februarii. Demum die 26. februarii Manfredus a Carolo Andegavensi, apud Beneventum praelio victus, et interemptus est.

41. Anno 1267. Gibellini, labentibus rebus suis consulturi, Conradinum ducem, Conradi Regis filium, et Frederici II. nepotem, ut Siciliae Regnum hereditario iure sibi debitum, a Caroli tyrannide vindicaret, magnis pollicitationibus evocarunt in Italiam. Federati, ut eius conatibus obsisterent, Mediolani generale Concilium indixerunt. Convenerunt statuta die per legatos suos Marchio Montisferrati; item Communia Vercellarum, Novariae, Comis, Bergami, Laudae, Brixiae, Mantuae, Tarvisino, Vicentiae, Patavii, et Parmae. Ibique die 2. Maii, magna animorum consensione, renovatum est foedus, adversus Conradinum, et summa belli demandata Napo et Francisco Turrianis. Interfuerunt, pro Communi Vercellarum, teste Corio ad hunc annum, Guillelmus Advocatus et Iacobus de Carisio.

42. Anno 1268. 23 augusti, ad Lacum Fucinum, Conradinum inter et Carolum Regem, magna commissa est pugna, qua Conradinus tandem victus, dum fugam cum Frederico Austriae Marchione, sibi consulere parat, in itinere deprehensus, et interceptus ad Carolum perductus est, cuius iussu demum anno sequenti capite plexus est. Interea Mediolanenses, et Vercellenses, castra Balzolae, et Ripaeum, quae a Gibellinis tenebantur, expugnarunt et diripuerunt, tradita Napo Turriano domino Balzolae scribit idem Corius. Casalenses ex adverso stetisse colligimus ex Charta Archivii Civitatis, diei 2. decembris, in qua Vercellenses Casalensibus inducias concesserunt, remissis captivis, qui apud Villanovam detinebantur, aliisque, qui in Castro Ripa-

num,

Martinus.

Riparum, vinculis mancipati erant, ut ex alia Charta, 20. eiusdem.

43\. Hoc eodem anno 1268. mense Julii, Martinus Epus, maximis pro Ecclesia exantlatis laboribus, eaque turbulentissimis illis tempo ribus, egregie administrata, magno sui desiderio, relicto praecipue pauperibus, viduis, et orphanis, obdormivit in Dño. Sepulturam habuit in Ecclesia S. Eusebii, una cum Ugone Epo. Eius virtutes, et gesta brevibus complectitur rude Epitaphium, eiusdem sepulcro incisum, quod ex antiquissimo Codice, inde trascriptum fuerat, praemissa hac adnotatione: Ad sepulcrum Martini de Advocatis, olim Epi Vercellensis, in Ecclesia Vercellensi sepulti una cum Ugone Epo Vercellensi, apud Altare S. Joannis Evangelistae . . . . .

Praesul Martinus, Vercellis incathedratus,
Advocatorum generoso sanguine natus,
Moribus, et variis virtutibus irradiatus,
Obsequiis Sacris Studiosus invigilatus
Compatiebatur miseris, viduis, et egenis
At contra, Pravos dignis arcebat habenis.
Ecclesiam digne rexit, sua iura tuendo,
Ut prudens Pastor, Clerum populumque fovendo.
Cumque Dux Caesar Fredericus iniquus inique,
Ecclesiae iuris dirus praedator ubique,
Verrucae Castrum Bugellae moenia clara,
Surripuisset, ea Praesul per praemia cara,
Ingenio, cura vigili, multoque labore,
Ecclesiam solito Laetam fecit honore,
Denuum redditibus, pactis decoravit eandem,
Debita Naturae iussus persolvere tandem.
Anno Pater, et Natus, quem sacrum denique Flamen,
In grege iustorum locat. Omnis concinat: amen.
Praesulis Ugonis, cinis fuit inclyta donis,

Moribus ornatus, secum fuit et tumulatus,
Sed quia non potuit secum pingendo vitari,
Ut patet, et quidem debet hunc hic effigiari.
Audiat ergo pia, mitissima Virgo Maria,
Praesulis egregii vota, precesque pie,
Hanc, quam laudavit, dum viveret, ac decoravit,
Ipsum, digna coli, ducat in alta Poli. &c.
MCCLXVIII. de mense Iulii, obiit Dnus Epus Martinus
Vercellensis supradictus. 1268.

44. Ex Charta Archivii Civitatis diei 23. Nov. huius anni 1268, de qua infra in Raynerio II. colligimus Martinum Epum quaestionem habuisse cum Brunasio de Crevacorio, eumque armis compulisse ad obedientiam, et subiectionem erga Ecclesiam Vercellensem. Caeterum Martino vix defuncto, Communem Vercellarum, homines sanctae Agathae, vulgo Santià, Ecclesiae Vercellensis subditos coegisse, ut se iurisdictioni Communis subiicerent, sicut ex ex pluribus Chartis eiusdem Archivii, diei 2. et 8. Nov. et 9. et 12. Decembris.

45. Martino sedente, floruerunt Ioannes ex Dnis Arborii, Civis Vercellensis evectus ad sedem Eplem Taurinensem, anno 1246. qui teste Francisco Augustino Ab Ecclesia in Epis Taurinens fol. 68. a Papiensibus et Casalensibus Vercellensium inimicis, carceri traditus fuit, mox liberatus opera Thomae Comitis Sabaudiae, et Gaufredus de Montonario ipse quoque Civis Vercellensis, ad eamdem Eplem sedem assumptus anno 1266. Floruit item Guala de Advocatis Archidiaconus Sancti Eusebii, Notarius, et Legatus Sedis Apostolicae, cui, ut supra vidimus, bullam dedit Alexander IV, qua, remissa unione Ecclesiae S. Eusebii in Oratorio, facta a Capitulo Praepositurae, eamdem Ecclesiam univit Archidiaconatui. De eo meminit vetus Necrologium, saepius citatum, sub VIII. Id. Ianuarii, his

Mortarus.

his verbis: Anno Dñi Incarnationis MCCLXV. De huius instanti vitae miseria sublatus est Dnus Guala Advocatus, Dñi Papae Notarius, et etiam Legatus, et huius S. Eusebii Ecclesiae Archidiaconus, in sacris tamen ordinibus, Subdiaconus. Huic pariter, et successoribus Archidiaconis Vercellensibus in perpetuum, idem Alexander IV. Concessit Privilegium usus Mitrae, Bulla data Anagniae XIV. Kal. Nov. Pontificatus anno 5°. quae Autographa asservatur in Archivio Capitulari, cum Sigillo Plumbeo, et cordula serica rubri, croceique coloris pendens, quam libenter hic damus:

" Alexander Epûs servus servorum Dei, Venerabili fratri Epô, et dilectis filiis Capitulo Vercellen. Salutem, et Apostolicam benedictionem. Dignum reputamus, et congruum, nostraque, etiam sine interpellatione aliqua, interesse vit Ecclesias, in quibus familiares, imo magis officiales nostri personatus, seu beneficia obtinent, gratis attollamus favoribus, et dignis honoribus decoremus. Volentes igitur attenta dilecti filii Magistri Gualae de Advocatis Notarii nostri, Archidiaconi Vercellen. Archidiaconatum Vercellensem, et per consequens, vestram Ecclesiam spiritualibus titulis augmentare, eidem Archidiacono, eiusque successoribus Archidiaconis Vercellensibus in perpetuum, Mitra utendi liberam concedimus auctoritate praesentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei, ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagniae XIV. Kal. Nov. Pontificatus nostri anno 5°. hoc est, anno 1259.) ~~[illegible] 1216~~

46. Floruit praeterea Illustrissimus Candidus S. R. E. Cardinalis, Guillielmi Marchionis Montisferrati filius, quem familiam aliqui, alii Guidini natum asserunt, vir doctrina, prudentia, fortitudine,

fortitudine, rerum gerendarum peritia, ac morum sanctimonia insignis. Anno 1227. mense Septembris, a Gregorio IX. Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, creatus, mox arduis negotiis conficiendis praepositus est. Anno 1231. in Germaniam Legatus a Latere. Ad Componendam pacem cum Friderico II. Imperatore, qui magnas inimicitias adversus Ecclesiam suscepierat, missus est; sed brevi revocatus, universam Lombardiam, eadem Legati a Latere potestate praeditus, perlustravit, ut Civitates, quae novo inter foedere, contra Fridericum eam Ecclesiae reconciliatum, atque susceperant, eidem conciliaret. Qua occasione plures Civitates inter se dissidentes, ad concordiam adduxit. Anno 1237. ab eodem Gregorio IX. Legatus in Angliam, ibi, coacto praesulum Concilio, plura sapientissima Decreta pro Cleri reformatione Condidit. Decimam Ecclesiasticorum proventuum, adversus impios Friderici II. conatus, ipsis Praesulibus offerentibus, ab omnibus beneficia Ecclesiastica possidentibus, solvendam indixit. Inter Henricum III. Angliae, et Alexandrum II. Scotiae, Reges diu inter se dissidentes, pacem composuit; et alia quamplura sapientissime egit. Anno 1241. ab Anglia rediens, ab Entio Friderici filio, Pisanorum navibus suffulto, interceptus, et ad Fridericum perductus, eius iussu in carcerem coniectus est. Eodem anno mortuus est Gregorius IX.. Ad accelerandam novi Pontificis electionem, Fridericus Othonem, Liberum dimisit, ea tamen lege, ut datis obsidibus, caveret Otho, de repetendo carcere, statim post electionem. Electus est in Summum Pontificem, mense octobris, ejusdem anni, Caelestinus IV; eo tamen intra dies 18. e vivis sublato, cum Cardinales convenire non possent in novi successoris electione, Otho veritus, ne obsides quos dederat, male a Friderico haberentur, sponte ad carcerem, summa fide rediit, quem deinceps fere per biennium, magna animi constantia pertulit.

pertulit. Tandem interventu Balduini Graeci Imperatoris, libertate donatus est anno 1244. Anno 1248. ab Innocentio IV. Legatus in Galliam missus, Ludovicum IX. suis exhortationibus impulit, ut in Orientem cum exercitu, contra Saracenos trajiceret. Denique anno 1251. in Concilio Lugdunensi, laboribus et aetate confectus, ad Deum transiit. Fuit etiam in Mathematicis eruditus, librumque scripsit de Astrologia, cujus meminit Ciaconius et Possevinus in Syllabo.

47. Moniales pariter Humiliatae S. Agathae, quae antea suburbanas aedes incolebant, prope Ecclesiam Praepositurales Humiliatorum S. Martini de Gateno, in urbem introductae sunt. Quade re extat in Archivio Monasterii S. Agathae sequens monumentum.

Anno Dominicae Incarnationis MCCLVII. Inditione I. die Mercurii XXI. Novembris, in praesentia Dni Ambrosii Corcorellae Judicis et Consulis Justitiae Vercellarum, sedentis pro Tribunali in Consulatu, Joannes de Pancesio(?), Civis Vercellensis donavit inter vivos, et titulo donationis dedit Dno Martino Praeposito mansionis S. Martini de La Gateno, vice et nomine totius ordinis Humiliatorum, sive Fratrum Humiliatorum, quondam domum cum solo, aedificiis et curte, et horto, et brolio, et aliis pertinentiis, eidem domui pertinentibus, quam ipse Joannes habere et tenere visus est in Vercellis in vicinia S. Agnetis(?), cui coheret ab una parte, ab alia Jacobi Carrariae(?), ab alia Dni Guillielmi Francisci de S.... ... alia retro muros barbacanos, et quam acquisivit ab illis de .... quam donationem fecit, ad utilitatem et profitandum sororum .... dicuntur de S. Agatha, ita ut praedictae sorores .... sunt et deinde fuerint, perpetuo in ipsa domo debeant habitare, et ibidem

ibidem

Martinus.

et ibidem permanere; et collegium ipsarum sororum perpetuo ibi debeat observari, et ita quod si quando praedictae sorores quae sunt, vel quae deinceps fuerint, habitationem praedictae domus reliquerint, et collegium ibidem non habeant, quod praedicta domus libere revertatur, et reverti debeat, in praedictum Joannem, vel ejus heredes; eo tamen salvo et excepto, quod si praedictum collegium multiplicatum et numero personarum adeo quod collegium ibidem commode non posset esse, quod dictum est et hoc horum causam, et non ob aliam causam, praedictam domum alienare, et aliam domum acquirere in qua collegium et Universitas ipsarum sororum debeant perpetuo permanere, et quae domus empta, sive acquisita sit etiam ipsa cenceatur loco, et vice praesentis domus donatae. Et quam donationem fecit ipse Joannes sub praedictis conditionibus mo=dis et formis Et praedictus Dnus Oldericus Consul auctori=tate Communis Vercellarum suum interposuit decretum, et auctoritatem; et cum insinuatione ipsius Consulis, ipsam do=nationem ipse Joannes fecit. Unde plures chartae jussae sunt scribi. Actum sub Palatio Communis Vercellarum. In=terfuerunt testes Antonius de Priulerio, Guillelmus de Bonadan=no, Lantelmus de Balzola Notarius Justitiae Vercellarum, et Bonus Joannes Gallus. Ego Albertus Castaldus Notarius his omnibus interfui et hanc chartam rogatus scripsi.

Raynerius II.

Raynerius ij.

Anno 1268.

1. Post Martinum, Ferrerius, et Aghellus (Naghellius) (sanerius vacasse sedem quatuor annis) statuunt Aymonem, qui ut infra videbimus, factus est Epus anno 1272. Caeterum Martino subrogatum esse Raynerium Advocatum Petianae, eodemmet anno 1268, manifesto evincitur ex quodam documento Archivii Civitatis, dato die 25. Novembris,

Novembris hujus anni, in quo Brunattius Crevacorii Dux, qui sub Martino, ad fidelitatem et obedientiam erga Ecclesiam Vercellensem, avinis spiritualibus, et temporalibus, adductus fuerat, cedit ad favorem eiusdem Ecclesiae in manibus Dni Gualae Advocati Quintii aliorumque Canonicorum, acceptantium nomine Dni Raynerii Advocati Petrasanctae Electi Vercellensis, omni iuri, si quod habere posset propter damna sibi a Martino Epo illata. Scribit Cusanus fol. 217. divisos fuisse Canonicos in Electione Epi, aliis Raimerio, aliis Jacobo de Ponengo Canonico Vercellensi faventibus, causamque in Curia Romana ater iure potior esset, agitatam sine decisione, eo quod eum Raynerius morte praeventus, nec confirmatus, sedem reliquit vacuam. Unde id hauserit, nescio. Quia ante nullum affert documentum.

2. Hoc eodem anno 1264. fuisse controversiam inter Guillielmum Marchionem Montisferrati, et Commune Eporediae, Comitesque S. Martini, causam ipsam Communis Vercellarum, commissam fuisse dirimendam, iudicio arbitrorum, colligimus ex Charta Archivii Civitatis, diei 4.ae Novembris, in qua Commune Vercellarum denuntiare iubet Arbitris, ad hoc delectis, ne arbitrio suo, Marchioni permittant, ut ius aliquod adquirat, seu dominium possit in Civitate, et districtu Eporediensi.

3. anno 1265. Vercellenses auxilio fuerunt Napo Turriano, contra Laudenses bina de re, haec habes Sigonius in eumdem annum: Laudae Napus a Sueno Vistarino Laudensi, iniuria provocatus, nullis aliis magis quam civitatibus subsequentibus intentus, cum auxiliis Communium Bergomatium, Novariensium, et Vercellensium Cardinum adversus Laudenses, ingressum seimsanti adduxit, ac Castra ad Laudem veterem ponit, atque agro circumiecto vastato prid. idus Septembris, arcem ibi condere coepit, qua munita, inde post sex dies, exercitum reduxit.

4. Interea Carolus Siciliae Rex, ob res feliciter gestas, elatus, nonjam amicitiam, et societatem, sed dominatum in Civitates Lombardiae, quae partium erant Guelpharum, haud obscure spectabat. Ideo ejus jussu, hoc de re, Concilium generale Urbium foederatarum, Cremonae habendum indictum est, hoc eodem anno 1269. Placentini, Cremonenses, Parmenses, Mutinenses, Ferrarienses, et Rhegiani, in Caroli dominatum subire non recusabant. At Mediolanenses, Vercellenses, Novarienses, Comenses, Alexandrini, Terdonenses, Papienses, Bergomenses, Brixienses, et Marchio Montisferrati, contra Caroli postulata steterunt declarantes se eidem ut amico, non ut domino obsecuturos. Et ita....... infecta, concilium solutum est. Haec ex Chron. Placentinus....... Muratorius annal. to. 7. fol. 390.

Anno 1270. Vercellenses, hominibus Aliciis, Meoli, Arlii, Herbosii, et Flicoli operam suam offerentibus, condunt Burgum Alicis, ut ex Charta Archivii Civitatis, diei 29. Maii. Item destruunt Castrum Azelii, et incolas transmigrare jubent, assignato eis solo, pro novo oppido quod incolerent, aedificando. Hac de re, tres extant Chartae in Archivio Civitatis, una diei 21. Maii, qua Commune Vercellarum, quatuor ex sapientibus Civitatis delegatis, qui locum novi oppidi, ab hominibus Azelii inhabitandi, constructioni aptum decernat; alia, qua statuitur ut homines Azelii transmigrent ultra aquam Dinam nuncupatam, ibique aedes ad habitandum aedificent, proposita poena banni contra eos, qui pergerent vetus Azelium inhabitare; alia demum diei 12. Novembris 1272. in qua, facta Concilio Civitatis, propositione, quid censeret de novo oppido aedificando, ultra Dinam pro hominibus Azelii, ob oppositionem factam ab Abbate S. Andreae, asserentem, situm situm destinatum ad praefati oppidi constructionem, esse proprium Monasterii S. Andreae; mandatur

mandatur Vicario, Rectoribus societatis, et sapientibus, ut re-
quirant hoc re, id consilii capiant, quod utilius iudicabunt, ea
tamen lege, ut fas non sit, Archivum vetus restaurare.

6. Hoc eodem anno 1270. Vercellenses novam cum Mediolanensibus
conventionem paciscuntur, qua Mediolanenses in toto eorum
territorio, et dominio, omnimodam immunitatem, a portoriis,
et vectigalibus, Vercellensibus concedunt: et vicissim Vercellenses
Mediolanensibus, in universo Vercellensi districtu, et territorio.
Ita ex Charta Archivii Civitatis, diei 8. Augusti.

7. Anno 1271. Vercellenses dissidium habuisse adversus Dominos de
Valesa, et Dominos de Ponte S. Martini, Vallis Augustanae, illud-
que hoc eodem anno compositum fuisse, colligimus ex plu-
ribus Chartis Archivii Civitatis. Charta 19. Augusti, habet pe-
culiare mandatum, quo Dnus Ardicio quondam Dni Ja-
cobi de Valesa, committit Dno Francisco ejus fratri, ut contro-
versias cum Vercellensibus componat, et pacem ineat. Alia
ejusdem mensis, continet mandatum Dnorum fratrum Jaco-
bi, et Arditii, quondam Dni Guillelmi de Valesa, factum Dno
Arditioni, eorum fratri, ad componendas controversias et pa-
ciscendo, ut ex Charta 12. Septembris, Petrus de Ponte S. Marti-
ni, approbat pacta (quae fuerint, ibi non exprimuntur) a Perci-
vallo ejus fratre, conventa cum Communi, Capitulo, et Epo
Electo, et hominibus Ecclesiae Vercellensis. Ex alia Charta ejus-
dem diei 12. Septembris, Dni de Valesa, et Dni de Ponte S. Mar-
tini, mandant Jacobo Archipresbytero Bugellensi, ut eorum nomine
recipiat, et ratam habeat pacem initam cum Dno Napo-
leone Turriano, Potestate, et Communi Vercellarum, nec non cum
Dno Raynerio Electo Vercellensi, Capitulo, et hominibus Ecclesiae
S. Eusebii. Porro Napum, seu Napoleonem Turrianum, sex
annis, qui hoc anno 1271. expleti sunt, Potestatis munus Ver-
cellis obiisse, constat ex alia Charta hujusmet anni, quae ta-
men

tamen iii. diem per mensem signat.

§. Dummu hoc eodem anno 1271. e vivis excessisse Raynerium Electum Vercellensem, certum est, tum quia nulla deinceps eius memoria habetur in Tabulariis Capituli, Episcopatus, et Civitatis; tum quia anno 1272. .... Episcopi Aymonem mox videbimus .... jam fuisse.

§. Sub finem anni 1271. Capitulum S. Eusebii, cum vacasset Ecclesia Parochialis S. Mariae de Larizzate, in eiusdem possessionem immisit Clericum Bonderium de Novarino, Custodem Ecclesiae S. Eusebii prout ex sequenti documento Archivii Capitularis.

" Anno Incarnationis Dñi MCCLXXI. Indictione XV. die
" Mercurii XVI. intrantis mensis Decembris, Dñus Matthaeus de Sandiliano Canonicus Ecclesiae S. Eusebii Vercellensis, delegatus a Capitulo
" suprascriptae Ecclesiae S. Eusebii in hac parte, vice ac nomine
" dicti Capituli, et auctoritate eiusdem Capituli, posuit et in-
" duxit Bonderium de Novarino, Clericum ac Custodem suprascriptae
" Ecclesiae S. Eusebii in corporalem possessionem Beneficii et
" Praebendae, ac regiminis, et administrationis Ecclesiae S. Mariae
" de Larizzate, inducendo .... in dictam Ecclesiam, S. Ma-
" riae, dando in manibus ipsius .... illius Ecclesiae, et clavem
" ostii ipsius Ecclesiae, et librum unum ipsius Ecclesiae, ponens insu-
" per dictus Delegatus in manibus ipsius Bonderii, pannos Alta-
" ris istius Ecclesiae S. Mariae, nomine verae possessionis be-
" neficii ipsius Ecclesiae et administrationis, et regiminis eius-
" dem tam in spiritualibus, quam in temporalibus, et possessio-
" num, et iurium, et redditum ipsius Ecclesiae. Unde plures
" Chartae, praesentibus testibus Dño fratre Alberto de ...... Ri-
" zoni .... et Fabrizio de Grassono. Ego Simon Aprianus Notarius
" interfui, et Chartam hanc scripsi."

Post obitum Raynerii, sede vacante, Praepositum et Monachos

Raynerius [illegible]

Monachos SS. Gratiani et Felini, fidelitatem inopse in manibus Canonicorum, suscipientium vice, et nomine Epi Eligendi; Auctor est Mdona in hist. Mss. ad hunc annum.

Aymo.

Aymo

Anno 1272.

1\. Raynerium excepit Aymo, ex Epo Augustano factus Epus Vercellensis die 21. Decembris 1272. teste Ughellio. Fuit non ex Dnis de Chalanto, ut perperam asserit idem Ughellius, sed ex Vicecomitibus Augustae, quemadmodum tradit auctor Synerosus, in vita Dulcini Heresiarchae infra proferenda, vir pectoris invicti et libertatis Ecclesiasticae defensor acerrimus. Inter ejus Episcopatus insignia fuit electio Rudolphi in Regem Romanorum, facta die ultima Septembris 1273. Hic est Rudolphus Comes Habspurgensis, qui victo Ottochero Bohemiae Rege, Austria potitus, Augustae Austriacae gentis nomen, et originem fecit, eique Imperium, magno Catholicae Religionis et Christianae reipublicae emolumento, ad haec usque tempora asservit. Eodem anno Gregorius X. qui indicto Lugduni generali Concilio, illuc contenderat, Vercellas divertit, indeque discedens comitantibus S. Bonaventura, qui Vercellis in Coenobio S. Mathei hospitatus fuerat, et Aymone Epo, circa medium mensis Novembris, Lugdunum pervenit, ibique anno 1274. Concilium Generale 14.[um] maximum Praelatorum, inter quos et Aymo noster teste Zuccio, frequentia celebravit.

2\. Per eadem tempora, magni motus Vercellas, et Mediolanum agitabant. Napus seu Napoleo Turrianus, partium Guelphorum in Lombardia princeps, in utraque Civitate supremam administrationem exercebat. Anno 1273, teste Corio, renovato foedere, Mediolanenses, Vercellenses, Laudenses, Novarienses, Cremonenses, Placentinos,

Rhegianos, et multimodos in suis confirmaverat partibus. Contra stabant Vicecomites Mediolanenses, et Tizzones Vercellenses cum asseclis Duce Othone Vicecomite Archiepiscopo Mediolanensi, qui tamen Guelphos obsistere haud valens, circum circa exules errabant, in omnem rei bene gerendae occasionem intenti. Gregorius Papa, omnia expertus, ut eos ad concordiam reduceret, tandem sentiens se operam perdere ob Othonis ambitionem, qui supra Archiepiscopatus dignitatem, quaestum et principatum inhiabat, eum ab Galliis redux, Bugellam, Comitatus Vercellensis oppidum, teste Merula, relegavit. Moritur interea Sanctissimus Pontifex anno 1276. ineunte, cujus Sanctitatem D. O. M. pluribus comprobavit miraculis. Otho tempus adventasse ratus, quo res suas erigeret, plurimo collecto milite, eidem Gothifredum Languscum, Comitem Lomelli, praefecit, atque statim primo impetu, omnia circa Verbanum Lacum oppida, quae expugnavit, quae in deditionem accepit. Sed brevi cum copiis supervenientibus Turrianis, praelio victus omnia rursum amisit, Langusco ipso cum Tebaldo Vicecomite, Magni Matthei Patre ab hoste in captivitatem adductis, et paulo post, victoris jussu, capite truncatis. Hac accepta clade Otho ad nobiles Vercellenses se recepit, ibique cum iis, collatis consiliis, bellum reparavit, atque tandem anno 1277. ineunte, Duce Lanfranco Languscо, fratre Gothifredi, viro strenuissimo, insigni victoria Turrianos ad Desium prostravit, debellavitque, Napo ipso capto.

3. Dum haec aguntur, Aymo Episcopus, Cleri mores, qui temporum iniquitate ...... tis, Clericali Sanctimoniae et dignitati haudquaquam respondebant ... reformare satagens, iam plura per Magistrum Nicolaum ...... Bugellae, vicarium suum, decreta ediderat de vita, et ..... Clericorum, quibus anno 1276. visitatoris munus obiens ..... ad Canonicum institutum, quod et ipsum a priore integritate desciverat, restituendum aptissima.

Aymo.

aptissima. Ea ex Archivio Capitulari, hic recitanda censuimus, ut ex sanctissimis Patrum regulis, quisque intelligat, qualis esse debeat Canonica psallendi ratio, qualis in Choro, et extra, Corporis animique compositio, qualisque demum in religiosis Canonicalibus muniis obeundis accurata ratio.

Synodus Aymonis Episcopi
Anno 1276.

„ In Nomine Domini. Amen. Adhuc Divinae vocis organo, in Ec=
„clesia Dei, solemniter extollantur, ati fidelium mentes ad divini
„cultus devotam reverentiam, propensius incitentur. Unde cum
„Cleri Beneficiati, ratione beneficiorum, et ordinum, ad officia
„teneantur, pervigili diligentia est cavendum, ut distinctae,
„punctatim, reverenter, ac intelligibiliter recitentur divina, ut
„quod reverenter ore cantatur, fideliter corde credatur, et quod
„corde fideliter creditur, efficaciter operibus impleatur, ad quam
„pervigilem diligentiam intertinendam, Cantores Beneficiantur
„in Ecclesiis, et Praeficiuntur in Choris. Hinc est quod nos Aymo,
„miseratione Divina, humilis Ejus Gebennensis, et Comes, quam=
„vis indignus, in Visitationis officio constituti, ad reformationem
„ejusdem Ecclesiae intendentes, potissimum in Divinis, statuto
„irreparabili statuimus, et in eadem Ecclesia districte praecipimus
„observari, quod Cantores ejusdem Ecclesiae Gebennensis, per quos
„Chorus doceri convenit, et regi, obmissa sincopa, et decur=
„tatione, seu et detruncatione verborum, immoderataque la=
„brorum frequentia, attente, distincte, punctatim, tractatim, in=
„telligibiliter, et studiose, cum humili devotione, et ea reverentia
„qua divinum decet officium, praesertim in Cathedrali, et tali, et
„tantae auctoritatis Ecclesia, celebrent, et faciant celebrari. Porro
„cum Ecclesia sit Domus Orationis, et Dei, ubi contemplativos esse
„esse convenit, non activos indebite, contra quod saepe Canoni=
ci,

„Canonici, Capellani, et Clerici, silentium debitum fugientes, inter se
„plusquam deceat, collocutionibus, et verbis otiosis, et vanis negli-
„genter intendunt, sic, ut sicut tenentur, aures non porrigunt
„ad Divina, perturbantes socios, opere et exemplo, eisdem Canonici-
„bus sub poena suspensionis, et in virtute obedientiae praecipimus,
„districtius iniungentes quatenus huiusmodi negligentias, et vitia de
„Choro studeant extirpare, ne maledictionem illius, qui opus
„suum negligenter facit, incurrat, ita ut Divinum Officium, noc-
„turnum pariter, et Diurnum, et praecipue Missarum solem-
„nia, sic humiliter, sic reverenter, sic devote celebrentur, ibi-
„dem, ut apud omnes fideles, quibus forma, et exemplum
„debent esse, pia fides, et devotio augeatur. Quod si Cantores
„ipsi super praemissis fuerint negligentes, Archidiaconus cum
„praesens fuerit, alioquin Archypresbyter, vel Praepositus, vel
„presbyter Hebdomadarius, praedicta faciet observari, si Divinam,
„et Canonicam voluerint effugere ultionem. Item statuimus,
„quod Cantores ipsi faciant quod cantus nocturnus, et Diurnus,
„attentius, devotius, et morosius, non transcursim fiat, ut decet
„Ecclesiasticum Officium, quod in debita euphonia, et decora
„pronunciatione consistit. Item cum fere in universis Ecclesiis
„Cathedralibus, illa laudabilis consuetudo servatur, quod nullus
„Sacerdos, nisi Canonicus celebret in Altari maiori, quoniam
„maiora maioribus reservantur iuxta Canonicas sanctiones, sta-
„tuimus, et in ipsius Ecclesiae maiori Altari, nullus nisi Cano-
„nicus Cathedralis Ecclesiae existat, celebrare Missam conventualem,
„aliqualenus permittatur. Item statuimus, quod in ipsa Eccle-
„sia, qualibet die Sabbathi, solemni festivitate cessante, Con-
„ventualis Missa de Beata Virgine, honorifice, et qualibet alia
„die, de Festo, vel feria, Celebretur, et sicut die Dominica, in me-
„moriam Resurrectionis Filii Dei; Missam solemnia, solem-

niter

Agno.

celebrentur, sic

„ solemniter, sic dies Lunae in memoriam Matris Virginis gloriosae.
„ Item cum in ipsa .... Vercellensi, sint vigintiquatuor Cano-
„ nici, qui dicuntur ...... ex quibus secundum specialem, et an-
„ tiquam consuetudinem ...... Sedis Apostolicae confirmatam,
„ sex, computato Archidiacono debent esse in officio et ordine
„ Sacerdotis; statuimus, imo statutum antiquum innovamus, et
„ praecipimus observari, quod sex sint sacerdotes, et quinque
„ diaconi, prout in statuto et confirmatione Sedis Apostolicae

o statuto,

„ plenius continetur, adeo quod praebendae sacerdotum dein-
„ ceps sacerdotibus existant, diaconorum Diaconibus, Acholytorum
„ vel subdiaconorum, subdiaconibus, et tenentur prout ipso
„ ~~victor~~ videbitur promoveri. Item statuimus, quod nullus
„ de ipsius Ecclesiae Canonicis, ad serviendum in Ecclesia, in
„ aliquo ordine admittatur, nisi ad ordinem illum, in quo
„ servire voluerit, sit promotus, sed tandiu data, et Quotidianis
„ distributionibus careat, quandiu neglexerit se facere pro-
„ moveri. Item licet jure communi sit, quod singula officia in Eccle-
„ siis, specialitatem exigant personarum, in Vercellensi Ecclesia, Archi-
„ diacono, et Archipresbytero, et Praeposito, ob defectum beneficii vel
„ Praebendae, aliquo tempore vacare contingat, statuimus ut Praebendae,
„ quas Archidiaconus, Archipresbyter, et Praepositus, tempore mor-
„ tis obtinebunt in numero vigintiquatuor Praebendarum, singulae
„ singulis dignitatibus adeo sint adnexae, quod nullus aliquo jure,
„ vel modo has, vel harum aliquam habere, vel obtinere va-
„ leat, nisi Archidiaconus, vel Archipresbyter, seu Praepositus, quan-
„ do alteram harum dignitatum vacare contigerit, nisi ad ipsam
„ dignitatem canonice electus fuerit, vel alias rationabiliter institu-
„ tus. Item cum incompositio corporis, incompositionem indi-
„ cet mentis, statuimus super habitum Canonicorum, et commu-
„ niter solitario per civitatem, et viciniam, quod nullus Cano-

nicorum

neglexerit
o ipsa

Aymo.

"canonicorum, a quatuordecim annis supra, sine socio Clerico, vel Capel-
"lano exeat, vel vadat per civitatem, vel moretur in porticibus vi-
"cinorum, et Clamidem semper post tergum pendentem vel cap-
"pam deportet, vel saltem Burdaliam deferat, si fuerit sub-
"diaconus, aut in minoribus ordinibus constitutus. Et de Capel-
"lanis praecipimus observari, quod de habitu Subdiaconi est prae-
"missum. Insuper Confirmamus Constitutiones factas per Vicari-
"um nostrum, Magistrum Nicolaum, nunc Praepositum Bugellae
"super multis honestatibus a Clericis observandis, prout in ipsis con-
"stitutionibus continetur. Item licet Thesaurarius Ecclesiae Vercellensis,
"debeat esse sollicitus, et fidelis circa custodiam librorum, vestium,
"vasorum, et aliarum rerum, in ipso Thesauro existentium, quoni-
"am Thesaurarius ipse de Canonicis est, non potest ita per se ip-
"sum, circa plicationem et praeparationem Paramentorum paran-
"dorum, et alia necessaria intendere, consuevit habere unum ex Capel-
"lanis ipsius Ecclesiae, virum fidelem, et providum, qui clavem
"Thesauri custodit, praeparat vestes, et plicat ipsas, et conservat, et
"omnem habet diligentiam, et sollicitudinem eorum, quae sunt
"in ipso Thesauro, qui pro suo labore fructus Ecclesiae S. Georgii in
"territorio S. Agathae, consueverat habere, quos Thesaurarius ipse
"sibi appropriavit, utilitati propriae inhiando, statuimus, et Capel-
"lanus ipse, fructus et redditus memoratae Ecclesiae, annuatim ha-
"beat, ut seriosius, et liberius cuncta praedicta faciat, quae
"fuerint facienda, et remunerationem suam recipiat de labore. Item
"cum ad nostrum spectet officium, res Ecclesiae nostrae, sollicite facere
"custodiri, statuimus, ut Thesaurarius ipsius Ecclesiae, cujus Custodiae,
"quae in ipso Thesauro consistunt, sunt artius deputata, vasa,
"vestes, et Paramenta, libri, privilegia, instrumenta, et omnia et
"singula, quae in ipso Thesauro sunt, et ponuntur, fideliter et
"cum omni diligentia, custodiat et faciat custodiri. Et siquid

per

Agma.

„ per ipsius negligentiam, vel quamcumque fraudem perierit, teneatur et
„ compellatur, Ecclesiam conservare indemnem; et si alios haec non
„ iuravit, haec firmare debeat proprio iuramento, et de omnibus fiat
„ Inventarium, et in Custodiam Capituli deponatur, de quibus ipse
„ Thesaurarius consignationem Capitulo annuatim facere teneatur.
„ Item monemus, ut si quis de Canonicis, Capellanis, vel Clericis
„ Civitatis vel Dioecesis Vercellensis, aliqua, vel aliquid in auro, ar-
„ gento, libris, vestibus, Chartis, Privilegiis, vel aliquibus aliis rebus de ipso
„ Thesauro asportaverit, vel asportari consenserit, vel habet, vel scit,
„ quis habeat, nisi infra mensem post hanc ordinationem, Capitulo
„ restituerit, et manifestaverit, ex nunc. Pro tunc in ipsum tan-
„ quam in sacrilegum, his scriptis excommunicationis sen-
„ tentiam promulgamus. Item cum beneficia Capellaniarum...
„ ..... Ecclesiae Beati Eusebii, residentiam personalem requirant.
„ ..... omnes, et singuli, obtinentes Capellanias in memorata
„ Ecclesia, infra octo dies post publicationem praesentium debeant
„ eidem personaliter deservire, quod si non fecerint, eos ex nunc
„ pro tunc a suis Beneficiis decernimus suspendendos; et si dictam sus-
„ pensionem per mensem sustinuerit, ex tunc dictis Capella-
„ niis, noverint se privatos. Item statuimus, ut cum non sint
„ tot Domus in Ecclesia Vercellensi, quod singulae singulis Cano-
„ nicis valeant assignari, propterea quod ipsius Ecclesiae Canonici
„ observant, quod quando aliqua domus vacat ibidem, quicumque
„ est dignitate, vel ordine, ex relicta, quae tenet, potest ipsam
„ vacantem acceptare, statuimus, ut observationem huiusmodi
„ usque ad triennium tantummodo perdurandam, et inde in
„ antea nulla domus possit taliter acceptari, sed unusquisque
„ suam, quam completo triennio habitaverit ex collatione Ca-
„ pituli, iure proprio debeat retinere, ut ex hoc reficiendi et
„ meliorandi domum ipsam voluntas, et propositum augeatur

„augeatur, quaeque ad posteros transeat, suae merito probitatis, eo tamen
„salvo, quod collatio et assignatio ipsarum Domorum ad Capitu-
„lum semper pertineat, sicut nunc pertinet, et consuevit hacte-
„nus pertinere in Collationibus, et assignationibus ipsarum hoc
„modo servato, quod quoties aliquam domum vacare contige-
„rit, nulli per Capitulum assignetur, si non esset in eodem or-
„dine vel maiori, in quo erat ille per cujus casum Domus
„illa vacavit, vel iuramento caverit se infra sex menses ad eun-
„dem ordinem promoveri, alioquin Capitulum ipsam
„alteri locare debeat ad utilitatem Capituli, quousque appa-
„ruerit qui velit, et possit Ecclesiae in ipso ordine deservire,
„cui per Capitulum assignetur, salva tamen Domo Archypre-
„sbyteratus, quae nulli potest nisi Archipresbytero assignari,
„cum sit annexa Archipresbyteratui, per illius ordinationem,
„qui ipsam construxit, prout in ipsius testamento vidimus
„contineri, quod servandum utriusque iuris tenorem, Episcopatum tu-
„nos studio facere adimplere; et salvo statuto de biennio,
„ultra quod Domus debet vacare, si habitatae per illos non
„fuerint, quibus fuerint assignatae. Item cum nulla Ecclesiasti-
„ca Beneficia conferri, vel etiam promitti debeant antequam
„vacent, et per electiones, seu receptiones, quae ad vacaturas
„Praebendas vel beneficia factae fuerint, illud sequatur in-
„conveniens, quod mors proximi desideratur a nonnullis, in
„grave dispendium animarum, statuimus, et Ep[iscop]ali aucto-
„ritate prout possumus, districtius inhibemus, quatenus in Ec-
„clesia Vercellensi, nullus eligatur, nec recipiatur, in Canonicum,
„sive fratrem per Capitulum vel per aliquem de Capitulo,
„publice, vel privatim, nisi Praebenda vacaverit ibidem,
„ad quam Capitulum tenetur eligere personam idoneam

Augusto.

„idoneam, et quae sit in ordine, vel velit esse, scientia et aetate
„ quos Praebenda requirit, Et si Archidiaconus, Archipresbyter, Prae-
„-positus, vel alius de Capitulo, contrafecerit, vel ad contrafa-
„-ciendum, Capitulum vel congregationem aliquam fecerit
„ vel fieri procuraverit, ipso facto a dote, et a communibus di-
„ tributionibus, per triennium continuum sit suspensus, et
„ nihilominus Canonicam non effugiat ultionem, et nihilo-
„minus talis receptio, sive electio sit irrita, et inanis. Item
„ quod nullus Chorum, cum celebratur officium, divaleatus
„ intrare praesumat, et si contra fuerit, pro absente ea die scri-
„-batur. Insuper universa statuta Canonica, et consuetudi-
„-nes rationabiles ipsius Ecclesiae hactenus observatas praecipimus
„ observari, et constitutionem praecipuam, quotiescumque aliquis
„ Canonicus inquatur una cum aliis statutis ipsius Ecclesiae
„ proprio iuramento firmari, antequam admittatur in Cano-
„-nicum et in fratrem; salva in omnibus Sedis Apostolicae
„ Reverentia, et Auctoritate Episcopali, et nostra. Et quicumque ali-
„-quid praedictarum constitutionum, et aliarum consuetudinum
„ rationabilium, hactenus observatarum, non servaverit, Episcopali
„ auctoritate, et Canonice puniatur.
„ „ Cui ordinationi interfuerunt Dnus Alerius Archipresbyter
„ Dnus Rufinus de Albano Praepositus. Dnus Vola de Vialardis,
„ Dnus Mattheus de Sandiliano, Magister Ambrosius de Mons-
„tro, Dnus .... anus de Sulio Prevo, Rugerius de Furnis,
„ Jacobus de Ello ..... Canonici Vercellenses. Actum in
„ Civitate Vercellarum, in Palatio..... Vercellensi anno MCCXXVI.
„ indictione IV. die IX. intrante ..... ~~interfuerunt~~ testibus ~~praesentibus~~
„ ~~rogatis~~, Magistro Nicolao Praeposito [illegible] .... de
„ [illegible] Canonico S. Ursi Augustae, Presbytero Eusebio, Presbytero
„ Girardo, Presbytero Bertolino de Hospitali Magistro Manuel, et Simone

„et Simone de Montegrando Clerico." Hic desinit Synodus, seu constitutio Dni Aymonis Epi Vercellensis.

4. Devictis porro Zurrianis, Guelphorum res in Lombardiam pene deserta sunt. Vercellis iam ab anno 1246. inclinari caeperant. Ad Guelphos id evincimus ex Charta Archivii Civitatis 28. Martii ejusdem anni, in qua Vercellenses, ex pacto pollicentur se Eporediensibus auxilio adfuturos contra Advocatos, aliosque ibi nominatos. Nemo ignorat Advocatos, Guelphorum partibus constantissime semper addictos, imo eorum principes Vercellis fuisse. Ex alia Charta ejusdem Archivii 18. Januarii 1247, qua confirmatur prior concordia, et delenuntur mutua auxilia contra Marchionem Montisferrati, Advocatos, eorumque fautores, discimus tunc Marchionem stetisse contra Gibellinos. Refert Murator ad hunc annum ex Chron. Parmens., Casale S. Evasii per deditionem Casalensium, concessisse in dominium Marchionis sub. 3. Julii 1248. Casalenses nempe, verosimiliter, ob Vercellensium interna ~~discordia~~ dissidia, quorum dominationem jam diu oderant, eorum jugum excutiendi, nacti occasionem, se Marchioni dediderunt per id tempus quo hic Gibellinos, qui Vercellis rerum potiebantur, bello fatigabat. Verum hoc eodem anno 1248. Marchionem ad Gibellinos transisse, tradunt Annales Mediolanenses apud Muratorium, et cum iis Corius; nempe Marchionem hoc ipso anno, electum fuisse ab Othone Vicecomite, Mediolanensium Ducem adversus Zurrianos, eumque suffultum copiis auxiliaribus Papiensium, Vercellensium, Dertonensium, Alexandrinorum, bellum Laudensibus, qui a Zurrianis stabant, intulisse. Zitiones deinceps, pulsis Advocatis, et Zurrianorum metu solutis; omnia ad arbitrium Vercellis agere caeperunt. Nicolaus III. Summus Pontifex, nil intentatum reliquit, ut dissidentes Civitatis, ad Concordiam

concordiam reduceret, oblata veluti pacis sequestra, absolutione ab excom-
municis, et interdicto, quibus subiacebant Marchio Montisferrati, nec non
Civitates Asta, Vercellae, Novaria, Papia, et Verona, sicuti ex
annal. Eccles. Raynaldi narrat Murator. annal. to. 7. fol. 1022. sed
frustra. Nam talis tantusque furor animos invaserat, ut omnia
floci penderent; dummodo adversae parti nil concederent, quos
potius Lymphatos diceres, quam hostili ira percitos.

¶ Canonicos quoque Vercellenses hic vesanus impetus agitabat. Ad-
servatur in Archivio Capitulari, Charta data hoc anno 1278,
quae habet quod quinque Canonici ex Advocatorum gente, unà
aliis de Rodobio, Santiliano, et Sancto Sebastiano, omnes partium
Guelphorum, in iudicium vocarunt Collegas suos, qui a Gibel-
linis stabant, nempe Ruffinum de Albano, Bartholomeum
de Sulio, Bonum Joannem de Gromano, Gualam Vialardum,
Jacobinum de Moxo, Joannem de Montecapello, et Carolinum
de Albano; petentes ut sibi redderentur proventus Canonicatuum,
temporis, quo in exilio agebant, ipsis absentibus: quibus cum
Gibellini respondissent, se pariter similia passos, dum Guelphi,
Advocatique Vercellis dominarentur, quin aliquid ipsis re-
pensum fuerit, responderunt Guelphi, potiorem ipsorum
esse causam, utpote qui pro Ecclesia, eiusque auctoritate sta-
rent, cum interim Gibellini eam expugnarent. Unde lis
secundum Guelphos iudicata est. Haec ex illa Charta, narrat
Modena in hist.a Mss.ta sed praestat Chartam ipsam in
medium afferre (cuius sententiam non equidem fideliter
conscripsit Modena) ut omnibus pateat, quam infelix
fuerit, feralibus his temporibus, Vercellarum conditio.

" Anno Dñi a Incarnationis MCCLXXVIII. Indictione VI.

Agno.

" Indictione VI. die Sabbathi, XIV. Mensis Madij. Cum super discordiis quae
" vertebatur inter Dnum Raynerium Archidiaconum, Dnum Georgium,
" Dnum Philippum de Valdengo, Philippinum et Ruffinum de Quin-
" to, De Advocatis, Dnum Mathaeum de Sandiliano, Dnum Pe-
" trum de S. Sebastiano et Dnum Gaspardum de Rodegio Cano-
" nicos Vercellenses ex una parte: et Dnum Ruffinum de Albano
" Praepositum, Dnum Bertolinum de Salio Presbytero, Dnum Bonum
" Joannem de Gronzano, Dnum Gualam de Guidelardis, Dnum
" Jacobum de Moxo, Dnum Jordanum de Montecapello, et Jaco-
" binum de Albano, eorum Concanonicos ex altera super qui-
" busdam quantitatibus bladiorum, et denariis, quae dicebantur
" inter predictos Canonicos fore communia, eo tempore, quo Advo-
" cati et eorum sequaces exierunt de civitate Vercellarum, Dno Ja-
" cobo de Ticiono et eius sequacibus ingredientibus civitatem eamdem,
" tempore presentie Dni Manfredi de Beccaria tunc Potestatis
" Vercellarum, et super rendatione non facta ab ipso tem-
" pore citra per eosdem Dnos Archidiaconum, et ejus se-
" quaces, in ipsa Ecclesia, secundum statuta, et consuetudines
" ipsius, quae dicuntur hactenus observatae, ipsae partes com-
" promisissent ad invicem in Dnum Raynerium Archidiaco-
" num, et Dnum Ruffinum Praepositum suprascriptos, ut
" patet per publicum instrumentum factum, et traditum
" per me Notarium infrascriptum; ipsi Dni Archidia-
" conus, et Praepositus, facta diligenti examinatione tempo-
" =rum, quibus praedicti Dni Archidiaconus, Georgius et alii
" sequaces ipsorum, in eadem Ecclesia, rendationem non fecerunt,
" atque statutorum, et consuetudinum Ecclesiae supradictae,
" Nec non, et causa, seu causis diligenter auditis, propter quas
" ipsi Dni Georgius, et socii memorati; dicebant se non potuisse

Agno.

"non potuisse fuisse residentiam in ipsa Ecclesia, secundum sta=
"tuta, et consuetudines suprascriptas, neque per eos stetisse, tamquam
"ejectos de eorum Ecclesia, quin suam residentiam desideranter, et
"diligenter fecissent; atque objectionibus, et responsionibus factis
"a parte ipsorum Dominorum Bertolini, et sociorum, qui per
"praedicta tempora, fuerant residentes, asserentium, et dicen=
"tium praedictam causam ejectionis non esse legitimam, tum
"quia in personis propriis, ipsi Dominus Georgius et socii, causam
"dederunt Edicto, tum quia ipsi eidem loci, et consimile in
"casibus similibus contra alios — servaverunt, propter quod, idem
"jus debebant velle in suprascriptis servari; atque a parte ipsius
"Domini Georgii, et sociorum respondebatur contrarium, quod ipsi cau=
"sam non dederunt Edicto, cum satis pateat, quod eo die, et
"hora, quibus suprascripta ejectio facta fuit, ipse Dominus Georgius
"cum praefato Domino Archidiacono, causa recreandi Civitatem
"exierant, in eorum habitu Clericali, et statim antequam
"Civitatem intrarent, audiverunt rumores ipsi, quod illi de domo
"sua, tam Clerici quam Laici, per eorum adversarios quaereban=
"tur, ut caperentur, et praedarentur, in personis, et rebus, si=
"cut poterit, prout asserunt, per effectum, ipsis duobus per ne=
"mora invia, et devia, fugam quaerentibus, ne in inimico=
"rum manibus pervenirent, addentibus etiam quod in casa
"consimili, numquam alii in suum alteri prohibuerunt; cum=
"que aliis propositionibus, exceptionibus, replicationibus, nec=
"non etiam triplicationibus, a partibus ipsis, propositis, ac sta=
"tutis, et consuetudinibus ipsius Ecclesiae auditis, visis, intellectis,
"atque consideratis multa diligentia, etiam cum Consilio Re=
"ligiosorum, atque peritorum virorum, libratis etiam gravi=
"tatibus seditionum, guerrarum, et discordiarum Civium Vercel=
lensium

Agone

„ Novellensium, tam in civitate, quam in districtu ejus, de novo „ graviter versatarum, nimium difficultatibus, expensis atque labori- „ bus, simulque periculis in probationibus, et discussionibus prae- „ dictorum omnium versarentur, si causa, lis, seu quaestio in „ formam ordinis judiciarii procederet inter partes; pro praecipue „ concordiae bono, decreverunt, ordinaverunt, pronunciaverunt, „ et arbitrati fuerunt in his scriptis concorditer inter eos, quod „ de tota illa quantitate bladi, quod erat in solario Capituli, „ de communi, eo tempore quo praedicti Dñi Georgius, et socii „ occasione discordiae praedictorum civium exierant, de quo bla- „ do habuissent suam portionem, si eo tempore divisum fuisset, „ ipsi Dñi Georgius, et socii, qui portionem suam habeant „ de ipso, si extat, et si non extat, de pretio quod valebat, eo tem- „ pore, et de omni eo, quod pervenire in communitatem ipso- „ rum, sive debebatur eisdem a quocumque in pecunia, vel in grano, „ unusquisque ipsorum, qui tunc habuissent portionem, si ipsi „ suam habere debeant portionem, in qua portione recipere „ debeant totum id quod ipsi Dñi Georgius, et socii, sive aliquis „ eorum in Zelegno, vel aliter perceperunt, et quidquid de perti- „ nentibus ad ipsam Communitatem, seu Capitulum pervenit „ in ipsos, vel aliquem eorundem, quae quidem portio detur, et „ restituatur eisdem, facta compensatione praedicta, ab aliis ~~ca-~~ „ ~~tan~~ solummodo, qui dictum bladum, pecuniam, vel res praedictas „ inter se diviserunt, et hoc totum fiat, et compleatur usque „ ad octavas festivitatis S. Eusebii proxime venientis. Item pro- „ nuntiaverunt, ordinaverunt, et arbitrati fuerunt praefati Ar- „ bitri, seu arbitratores, quod praedictus Dñus Georgius, atque Dñus Mat- „ theus et socii ~~esse~~ interprefati sint, et maneant in ea possessione, proprie- „ tate et dominio suarum Praebendarum, seu portionum...

Agmo.

" ..communium de Gazio, in qua erant tempore, quo exierunt de Ci-
" vitate praedicta ita quod fructus, et redditus, praedictarum Praeben-
" darum, et portionum, et Communium, extantes, et fructus dictos hujus
" anni, percipiant, et habeant, ac si permissi fuissent suam re-
" sidentiam complevisse, eo salvo, quod ipse Dnus Georgius, et unus-
" quisque sociorum suorum, videlicet Dnus Mattheus, Dnus Phi-
" lippus de Gualdengo, Dnus Gaspardus de Rodobio, Filippinus, et Massi-
" mus de Quinto, dare, et consignare teneantur, et debeant Mi-
" nisterialibus Capituli, seu Praeposito, nomine Capituli, staria quin-
" que frumenti, et staria quinque siccli, usque ad festum San-
" cti Euseby, idem quidem bladum, quod ascendit in summam
" star. LX. totum pervenit in Communi omnium Canonicorum
" utriusque partis, et communi salario Capituli reponatur, ita
" quod tamen suprascripti Dnus Archidiaconus, et Dnus Petrus de
" Sancto Sebastiano, in ipsis star. LX. bladi, nullam habeant por-
" tionem, eo quod nihil de suis portionibus defalcatum est, vel
" detractum, propter specialem pactum, quod habebant cum ho-
" =minibus de Gazio, de percipienda eorum portione, integraliter
" de praedictis praebendis, seu communibus, occasione, ~~[illegible]~~
" fidanciae, quam dictis hominibus de Gazio procuraverant ha-
" bere a Dno Marchione Montisferrati, et ab Advocatis, et se-
" quacibus eorundem. Item pronunciaverunt, ordinaverunt,
" et arbitrati fuerunt, quod praedicti Dni Georgius, et Mat-
" theus, et socii ~~[illegible]~~ impetrantes, nihil petere, percipere, vel habere possint,
" vel debeant a praedicto Dno Bertolino, et sociis, communiter,
" vel divisim, neque a Capitulo ipsius Ecclesiae, pro Data, oblatio-
" nibus, Universariis, seu communibus, seu quibuscumque rebus
" aliis, ~~[illegible]~~ pro tempore, et occasione temporis, quo extra Civitatem
" steterunt, a praedicto tempore, quo eiecti fuerunt, sive quo

Communium

Aijmo.

"seu quae exiccans de Civitate praedicta, sed ad infrascripta tantum, vel-
"sus ipsum Dnum Bertolinum, et socios perpetuo stare debeant ta-
"citi et contenti, et nullam eis, vel alicui ipsorum movere de caetero quae-
"stionem; eo tamen salvo, quod de dato quae hoc medio tempore
"Lucrati sunt, apud infrascriptam Ecclesiam residendo infrascripto Dno Georgio,
"et sociis pro tempore factae ab eis residentiae, satisfiat. Item
"pronuntiaverunt, ordinaverunt, et arbitrati fuerunt Arbitri, seu
"Arbitratores praedicti, quod illud bladum, quod habitum fuit
"a Capitulo, et per eos subtractum Dno Jacobo de Albero supranomi-
"nato, seu tantumdem de consimili blado Capituli in ea bonitate
"et valore, quod valuit eo tempore, quo sibi subtractum extitit, occa-
"sione absentiae, quam morando Brugellae contraxerat non voluntarius
"sed eiectus, plene restituatur eidem ab eis, in quorum fuit utilitatem
"conversum. Super eo, quod Dnus Bertolinus de Dalio Presbytero, pe-
"tit, ut restituatur sibi proventus communes, quibus per Capitulum,
"seu per quosdam Canonicos eiusdem Ecclesiae, tempore dictarum
"seditionis et discordiae, quae fuit inter Advocatos, et Dnum Petrum
"Bicherium, contra iustitiam prout asserit, extitit spoliatus, pro-
"nuntiaverunt, isti Arbitri, quod dictus Dnus Bertolinus restitu-
"atur ab eis, vel eorum heredibus, quos constiterit habuisse por-
"tionem praedictorum proventuum, eumdem Dnum Bertoli-
"num, Legitime contingentem, suprascriptis Canonicis, qui tunc
"non erant Canonici, vel qui nihil habuerant de portione
"dictorum proventuum, contingente praedictum Dnum Ber-
"tolinum, penitus Absolutis, quoniam qui culpa carent, in damn-
"num vocari non convenit, secundum legitimas, atque Canoni-
"cas sanctiones. Et inde hanc chartam, et plures fieri praeceperunt.
"Actum iuxta Ecclesiam memoratam in Capitulo. Interfuerunt
"testes Dnus Albericus Archipresbyter Vercellensis, Jacobus Molinarius
"qui dicitur de Silvestro, Girardo de Salasco Custode S. Eusebii,

Aymo.

"S. Eusebii, ~~...~~ inprascripti et plures alii. Ego Ulricus de Albano et Notarius in-
" terfui, et hanc Chartam scripsi."

6. Ex hac Charta discimus hoc anno Urbi restitutos fuisse ~~Guelphos~~. guelphos
scribit ~~...~~ Ol. Iricus hist. Frid. fol. 96, eodem anno 1248 Vercellen-
ses, ninimum armorum impatien Guillielmo Montisferrati Mar-
chioni, ad decennium permisisse, eique Fridianum, probatam in-
fer hoc sententia ab arbitris ad id Electis, confirmata Authori-
tate Aymonis Epi, et Potestatis Vercellensium concessisse. Ipsum
audiamus: Vercellenses, inquit, Fridianum pridem occupatum Mar-
chioni reddidere, auctoritate Papiensium; quorum arbitrio partes
se permiserant. Quia de re VIII. Kal. Aprilis hujus anni 1248.
..... de Strata, Guillielmus de Siccariis, et Osmondus de
Solomoni Papiensium Nuncii, ~~...~~ sententiam protulere qua
cautum est Vercelle.......... ros quidquid juris in Castrum,
oppidum, portum, iurisdictionem ...... tias Fridini, habere
poterant, Aymone Vercellensi ~~...~~ Praesul .... conte
de Strata, ... interponentibus. Haud dubito quin Iricus
id hauserit ex legitimis documentis. Addit fol. 97. Guillielmum
subinde Fridino omnes Guelphos expulisse, inter quos nu-
merat Zitiones. Quod nos satis intelligere non possumus, cum
omnibus notum sit Zitiones, ubique terrarum, et omni aevo
perditissimos Gibellinos fuisse. Neque arbitrarij Zitionum quo-
tiens quae Fridini sedem fixerat, aliam fuisse a Vercellensi:
nam eamdem esse aperit ipsemet Iricus fol. 232.

Osmondinus de
Solomoni bus

7. Anno 1250. mense septembri, Gibellinos Vercellis pulsos fuisse,
scribit Gazata Chron. Regien. quod Muratori. rer. Ital. to. 18. 50
Aymoni Epo plurimum profuisse oportet. Nam extat in Ar-
chivio Civitatis Charta data 12. Martii 1266. quae habet
latum fuisse a Vercellensibus scitum sub 13. Maii 1259. quan-
do siliat Commune per Gibellinos regebatur quo hominibus

bus

Agno.

hominibus Cremonensibus et vallis, sub poena civili, ~~damnabantur~~ denuntiabatur, ut deinceps Epo, et eius Vicario obedire non auderent. Exinde Vercellenses, utilem Guillielmo Marchioni Montisferrati, navasse operam, in bello adversus Cremonenses scribit Galvaneus Flamma apud cit. Murator. in annal. ad annum 1282. Cuius rei meminit etiam charta Archivi Civitatis diei 12. octobris, eiusdem anni 1282. in qua legitur D. Ansaldum de Arianis Iudicem, et assessorem D. Comitis Henrici de Sparvaria Potestatis Vercellarum, condemnasse commune Vercellarum, triginta libris Papiensibus, Salvino Ferrarotto, ob equum, quem hic pro Vercellensibus amiserat in bello Cremonensi, ab ipsis Vercellensibus gesto, efflagitante Marchionis Montisferrati.

§. Anno 1283. Guillielmus Marchio Montisferrati, clarus ~~argumentis~~ prodidit ✱ Mediolanensi principatum inhiare. Quare Otho Vicecomes qui iam suspectus ei fuerat, occasionem nactus, quod ille per eos dies, Mediolano Vercellas discesserat, et ibi rebus suis consuleret, ex improviso Brolettum et Palatium publicum occupavit, pulso inde Ioanne de Poggio, Marchionis Potestate, et Vicario, atque inde Marchioni denuntiare iussit, ut deinceps Mediolano abstineret. Haec narrat Benevenutus Sangeorgius. Quae res capitales inimicitias, inter ipsos accendit. Vercellenses interea Castrum Mongrandi expugnarunt, teste Modena, et Marchioni custodiendum tradiderunt. Nec multo post, antiquis dissidiis recrudescentibus, Urbs iterum in se ipsam, feralia arma convertit, et Tizonibus praedominantibus, rursum Advocati cum Guelphis in exilium sunt acti. Sed irae Marchionis, quibus in Vicecomites, et Mediolanenses fervebat, optime in tempore adfuerunt, ut pax ✱ et concordia ✱ foederatae urbi restituerentur.

de Poggio,

Ayma

restituantur. Nam Mediolanensibus maxime intererat, Vercellenses in quorum opera potiores spes suas locabat, inter se pacatos esse. Itaque anno 1286, confecto bello, quo Terdonam longa obsidione fatigatam, in odium Mediolanensium expugnaverat, expugnatamque suo subiecerat dominio, Vercellas advolavit, ibique adnitente in primis Aymone Epo, partes ad concordiam revocavit, iussis exulibus in Patriam redire. Id narrat Guillielmus Ventura Chron. Aster. cap. 14. rei. Ital. to. XI, ibi: Anno Dni MCCLXXVI. Guillielmus Marchio Montisferrati, volens se vindicare de Mediolanensibus, qui eius dominio renuntiaverunt, et se Othoni Vicecomiti, eorum Epo dederunt, Tortonam Civitatem, cum Mediolanensibus confederatam expugnavit, quo in facto occisus fuit Epus eius Civitatis, Vicecomiti affinis. Nec multo post obtinuit Vercellas, et Procuratoribus Aymone Epo Vercellarum, et Petro comite de Valperga, et Oberto Pettenato, Hurzinum de Barontio (Barontio) Advocatorum, Arborum, et Aliorum Gibellinorum (Guelphorum) Potestatem ab exilio revocavit.

o Arboreorum,

9. Caeterum pacem inter Vercellenses, quam Aymonis Epi firmatam fuisse, non anno 1286, sed anno 1285 (1285), pandit sequens documentum, quod impressum legitur in antiquis Vercellarum statutis, fol. CCI.

„Capitula Pacis pronuntiatae, per Venerabilem virum,
„Aymonem Epum Vercellarum, et Dnos Petrum de
„Gualperga Comitem, et Ubertum Pettenatum.„
„In nomine Domini. Amen.„

„In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. amen. Anno Dni
„MCCLXXXV. indictione XIV, die Veneris XXVI. Mensis octobris.„
„Venerabilis Pater Dnus Aymo Epus Dei gratia Vercellarum,
„et Comes, et Dnus Petrus Comes de Gualperga, et Dnus Ubertus Pettenatus

„arbitri, arbitratores, et amicabiles compositores, inter Illustrem et Ma-
„gnificum Virum Dnum Guillielmum Montisferrati honorabilem Mar-
„chionem, et Dnum Bossium de Boalia Potestatem Vercellarum,
„et Communem, et homines intrinsecos Vercellenses, seu Petrum de Va-
„roli Notarium de Vercellis, sindicum, et Procuratorem eorum
„partis, et Communis, et hominum Vercellarum, sicut constat
„per Chartam factam testatam hoc anno, et die per Perottum
„de Solimbono Notarium de Vercellis, et pro eis, ex una parte;
„Et Dnum Henricum de Dorontio Potestatem Advocatorum, et
„Arboriensium, et totius extrinsecae partis Vercellarum, eorum nomi-
„nibus, et vice, et nomine omnium, et singulorum eorum ami-
„corum, et sequacium tam Clericorum, quam Laicorum, et
„tam Carceratorum, sive obsidum, quam omnium, et quorum-
„libet aliorum, pro quibus promiserunt solemniter se factu-
„ros, et curaturas, quod ratum, et firmum habebunt perpetuo,
„et tenebunt, et attendent, et effectualiter observabunt omnia,
„et singula, quae pronuntiabuntur per praedictos, seu Ber-
„tum de Moro, sindicum et procuratorem eorum, sicuti con-
„stat per Chartam factam per Jorium Guaytamolum Nota-
„rium, hoc eodem die, uno, eorum nominibus, et pro eis; ex altera.
„Ad honorem, et exaltationem, Magnitudinem, et Laudem Al-
„tissimi Jesu Christi; et Gloriosae Mariae Virginis, Matris
„Eius, et Beati Eusebii Martyris, et Patroni Civitatis, et districtus
„Vercellarum, perpetuo conservandam, et omnium, et quo-
„rumlibet tam intrinsecorum, quam extrinsecorum Civi-
„tatis eiusdem; dixerunt, praeceperunt, pronuntiaverunt, et
„arbitrati fuerunt in omnibus et per omnia, ut inferius, con-
„tinetur: Quae omnia, et singula voluerunt, pronuntiave-
„runt, et arbitrati fuerunt, et praeceperunt debere attendi,

Ayme.

"attendi, et effectualiter observari, in quolibet Capitulo suo paeciis

"apposito in compromisso.

"In primis. Praedicti Arbitri, et Arbitratores dixerunt, prae-
"ceperunt, et arbitrati fuerunt unanimiter, et concorditer, bo-
"nam, firmam, et stabilem pacem, et concordiam esse, et
"stare debere perpetuo inter praedictas partes, et quamlibet
"de praedictis partibus.

"Item quod omnia damna, omnes robariae, et iniuriae,
"et offensiones data, seu datae, seu factae tam in civitate quam
"extra hinc retro, inter praedictas partes, vel aliquam de prae-
"dictis partibus aliquo casu, vel modo, qui dici, vel excogita-
"ri possit, sint cassa, vel pro cassis, et irritis, perpetuo habean-
"tur, et teneantur. Et ipsas partes, et quamlibet de praedic-
"tis partibus absolverunt, et absolutas in his scriptis pronun-
"tiaverunt; ita quod de caetero nec a Potestatibus, nec ab
"aliis Iudicibus, vel consulibus, nec ab aliquo, possint vel
"debeant modo aliquo, ~~condemnari~~ vel inventione communis, vel puniri, seu inquie-
"tari, vel modo aliquo conveniri seu molestari; exceptis
"damnis, robariis, seu offensionibus datis, et factis tempore
"fel. regiminis Dni Gattini Gatalusii, tunc Potestatis Ver-
"cellarum, quando pars intrinseca fuit de Civitate ex-
"pulsa, de quibus Dnus Marchio possit unique petenti, qui
"inde restitutionem, solutionem, vel satisfactionem, non
"habuit, iustitiam facere, secundum quod ei placuerit,
"et usque Resurrectionis prox. venien. in antea, debeat omnes quae-
"stiones manifestae quisque coram eo, et quocumque alio ge-
"nitus, et omnino; ita quod non possit ipse Psycho, coram
"aliquo inde requiri, peti vel inquietari modo aliquo,
"[illegible] forma; et post Pascha, quicumque petere voluerit

Ayma

"voluerit de praemissis, non audiatur, nisi prius innoverit, ad
"Sancta Dei Evangelia, in praesentia illius, quem voluerit
"convenire, vel ipso contumaciter absente, quod illud totum,
"quod petit, habere debet, et quod inde non habuit solutio=
"nem, nec excusationem, nec satisfactionem ob aliquo,
"in toto, vel in parte, et quod illum a quo petit, cre=
"=dit esse culpabilem, et participem de eo quod petit;
"et eo salvo et excepto, quod damna, et iniuriae, otro=
"bariae, et offensiones . . . . datae, et factae Dno Uberto Pelavicino, non
"videantur, nec intelligantur, nec sint remissae, nec remissa,
"nec cassae, nec cassa, nec aliqua absolutio inde facta, sed
"praedicta omnia, et singula sint, et remaneant in arbitrio
"et potestate dicti Dni Marchionis.

" Item quod omnes, et singuli banniti, et condemnati
"hinc . . . . aliquem Potestatem, vel Rectorem, vel Iudicem
"Civitatis . . . . . . undecumque sint, et quacumque de causa,
"vel occasione . . . banniti, vel condemnati fuerint, exi=
"mantur, et cancellentur, et absolvantur in omnibus et singulis
"eorum bannitis, et condemnatis hinc retro datis vel factis, et
"omnes et singuli alii, qui non sunt banniti, qui male=
"ficia commiserunt, quorum occasione debuissent, vel po=
"tuissent condemnari, vel banniri, seu puniri, eximantur,
"et cancellentur, et absolvantur, de omnibus, et singulis ma=
"leficiis, iniuriis, et offensis, et calumniis, quorum occasione
"causa, vel praetextu potuissent, vel debuissent banniri, vel
"inquietari; et pro exemptis, et cancellatis, et absolutis
"penitus teneantur, et habeantur, ita quod Potestas, et
"Iudices, seu Rectores, non debeant nec possint de caetero
"de praedictis, vel aliquo praedictorum, praedictos, vel

Agnes.

" aliquem eorum requirere, inquietare, condemnare, vel punire, seu
" bannire, vel aliter aggravare modo aliquo, seu forma.

" Item super summitatibus factis, et poenis commissis versus Dominum Marchionem per quondam Dominum
" Philippum Advocatum de Colobiano, et Dominum Albertum de
" Caridono Advocatum, de libris sexdecim millibus
" Papiensibus, dixerunt, et pronuntiaverunt prout inferius
" continetur, videlicet, quod dictus Dominus Marchio ad praesens non debeat, vel possit exigere, nec debeat aliquo modo
" ultra medietatem praedictarum sexdecim millibus; et
" si minorem quantitatem exegit, sit contentus, solvis his, quae inferius continentur. Et si ultra praedictam
" quantitatem, exegit sive in denariis, sive in pignoribus,
" sive in possessionibus, sive in hipothecis, usque ad praemissam quantitatem dimidiam, remittatur, et relaxetur,
" sive restituatur illis quibus exegit, per dictum Dominum Marchionem.

" Item Advocati, et Arbonenses, et eorum amici, et aliquas qui fuerint in carceribus, vel obsidibus, vel banniti extra, sive banniti, sive rebelles, vel inobedientes Communis Vercellarum, sive fuerint speciales personae, sive Universitates
" vel communia Burgorum, vel Locorum, non teneantur de
" aliquibus fodris, vel adaequantiis, seu collectionibus impositis
" per Commune Vercellarum, nec aliquam Universitatem
" hinc retro per id tempus quod fuerint in carceribus, seu
" obsidibus, seu fuerint banniti, vel rebelles, vel inobedientes
" Communis Vercellarum, sed inde sint penitus absoluti,
" et liberati, et eos ex nunc penitus absolverunt, et exemptos de mutuis factis per praedicta tempora, unde exactarum

"extantur instrumenta, tenetur sicut alii homines Vercellarum
"et Districtus.

" Item quod omnia statuta, et ordinamenta, et consilia
"facta per Commune Vercellarum, vel per Dnum Marchio-
"nem, ab eo tempore citra quo Dnus Philippus de Colo-
"biano, et socii positi fuerunt in confinis in Montecalvo,
"quae statuta, ordinamenta, et consilia essent contra dictos
"Advocatos, et De Arborio, et eorum sequaces, et amicos
"eorumdem, seu contra aliquem praedictorum, sint cassa
"et irrita, et nullius valoris, et pro cassis et irritis habe-
"antur ipso iure; salvo quod per hoc capitulum, vel
"per alia huius pacis, nullum praeiudicium generetur
"illis qui per formam Instrumentorum Crediti, habere de-
"bent aliquid a Communi, vel Judicibus, et Notariis
"in eo quod debent habere pro eorum opere, et labore
"dictaminis, et Scripturae alterius pacis.

" Item quod omnia fodra, banna, condemnationes, im-
"posita, data, datae Dnis Gysio de Arborio, Jacobo de Ar-
"borio, dicto Peta, et Albertino de Rodobio, et ceteris om-
"nibus et singulis Advocatis, et Arboriensibus, et sequacibus
"eorumdem, qui steterunt extra per partem Advoca-
"torum, et Arboriensium, solutiones, et Liberationes factae
"de rebus eorum, vel aliquibus eorum, occasione fodro-
"rum, vel cabalasiarum, et equorum non coniugatorum,
"et missionum, a tempore, quo Dnus Philippus, et Uber-
"tus Advocati; exiverunt de confiniis, et non steterunt
"mandatis Communis extra, sint cassa, et cassae, et, pro
"cassis et irritis habeantur penitus, et teneantur, et de
"libris Communis sine dotione aliqua eximantur, et

Aymo

„et facultatum, et possessionibus rest. . . . . . . dictis sit injco-
„num salvum contra communem Vercellarum usque . . . . = tita-
„tem, quam dedissent communi, ita quod propter resti-
„tutionem damnise, ad quam communae tenetur, restitutio pos-
„sessionum . . . . = ratur.

„ Item quod communae, et homines Montisgrandi; et Bur-
„=gus Montisgrandi sit et esse debeat, et perpetuo permanere
„in sua libertate, et facultate, si quam erant, in omnibus et per
„ omnia, antequam pars extrinseca intraret dictum Burgum
„ prima vice. Et quod dictae libertatis eidem Burgo, vel
„ hominibus dicti Burgi non possint eisdem auferri, di-
„=minui, vel mutari, causa vel occasione factorum prae-
„=teritorum; ita quod propter praeterita, vel occasione
„ praeteritorum, non possint communiter, vel divisim
„ condemnari, vel gravari vel aliquo aere, personis, occa-
„=sione aliquorum maleficiorum perpetratorum ibidem, vel
„ alibi, per aliquem de praedictis hominibus, et sint abso-
„=luti ab omnibus rebus, in quibus versus aliquem inci-
„=dissent occasione alicuius delicti per eorum factum a tem-
„=pore praeterito citra; ita quod de praedictis processionibus
„ possint peti ab aliquo, vel aliqualiter molestari, seu con-
„=veniri; et quod praedictus Burgus stet et permaneat hinc
„ ad Pascha resurrexionis Dñi, in fortia et virtute dictae
„ Partis extrinsecae, post Pascha vero incontinenti teneau-
„=tur, et debeant Advocati, et Arborieys, et Pars extrinseca,
„ et homines dicti Burgi, teneantur, et debeant tradere dictum
„ Burgum in virtute et fortia dicti Dñi Regis; qui Dñus
„ Episcopus eum teneat, et debeat egregie custodire, expensis

Aymo.

„ ex parte Communis Vercellarum, et ipsum tenere custoditum ut
„ supra, ad suam liberam voluntatem, donec omnes Partes ex-
„ = trinsecae Civitatis, intrare poterunt Vercellarum: et Potesta-
„ = tes, qui pro tempore fuerint, et Commune Vercellarum, expen-
„ = sas dictae custodiae dicti Burgi, dicto Dño Epo, solvere
„ debeant, et teneantur infra quindecim dies, postquam
„ a dicto Dño Epo, vel eius nuncio, fuerint requisiti. Qui-
„ bus extrinsecis, Civitatem intrantibus, dictus Dñus Epus
„ teneatur, et debeat dictum Burgum reddere Communi Ver-
„ cellarum, et praedicti de Mongrando, fodra Communis Ver-
„ cellarum, quae eis imponentur communiter, ut supra dictum
„ est, solvere de caetero teneantur, et ire in exercitibus et
„ Cavalcatis, sicut alii Burgi, et Burgenses Communis Ver-
„ = cellarum, existentibus dicto Burgo et hominibus dicti Burgi,
„ in fortia dicti Dñi Epi; pars ista per aliquam dictarum
„ partium rumperetur, teneatur dictus Epus reddere dictum
„ Burgum guarnitum alteri parti, cui pars rupta fuerit,
„ ita quod illa pars, cui Burgum redditum fuerit, possit
„ abinde alteram partem guerrizare. Et quilibet dictarum
„ partium, teneatur, et debeat facere dicto Dño Epo infra
„ festum ramis ~~Palmarum~~ Palmarum prox. bonas, et ido-
„ neas securitates, obligantes eorum bona feudalia, et non feu-
„ = dalia, ad voluntatem dicti Dñi Epi, quod praedictum
„ Burgum non auferent, nec auferri permittent de fortia
„ dicti Dñi Epi, publice, vel privatim, nec ibidem, nec
„ circa ipsum Burgum, aliquam facient, vel fieri facient
„ eorum posse patientur innovitatem, vel novitatem, nec ip-
„ sum recipient, vel tenebunt modo aliquo, sive forma
„ contra voluntatem dicti Dñi Epi.

„ Item quod omnes, et singuli tam Clerici, quam

Aymar

„quam Laici, qui sunt, vel fuerunt extra Civitatem et Districtum pro praedicta parte Advocatorum, et Arborensium,
„et tam Communia Burgorum, et Locorum, quam spe-
„=ciales personae eorum, sive fuerint banniti, sive carce-
„=rati, sive confinati, sive rebelles, ... restituantur, et ex nunc
„pro restitutis, in integrum habeantur in omnibus, et singu-
„=lis eorum bonis, possessionibus, et iuribus, et sint in eo
„statu, in omnibus, et per omnia, in quo erant tempore,
„quo Dni Philippus, et Iacobus Beta, et socii fuerunt po-
„siti in confiniis, sive in carceribus, ad locum Montispal-
„=rii; et quod omnes, et singuli processus facti, habiti
„contra eos, pro cassis, et irritis habeantur perpetuo, et
„teneantur, et ex nunc habeant, et percipiant omnes fru-
„=ctus, redditus, obventiones, et proventus bonorum omnium
„praedictorum. Et Potestas, et Iudices, qui sunt, et pro tem-
„=pore fuerint, ad haec observanda, et executioni mandan-
„=da, sine libellis petitionibus, et dilationibus quibuslibet, ex suo
„officio teneantur.

„ Item quod omnes solidi Cavalcatorum, et omnes de
„equo ... ...una mutua, et omnia alia, quae a Com-
„=muni Vercellarum Dat.... et singulis Advocatis, et Ar-
„=borensibus, et amicis tam carceratis, quam confinatis, et
„bannitis, sint in omnibus, et per omnia.... quo erant
„eo tempore, quo praedicta habere debebant: et si cassa repe-
„=riantur, et irrita, restituantur in quo erant ante quam
„cassarentur.

„ Item si aliquis dictarum partium, vel aliquis
„de dicta Parte, frangeret in aliquo dictam pacem, vel
„contra hanc pacem venire dixerit, faciendo, vel omit-
„=tendo, modo aliquo, sive forma, et de hoc esset dictum,

Ayma.

"dubium, cognoscatur veritas, inde per Dnum Epum supra-
"= dictum; et ejus Dni Epi, et non alterius sit cognitio,
"et examinatio, ~~et examinatio~~ et diffinitio, et ejus cognitio-
"=ni, examinationi, et diffinitioni in omnibus pareatur
"stetur.

" Item quod ~~[illegible]~~ omnia pacta, et conventiones factae, et
"facta inter Dnum Marchionem ex una parte, et Dnum
"Albertum, et Raynerium de Gualdengo, et alios domusque
"et habentes facere in Castro Gualdengi, et praecepta per
"dicta dicti Marchionis super facto Castri Gualdengi, et su-
"=per aliis ibidem pronuntiatis, debeant inviolabiliter ob-
"servari, et attendi.

" Item quod omnia damna, et omnes robariae, et spolia-
"tiones, data et facta, datae vel factae aliquibus hominibus,
"vel personis, in tregua vel treguis, per praedictos Arbitros
"ordinatis, restituantur integre damnum passis, robatis,
"vel etiam spoliatis ab his, qui praedicta fecerunt, vel ab
"his, qui eisdem, vel alicui ipsorum, in praemissa dede-
"runt auxilium, vel iuvamen.

" Item quod nihil aliud occasione treguae ruptae, nomine
"poenae, vel alia de causa, ab alterutra partium peti
"possit.

" Item cum ad bonum statum, et pacificum Civitatis
"Vercellarum pertineat, Deo servire, et manutenere, et defendere
"Ecclesiasticam Libertatem, dicti pronuntiaverunt et arbitra-
"ti fuerunt, omnia, et singula quae alias pronuntiata fu-
"=erunt, per dictum Dnum Marchionem super Libertati-
"bus, immunitatibus, privilegiis, et iuribus Dni Epi Episco-
"pi, et Ecclesiae Vercellensis ~~suspendendis~~ conservandis, et in
omnibus

Ayms.

"omnibus, libertati Ecclesiae contrariis, cassandis et penitus
"annullandis. Et omnia alia, et singula alios pronuntia=
"ta, et alia statuta, et ordinamenta, et consilia, sive Cre=
"dentiae Communis Vercellarum, factae hinc retro in fa=
"vorem Dñi Epi, Episcopii, et Ecclesiae Vercellensis cas=
"sata, et non cassata, perpetuo debeantur observari. Et si
"qua contrafacta sunt, vel fuerint, ea omnia sint cassa,
"et irrita, et nullius valoris, et momenti, ita quod nihil
"valeant, et omnino. Et quod Rectores, et Iudices Vercel=
"larum, dicto Dño Epo, et ejus Vicario petentibus, teneantur,
"~~dare~~ et debeant, ~~favorem et~~ dare auxilium, et favorem ad eorum officium
"exequendum.

" Item quod Rectores, et Potestas praesens, et alii potestates,
" qui pro temporibus fuerint, eorum Iudices, et milites, et
" tota eorum familia, teneantur omnia et singula pro=
"nunciata in praesenti pace, attendere et observare, et com=
"plere, et executioni mandare prout in dictis pronuncia=
"tionibus per omnia continentur, non obstantibus ali=
"quibus statutis, vel ordinamentis, seu credentiis factis, vel
" de caetero faciendis. Et quod ipsi, et eorum milites, et
" Iudices, et familia, teneantur, et debeant de quocumque
" facto, vel negotio, iustitiam reddere, cuique aequaliter
" tam extrinsecis, quam intrinsecis Vercellarum, non pa=
"=tientes incontra eorum posse, aliquem de Civitate, vel
" districtu Vercellarum tam intrinsecis quam de extrinsecis
" Vercellarum, ab aliquo opprimi, vel contra iustitiam fati=
"=gari, seu gravari modo aliquo, vel causa. Et teneantur,
" et debeant tam de parte extrinseca quam intrinseca, ma=
"=nutenere, et defendere unumquemque aequaliter in

Aymo.

„aequaliter in omni iure suo. Et quod praefatus Potestas
„teneatur, et debeat iurare ad Sancta Dei Evangelia, praedic-
„ta, infrascripta omnia, et singula attendere, et observare,
„et attendi, et observari facere ~~in libro statutorum~~ ut supe-
„rius, et inferius continetur. Et haec praesens promissa
„=ere in libro statutorum Communis, ut propter esse om-
„=nibus plene nota; ita quod omnia capitula et singula praesen-
„tis pacis pro statutis, et tamquam statuta, debeant invi-
„olabiliter observari, et facere servitorum suum iurare, et
„simile per omnia facere... Qui Potestas incontinenti
„dictum sacramentum in praedicta...... fecit super
„Altari Sancti Eusebii."

10. Adnotanda sunt haec posteriora verba. Olim enim in usu erat ut in negotiis gravioribus iuramentum prae=stantes, tactis Evangeliis conscriptis manu S. Eusebii Cha=gui, qui nunc in Religione ad haec usque diem, asser=vantur in Sacrario nostro. Quod hic factum cernimus, et alibi saepe, sicut vidimus suo loco. Porro ad terminos prae=scriptos, in relata pace, duas habemus Chartas, in Archivio Civi=tatis, datas 24. Aprilis 1236; in quarum prima Commune Ver=cellarum coram dno Guillelmo illustri Marchioni Montisfer=rati, Civitatis dno, mandat Avondo de Casalis, ut in manus Aymonis Epi, tradat castrum, et oppidum Mongrandi, ad eumque remittat omnes instantias, et querelas, propositas et proponendas, tam a subditis ejusdem Dni Epi, quam a Comi=tibus Valpergae, Masini, et S. Martini, et S. Georgii, Castella=montis, et ab omnibus aliis Castellanis Canapitii, necnon a Com=muni Eporediae, Casalis S. Evasii, Tridini etc. In altera vero,

Aymo.

ectione, commuque sequales et fautores, id ipsum mandant d.no E.
Aemiliano de Alice.

11. Anno 1287. Otho Archiepus mense Septembri, concilium provinciale Mediolani habuit, in quo plura decreta, disciplinam Eccle=siasticam spectantia, condita sunt. Ea edidit Muratorius to. 8. rer. Ital. fol. 1081; ubi haec adnotavit: Hujus Synodi, inquit, mentionem minime omisit celebris Mediolanensis scriptor, Ber=nardinus Corius, qui in historiis suis ad annum 1287. etiam auctor est in eo Concilio, acrem excitatam fuisse animorum con=tentionem inter Vercellens. et Brixiens. Epos, quod uterque si=bi assereret sessionis locum ad Archiepi dexteram, ita ut Ver=cellensis interposita prius ad Romanum Pontificem appellatione, inde statim recesserit. Verba porro loco cit. sunt haec. Corius ait, fu gran contenzione tra il Vescovo di ~~Vercelli~~ Brescia e quello di ~~Brescia~~ Vercelli, imperocchè ciascuno di loro volea stare alla destra del Pre=sule. In modo che il Vercellese si appellò al Pontefice, ed uscì dal=la congregazione, e poi alli 12. del predetto Settembre, si partì da Milano; allora furono fatte tra Prelati molte costitu=zioni. Hujus appellationis, meminit ipse Aymo, in Synodo quam habuit anno sequenti, infra memoranda. Porro ex hac appellatione conjicere licet, litem Brixiensi Epo adjudi=catam fuisse. Aliter non erat cur Epus Vercellensis appellaret et a Concilio recederet. Si eidem Corio, subdit Muratorius, fides, pridie Idus Septembris, die Veneris praememorati an=ni, convenere Patres, eaque die constitutiones infra adden=das promulgarunt. Atqui animadverto ego, in ipso anno 1287, ejus diem 12. Septembris minime cecidit feria sexta.

12. Ex eodem Ms.to, unde Muratorius, constitutiones hujus

huius Concilii edidit, exscripsit et etiam alias Constitutiones, quae ibidem hunc praeferebant titulum: Constitutiones Dñi Caelestini Legati in Lombardia; cum tamen in Corpore ee Legatus ille appelletur Guitfredum tit. S. ~~Martini~~ Mauritii Praesbyterum Cardinalem. Cur hic titulus, subdit Muratorius, appositus fuerit, divinent alii. Porro, quo anno haec ille (Legatus) promulgaverit in Conventu Laudensi, praesentibus Archiepiscopo, et Epis Provinciae Mediolanensis, ignotum prorsus mihi fateor. Attamen veri videtur simile, vel paulo ante, vel circiter eumdem annum 1288, Legatum hunc Apostolicum, ad Insubres missum; quum adhuc ibi Manichaeorum semina virentia falsum exprofiterent. Illud certum, Concilium a Legato celebratum fuisse ante 10. Novembris 1288., quo habita est Synodus ab Aymone Epo. Man in qua, mandat Aymo omnibus, et singulis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, et Plebanis, ut sibi parent exemplum Constitutionum Dñi Legati. Qui Legatus deinde in Alia Synodo 1298. ipsa proponenda appellatur Guitfredus. Huiusmodi Constitutionibus conficiendis, ad fuisse inter caeteros, Aymonem nostrum, praedicit earum praefatio, his verbis concepta. Constitutiones Dñi Caelestini Legati incipiunt, ut sequitur. Venerabili in Christo, Patri, Dei gratia Mediolanensi Archiepiscopo, Guitfredus miseratione divina tit. S. Mauritii Presbyteri Cardinalis, Apostolicae sedis Legatus, salutem in Dño. Destinati a Summo Pontifice ad Provinciam Lombardiae pro animorum salute, conservanda Ecclesiastica Libertate, et honestate Clericorum reformanda, et exstirpanda heretica pravitate; ad laudem, et honorem Nominis Christiani, praesentibus vobis, et Venerabilibus Patribus, Placentino, Vercellensi,

Vercellensi, Cremonensi, Bergomensi, Novariensi, Terdonensi, Saonensi, Iporiensi, Laudensi, Taurinensi, et Vigintimiliensi Episcopis, et aliis Ecclesiarum Praelatis, apud Laudem ad hoc specialiter convocatis. Finiunt Constitutiones his verbis: Dat. Laude XII. Kal. Iunii. Eodem anno Otho Archiepus, magnitudini nomen intentus, Matthaeum fratris filium, teste Corio, cui gestarum rerum gloria, Magni cognomen peperit, Ducem supremum Mediolanensibus praefecit.

13. Interea Commune Vercellarum novis editis statutis, contra Ecclesiam, et Ecclesiasticam Libertatem, invictum Aymonis zelum in se concitavit. Res est altius repetenda. Post venditionem Comitatus Vercellensis, factam Communi Vercellarum anno 1243. a Dño Gregorio de Monte longo, perpetuae altercationes circa iurisdictionem inter Epum et Commune, vel modicae Civitatem, et Dioecesim agitarunt. Martinus Epus, vix a venditione elapso biennio, eam acriter impugnare coepit, plurimumque Locorum possessionem recuperavit. Hac de re in Statutis Vercellarum. legitur fol. 154.

De recuperanda Iurisdictione,
Quae occupata tenetur a Communi Vercellarum
per Rectores Ecclesiae Vercellarum.

Item quod Potestates praesentes, et futuri teneantur praecise dare operam cum effectu, quod Loca et terrae Bugellae, Andorni, , Crepacorii, Monticapulli, et Aliarum terrarum, et Locorum, de quibus facta fuit venditio Communi Vercellarum per Quondam Bonae memoriae Dnum Gregorium de Montelongo, tum Sedis Apostolicae Legatum, recuperentur modis omnibus, per omnem modum,

et viam

et viam rationabilem, et iuris remediis congruis et opportunis.
Moderate loquitur Statutum. Nihilominus aliquando etiam a-
nis disceptatum est, quamvis ob Episcoporum invictam constantiam
conatus Communis in irritum reciderint. Exinde cuiusvis
loci, et temporis, homines Episcopatus, a Communi cogitari
coeperunt; quorum aliqui etiam immediti, banno multati, (immediti;)
alii vero a privilegiis, et exemptionibus, quibus religiosi gau-
debant cives, depulsi; quin et Ecclesiastica Libertas, non se-
mel iniquis statutis, in discrimen adducta. Verum iniquis aus-
ibus, fortiter obstitit Aymo Epus; quorum minacibus ins-
tis deterriti Vercellenses, se ad frugem converterunt sequentibus sta-
tutis, quae in statutorum libro leguntur.

Fol. XI: De admittenda defensione
Hominum Ecclesiae Vercellarum,
Qui sunt in banno.

Item quod audiatur, et admittatur defensio hominum Eccle-
siae Vercellensis, qui sunt et erunt in banno Communis Ver-
cellarum per ipsum Commune, dummodo Dnus Epus
Vercellensis audiat et admittat defensionem Hominum Vercel-
larum, et districtus, qui sunt, et erunt in banno ipsius Dni
Epi, et Locorum suorum.

Fol. 142: Quod Homines Episcopatus,
tractentur quantum ad defensionem,
Sicut homines Vercellarum.

Item statutum est, quod ob reverentiam Dni [illegible] Aymo-
nis, Dei gratia Epi Vercellensis, et dilectionem, et amorem,
quem erga eum gerit Commune Vercellarum, quod ho-
mines Episcopatus tractentur, et manuteneantur quantum
ad manutenementum, et defensionem ipsorum, sicut ho-
mines Vercellarum, et districtus; dum tamen Commune,

Agmo-

Commune, et homines Vercellarum, et districtus, per episcopum Dominum Episcum et suas terram, et homines similiter manuteneantur et defendantur, et tractentur. Et possint et debeant homines dicti Episcopatus uti libere mercadantiis, et victualibus Civitatis et districtus, dummodo dictus Epus, et sui homines, et terra, hominibus Civitatis, et districtus, similiter faciant.

Merchadantiis

Fol. 149: Quod omnia statuta facta contra libertatem Ecclesiae sint Cassa:

Item quod omnia statuta, ordinamenta, et Capitula ... vel siqua sunt in corpore statutorum Communis Vercellarum contra libertatem Ecclesiae, sint cassa et irrita et pro cassis et irritis habeantur, et teneantur per Potestatem et Commune Vercellarum.

14. Nihilominus Commune Vercellarum anno 1288. aliud condidit statutum, quod habetur in eodem libro statutorum fol 107. non profecendum libertati Ecclesiasticae valde repugnans. Per illud districte prohibebatur ut aliquis cujuscumque conditionis, auderet litteras impetrare a quocumque Judice, per quas Commune Vercellarum, seu homines Civitatis, et districtus, traherentur ad Judicium coram quocumque Judice extra districtum, et Jurisdictionem Communis Vercellarum. Sic enim tacite vetabatur recursus ad Sedem Apostolicam, et ad Epum: et praecipue interdicebantur praesentationes litterarum Apostolicarum et Episcopalium, inde impetratarum. ita statutum.

"Quod quis non praesentet litteras, aut alias agat
" propter quod extrahatur extra iurisdictionem
" Vercellarum, vel ipsi Jurisdictioni praejudicetur.

et districtu Vercellarum, et alii homines et districtus, dummodo!

Ayms.

" Statutum, et ordinatum est de voluntate, et consensu
" Credentiae Communis Vercellarum convocatae in palatio dicti
" Communis more solito, et etiam congregatae anno MCCLXXXVIII.
" die Lunae XIII. Septembris, de caetero inviolabiliter observandum.
" Quod quaelibet persona, Communis, Collegio, corpore, vel Univer-
"=sitate, quae impetraverit, praesentaverit, porrexerit, seu in con-
"=specta, vel ad domum habitationis alicuius posuerit, seu pro-
"=iecerit Potestati, vel Rectori, vel eius Iudicibus, seu alicui alii de
" familia eius Potestatis, vel Rectoris, vel Iudicibus Iustitiae,
" seu Consulibus, vel eorum officialibus, vel alicui alteri Perso-
"=nae nomine dicti Communis Vercellarum, seu praedic-
"=torum, vel alicui singulari personae Civitatis, vel districtus
" Vercellarum habitanti in Civitate, vel districtu Vercellarum,
" vel sustinenti onera dicti Communis in omnibus, seu alteri
" nomine alicuius, vel aliquorum singularum personarum,
" vel alicui alteri Collegio, vel Universitati, seu Communitati,
" vel aliquibus Collegiis, vel Universitatibus iurisdictionis, et dis-
"=trictus eiusdem Civitatis, seu alteri, aut aliis nomine prae-
"=dictarum universitatum, seu Collegiorum praedictorum, in
" ipsa Civitate, vel aliquo loco districtus Vercellarum, aut
" alibi ubicumque, aliquas litteras, seu scripturas, per quas
" Potestas, vel Rector eiusdem Civitatis, vel eiusdem Iudi-
"=ces, seu alius, vel alii nomine Communis Vercellarum,
" vel Collegium, seu alia quaecumque Universitas, vel aliqua
" alia Saecularis Persona Civitatis, ~~seu~~ et districtus Vercella-
"=rum suo nomine citarentur, vel traherentur, seu tra-
"=hi possent extra Civitatem Vercellarum in iudicio,
" seu causa, aliquo ingenio, seu modo, vel quae etiam
" literae, seu scripturae essent, vel esse possent, vel futurae
" forsitan viderentur in praeiudicium Potestatibus, seu Rec-
"=toribus ... personae cuiuscumque iurisdictionis, et ... toribus
contradictionis existat, et a quacumque persona,
Communi, Collegio,

Ayms.

„Rectoribus, seu Iudicibus, vel Consulibus Iustitiae Communis Ver-
„=cellarum, in praeiudicium ipsius Potestatis, seu Rectoris, seu
„Iudicis eorum, vel aliorum, qui iurisdictioni praesunt,
„vel eorum officialium, seu consiliariorum, aut Universita-
„tum, seu Collegiorum praedictorum, aut aliarum singu-
„=larium personarum Civitatis, et districtus eiusdem, dam-
„num, vel gravamen, detrimentum, aut molestiam redun-
„=dare, vel quae etiam litterae, vel scripturae praedictis
„Potestatibus, seu Rectorum, seu eorum Iudicibus, vel Con-
„sulibus, vel eorum officialibus viderentur posse eisdem ~~gra-~~

& gravamina „ ~~vamina~~ gravamina praedicta generare, ex tunc sit in banno Com-
„munis Vercellarum de malefitio, ipso iure, et perpetuo sit
„infamis: et quod eius bona publicentur, et devastentur,
„et devastata, et publicata perpetuo teneantur. Insuper sol-
„=vat pro banno Communi Vercellarum libras Quinquagin-
„=ta Papiensis; et nihilominus Potestas, vel Rector, qui pro
„temporibus fuerit, puniat ipsum personaliter, et possit
„etiam talia committentes, punire in maiori pecuniae quan-
„titate, ad voluntatem ipsius Potestatis, vel Rectoris; et eis-
„=dem poenis puniantur atque subiaceant omnes personae, et sin-
„gulae, quae talibus litteris usae fuerint, vel scripturis, vel
„eas quocumque modo impetraverint; ita quod Potestas,
„seu Rector, qui pro tempore fuerit, in Civitate Vercellarum,
„Iudices, et Consules Iustitiae Vercellarum, eorumque Iu-
„=dices et Consules, eodem modo ut supra, procedere tenean-
„tur contra eos, qui usi fuerint scripturis, vel litteris su-
„praedictis, vel eas modo aliquo impetraverint. Ita etiam
„quod Potestatis, vel Rectoris Communis Vercellarum, qui pro
„temporibus fuerint, teneantur, talia committentes capere
„personaliter, et comprehensos carceribus detinere, ut tamdiu

diu

Agno.

"secundum praesentis Statuti seriem, puniantur. Iudices etiam
"Assessores Iustitiae, et eorum officiales, ipsos capere teneantur,
"et ipsos captos, in fortia Potestatis, seu Rectoris, vel eorum
"Iudicum ducere, et ponere teneantur. Possit etiam quae-
"libet Universitas, et singularis personae, praedictos talia
"committentes cuiuscumque generis, capere auctoritate pro-
"=pria. Ita quod quaelibet Universitas, et singularis per-
"sonae, quibuslibet capere et detinere volentibus talia com-
"=mittentes, praestare teneantur auxilium, et favorem. Te-
"=neantur etiam communia Locorum, et quaelibet Uni-
"versitas, et singularis personae inquirere, et repertos ca-
"=pere personaliter, et ipsos captos, in fortia Potestatis, seu
"Rectoris Communis Vercellarum et ducere, et ponere tene-
"=antur. Siquis autem predicta neglexerit ad effectum,
"si fuerit Universitas, solvat pro qualibet vice, Communi
"Vercellarum pro banno, libras ducentas Papiensium. Si autem
"fuerit singularis persona, solvat Communi praedicto, qua-
"=libet vice libras quinquaginta, et plus, et minus ad vo-
"=luntatem Potestatis, vel Rectoris, Communis Vercellarum.
"Eodem modo, et forma teneātur Potestates et Rectores
"Communis Vercellarum, qui pro temporibus fuerint, pu-
"nire quemlibet Rebellionem, et quamlibet aliam perso-
"nam cuiuscumque conditionis sit, et generis, undecum-
"=que sit, quae de praedictis fecerit instrumentum, vel
"sciente tam faciendum instrumentum praedictum, ibi-
"dem, seu alicubi venerit, seu fuerit, eisdem etiam poe-
"nis subiaceat, et puniantur omnes personae quae ci-
"tari fecerint per Nuncium, vel Ambaxadorem. Et ipsi
"nuncii, et Ambaxatores, praedictos Potestates vel Rectores,
"seu aliquem, vel aliquos eorum officiales, vel aliam quam-

libet

Agmo.

" =quamlibet Universitatem vel singularem personam; Civitatis vel
" districtus Vercellarum, instituentes contra Commune, in omnibus
" ut supra. Item et eidem poenis subjaceant omnes illae per-
" sonae, quae praedictis impetrantibus, citantibus, seu praesen-
" tantibus dederint, vel impetrari, vel praesentari, vel pro se
" citari facientibus, vel ponentibus, seu prosicientibus praedic-
" =tas litteras, vel scripturas, vel facientibus praedictam citatio-
" nem per Nuncium vel Ambaxatorem, dederint consi-
" lium, auxilium, vel favorem, seu etiam solummodo
" scienter fuerint comitivam. Item quod praedictis ta-
" lia committentibus, non reddatur, ius in causa Civili
" vel etiam Criminali. Item si Potestatis, vel Rectoris,
" Communis Vercellarum, vel eorum Judices, aut aliqui
" de familia ipsorum, vel Judices, vel Consules Justitiae,
" vel eorum officiales, qui de caetero fuerint, aut Credan-
" tiarii, seu Consiliarii Civitatis Vercellarum, seu districtus
" ejusdem Civitatis, de caetero inquietarentur, seu mo-
" lestarentur occasione statuti praesentis, seu occasione
" alicujus processus, qui fieret ex sententia praesentis sta-
" =tuti, quod Potestas, sive Rector, et Commune Vercel-
" larum, teneatur ipsum, vel ipsos, qui taliter inquieta-
" rentur, adjuvare, et manutenere sumptibus, et expensis
" Communis Vercellarum, et ipsum, vel ipsos conservare
" penitus indemnes. Eodem modo, et forma, teneatur Potestas,
" sive Rector et Commune Vercellarum defendere, et manutenere
" illum, vel illos, qui citarentur per litteras, Nuncium, seu
" Ambaxatorem, ut traherentur extra Civitatem, seu distri-
" ctum Vercellarum in judicio seu causa, et teneatur dictus
" Potestas, seu Rector, qui taliter citaretur, indemnes conser-

vare

Agmo.

" conservare sumptibus et expensis Communis Perusiarum. [marg.: Sumptibus,]

" Item quod nullus audeat, vel praesumat tamquam
" Nuncius, seu Ambaxator, Advocatus, seu Sindicus, seu Procu-
"=rator, coram Potestate, seu Rectore, seu Iudicibus Commu-
"=nis Perusiarum, aliquid proponere, petere, vel allegare,
" vel dicere suo nomine, vel alieno..... quod vicentem in
" aliquo obviare, vel derogare velle praedictis statutis aliquomo- [marg.: Statutis]
"=do, vel aliqua de caussa, quae dici, seu excogitari pos-
" sit, sub poenis, superius numeratis. Et Potestas, seu Rector
" Communis Perusiarum, et eorum Iudices teneantur non
" suscipere aliquod consilium super praedictis, licentiam vel
" parabolam ullo modo. Et si contrafecerint, amittant de
" proprio salario qualibet vice libras quinquaginta Pap.
" Et consilium dictis Potestati, vel Rectoribus nullam obti-
"=neant roboris firmitatem. Et hoc statutum vires obtine-
"=at, et vires intelligatur habere, a tempore et die Refor-
" mationis factae, occasione condendi praesens statutum
" citra, prout in Reformationem dicti Consilii continetur.
" Quod etiam statutum, Potestas, sive Rector praesens tene-
"=atur legi facere in singulis Concionibus, et Arengis, quae
" fierent in futurum, per potestatis, seu Rectoris Com-
"= munis Perusiarum. Et Praedicta omnia statuta sint
" praecisa, et trunca, ita quod de his non possit capi
" licentia, vel haberi consilio Credentiae, vel Arengi, aliis
" nihilominus statutis de praedictis, loquentibus manentibus
" in suo robore duraturis. "

16. Hoc statutum, utcumque exorbitans, videatur, et immodicum ~~est immodicum, et~~ nihilominus iuxta pacta conventa,
et olim commodata, cum Dno Gregorio de Montelongo,
Sedis Apostolicae Legato, anno 1243, inter quae est illud:

Aymo.

est illud: Quod nullus de Civitate, vel districtu Vercellarum possit trahi extra districtum Vercellarum, litteris Summi Pontificis, vel ejus Legati, pro justitia facienda, sed omnis causa decidi debeat, in Civitate, vel districtu Vercellarum, a viris ejusdem districtus, vel jurisdictionis Vercellarum.

16. Nihilominus Aymo Epus congregata Synodo, quam non dabimus, talter statuentes, excommunicationi subjacit, et excommunicatos denuntiari jussit per totam Diaecesim Vercellensem. In ea praeterea plura alia saluberrima, et tempori accommodatissima decreta edidit. Accipe Synodum.

Synodus
Aymonis Episcopi
anno 1288.

„ In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.
„ Nos Aymo divina miseratione Epus Vercellensis, et Comes,
„ Communicato Consilio Capituli, et Canonicorum nostrorum,
„ et religiosorum, et aliorum prudentum virorum, infra-
„ scriptas constitutiones providimus de consilio praedicto-
„ =rum in hac sancta Synodo salubriter publicare, consti-
„ tutiones alias nostras nihilominus confirmantes; ut saltem
„ harum poenarum metu, transgressores a vetitis penitus
„ abstinere debeant, et omnino. In primis monemus, in-
„ ducimus, et hortamur, ut constitutiones, et statuta San-
„ =ctorum Patrum, Canones, Concilia, et Decretales Roma-
„ =norum Pontificum, et Concilia, et statuta a Sanctis
„ Patribus, et Summis Pontificibus edita, necnon leges
„ quondam Friderici Imperatoris promulgatas contra he-

reticam

hereticam pravitatem, et pro Libertate Ecclesiastica, et omnes
Constitutiones, et statuta edita, et edita per Legatos Sedis A-
postolicae, et omnes constitutiones, et statuta, et ordinamen-
ta per Venerandum Patrem Dnum Othonem Dei gratia
Archiepiscopum Mediolanensem in Provinciali Concilio, salva ta-
men in omnibus protestatione nostra, in hac synodo,
facta, et omnes constitutiones et statuta, edita tam per
nos, quam per Praedecessores nostros, tam super cultu
divino, quam super vita, et honestate clericorum,
et omnibus aliis, inviolabiliter observentur. Et quia hu-
mana natura saepe labitur ad delicta, et novis mor-
bis, nova sunt antidota praeparanda, diversa supra-
scriptis aliis, propter quasdam novitates, malignitate nu-
per attemptatas, de consilio praedictorum, salubriter pro-
vidimus addere antedictis, et in hac sancta synodo publicare.

Primo enim statuimus, quod cum Beatus Eusebius sit Pa-
tronus Ecclesiae Vercellensis, dignum est ut ab Ecclesia Cathe-
drali, et ejus filiabus etiam honoretur. Quare praecipimus
omnibus Rectoribus Ecclesiarum nostrae civitatis et dioecesis,
ut semel in septimana, missam in honorem Beati Eu-
sebii debeant celebrare, in qua missa, prima collecta sit
de S. Eusebio, secunda pro Epo, et Congregatione sibi com-
missa, tertia pro pace, ut auxiliante Deo, in Civitate
Vercellarum, et Diocesi, omni tempore status Pacificus
permaneat, et quietum. Presbytero autem, ipsam missam
celebranti, et cuilibet ipsam audienti indulgentiam viginti
dierum, duximus concedendam.

Item officii nostri debitum, nos aequitate com-
pellit, ut nostrae Matris, seu Cathedralis Ecclesiae, ejusque
praelatis, et Canonicis praerogativis, et remediis, quantum

Agmo

"quantum cum Dno possumus intendamus. Unde praesenti
"Constitutione sancimus, ut Ecclesiarum S. Eusebii, et Sanctae
"Mariae, quarum Collegia constituunt nostrum Capitulum
"Vercellen, Praelati et Canonici, dum personaliter resi=
"dent serviendo in ipsis, in omnibus, et singulis suis Be=
"=neficiis, quae tenent, et habent in Civitate, et Diocesi
"Vercellen, pro praesentibus reputentur, dummodo ipsi in Be-
"neficiis curam non habeant animarum, vel nisi Capellani
"sint sine cura, quibus per ipsos, vel aliquos nomine ipso-
"=rum, volumus debite deserviri, vel ex ordinatione, seu
"statuto Ecclesiae, in qua Beneficium obtinentes tenentur
"ex iuramento personaliter deservire, vel facere deserviri;
"seu sedis Apostolicae mandato; salvis tamen in perso=
"=nibus, Constitutionibus nostris factis, et per nos, seu succes-
"=sores nostros, in posterum faciendis, quarum ipsi et
"eorum quilibet semper . . . . et totius Cleri nostri for-
"=titis sunt parati."

" Item cum Conversi, licet illitterati, personas Ecclesia=
"=sticas censeantur, et Ecclesiastica libertate gaudere inten=
"dant, et nonnunquam ratione ipsorum sive sint ma-
"suli, sive foeminae, in Ecclesiis Scandalum oriatur, et insti-
"tutio personarum Ecclesiasticarum, maxime in Ecclesiis sae=
"cularibus, noscatur ad Dioecesanos Epos pertinere; statuimus
"ne in aliqua Ecclesia saeculari, recipiatur aliquis, vel ali=
"qua in Conversum, vel Conversam, sine nostra, vel suc=
"cessorum nostrorum licentia, et consensu; quod si con=
"=tra factum fuerit, dicta receptio non valeat, et pro
"nulla habeatur, et nihilominus, qui dictam receptio=
"nem fecerit, Epi arbitrio puniatur. Ipsi vero Con=
"=versi, vel Conversae, etiam per Epum approbati, in elec-

tionibus

Agno.

„ electionibus praelatorum, vel clericorum, et aliorum spi=
„=ritualium Ecclesiae non habeant vocem vel locum.

„ Item cum Rectoribus Ecclesiarum Parochialium,
„ cura Parochianorum suorum ab Episcopis committatur, qui
„ pastores facti animarum, de parochianorum suorum ani-
„ mabus, sunt rationem in examini districti Judicis reddituri,
„ dignum est quod eos cognoscant, et oves sanas a scabiosis & sanas
„ discernant, medicamina eisdem salubriter impendendo, sa-
„=nos vero Sacramentis Ecclesiae reficiendo, et aliis suffragiis
„ Ecclesiasticis consolando. Propterea statuimus, quod omnes
„ utriusque sexus, cum presbyteris suis Parochialibus, in
„ Quadragesima debeant confiteri, et in die Resurrectionis, Eu-
„ =charistiae recipere Sacramenta, et Matrimonii contracti,
„ ab eis benedictionem nuptialem recipere, et in peregrinatio-
„=nem ituri, peram et baculum, mulieres purificationem
„ post partum, nisi ab alio sacerdote, aliqua de praedictis
„ reciperent, de licentia proprii sacerdotis, et dummodo
„ parochiani in parochia sua existant. Transgressores au-
„ tem sicut excommunicationis vinculo innodatos. Unus=
„ quisque autem Parochialis sacerdos, attente monere de-
„=beat Parochianos suos ut in Ecclesia Parochiali missam
„ audire debeant singulis Dominicis, et festivis; statuentes
„ ut Presbyteri Parochiales, in suis Ecclesiis, in capite jejunii,
„ et prima die Quadragesimae, singulis annis publicare de-
„ beant istud statutum, ne quis possit ignorantiam allegare.

„ Item cum Deus sibi decimas reservaverit, et adeo
„ teneantur omnes fideles, ad solutionem decimarum, quod
„ earum detentores furtum, et sacrilegium dicuntur com=
„ mittere, quae quidem debentur nobis, aut Ecclesiis a qui-
„ bus recipiuntur Ecclesiastica Sacramenta, nisi forte illae,

Aymo

„illas, quae aliquibus Laicis in feudum sunt concessae, prohi-
„bemus ut aliquam personam cuiuscumque status.... religio-
„nis, aut conditionis existat, dicere vel praedicare aliquid de-
„beat publice vel secrete, propter quae fideles ad Decima-
„=rum subtractionem modo aliquo inducantur, vel prop-
„ter quod retrahantur in totum, vel in partem a solu-
„=tione Decimarum, nobis, vel Ecclesiis, quibus debentur de
„iure, vel de consuetudine, faciendam. Et quia praedicti
„detractores, seu impeditores, sacrilegi sunt censendi, cum
„ipsi sint transgressores Divinae legis, et Consuetudinum
„Ecclesiasticarum, perfidi contemptores, Excommunicationis
„vinculo innodamus.

„ Item cum periculosum sit, excommunicatis communi-
„ni.......... non nulli Clerici, excommunicationis sen-
„=tentiam, qua nulla maior est, non timentes, et Claves Eccle-
„=siae contemnentes, redire ad gremium Matris Ecclesiae vili-
„=pendunt, absolutionis beneficium perquirere negligentes,
„huic morbo periculoso, volentes occurrere, statuimus, quod si-
„quis Clericus, vel Sacerdos, sententiam excommunicationis in-
„currit, latam a Legatis vel delegatis Sedis Apostolicae, vel ab
„ordinariis suis, vel ab alia persona quacumque, quae po-
„testatem habeat imponendi, Proximus praelatus, seu superior
„ipsius excommunicati, eum teneatur monere, ut infra oc-
„=to dies a die notitiae numerandos, et si forte absens fuerit
„in Ecclesia, in qua excommunicatus Beneficium obtinet, ut
„infra quindecim dies, post dictam monitionem, debe-
„=at beneficium absolutionis impetrare. Quod si per eum ste-
„terit, quominus impetraverit, ex tunc dictus superior man-
„det eum per omnes Ecclesias, Plebanatus, seu Praepositurae
„suae excommunicatum Publice nunciari; et nihilominus fruc-

tus

" fructus Ecclesiae suae faciat sequestrari. Quod si per potentiam
" dicti Clerici, hoc exequi dictus superior non poterit, volu=
"=mus quod elapsis ipsis quindecim diebus, infra dies octo pro=
"=ximos subsequentes, a nobis, vel Epo, qui pro tempore fuerit,
" debeat nunciare; quod si non fecerit, eum Superiorem
" Ecclesiastico supponimus Interdicto.
" Item Statuimus, quod Plebani, et Praepositi moneant
" Clericos, si qui sunt infra metas Plebanatus, vel Praepositurae
" suae, tabernam tenentes, vel in ludis continuantes, vel aliud
" inhonestum officium exercentes, sive sint Beneficiati sive
" non, ut ab his debeant abstinere, cum ipso facto, privile=
"=gio Clericali renuntient. Volumus autem quod si post moni=
" tionem, in aliquo exceperint, quod per Ecclesiam non dispen=
" dantur, et nihilominus poenam in alia nostra Constitu=
"=tione inflictam, incurrant.
" Item praecipimus quod omnes Plebani, et Praepositi dent
" in scriptis, si sunt in Plebanatibus suis, vel Praepositurais, aliqui
" Clerici Beneficiati, illegittimi: item si sunt aliqui Clerici
" publice usurarii: item si sunt aliqui tenentes concubinas pub=
"=blice, et si tenuerint vel teneant secum proprios filium filios
" vel filias: et si sunt aliqui praecipue primae nostrae Syno=
" di transgressores.
" Item praecipimus Praepositis et Plebanis in virtute obedien=
"=tiae, quod fideliter, et legaliter imponant collectas Titulariis
" suis, quando erunt imponendae; quod si inveniatur ali=
" quem gravasse ultra modum debitum, duplum ei restituatur,
" et nihilominus solidos quadraginta Nobis de banno persolvant.
" Item praecipimus, quod omnes Praepositi saeculares,
" et Plebani, libros et Paramenta, seu ornamenta Ecclesiastica,
" et possessiones, decimas, et ficta in scripto publico ponere

Arpino

"debeant, et taliter facere, quod venire possint in notitiam successorum.

" Item praecipimus, quod Titulati ipsorum, eidem facere "debeant de libris, paramentis, et ornamentis, possessionibus, "domibus et pictis, et iuribus aliis Ecclesiarum suarum, et taliter in scripturam publicam redigi faciant, quod possint "quandocumque necesse fuerit, ad successorum notitiam pervenire, et nihilominus apud Plebanum, sive Plebem, transcriptum poni debeant, et dimitti, ita quod non invento scripto rerum principalium, apud Ecclesiam suam, apud "Plebem, hoc in Plebe, valeat perpetuo reperiri.

" Item praecipimus quod unusquisque Praepositus, et Plebanus, et omnes similiter Titulati, praestito iuramento, Titulati scilicet in manibus Plebanorum suorum, praesentibus duobus Praesbyteris, seu Rectoribus Ecclesiarum magis propinquarum Ecclesiae suae; Praepositi vero et Plebani in "manibus Dñi Epi vel Vicariorum suorum, similiter praesentibus duobus propinquioribus Titulatis, extimationem et "valorem Ecclesiarum suarum, hoc est redditum earum, in "scriptis redigere debeant, et quot clericos habeat Ecclesia "sua Beneficiatos, et quantum habeat pro Beneficio unusquisque, maxime propter collectas, et talias exprimendo; et "huiusmodi consignamentum in manibus Dñi Epi poni et "tradi debeat, vel illius, quem ad recipiendum dicta consignamenta, idem Dnus Epus duxerit deputare. Haec autem "omnia fieri volumus, infra octabas Apparitionis . . . . . . "proximae venturae. Et haec sub poena praecipimus interdicti, quam negligentes ~~ex tunc~~ incurrere volumus ~~ex tunc~~ ipso facto.

" Item praecipimus, quod omnes Rectores Ecclesiarum "qui non sunt nati de legitimo Matrimonio, de dispensatione

„dispensatione sua infra octo dies, praesenti die computata, no=
„=bis faciant plenam fidem; quod si non fecerint, ipsos ab
„administratione Ecclesiarum suarum, duximus suspendendos,
„et nihilominus praecipimus Praepositis, et Plebanis, ut ipsos
„nobis in scriptis tradere debeant, si quos tales habeant, et
„antequam recedant de Synodo, et hoc sub poena praeci=
„=pimus interdicti. Plebani non recedant quousque nobis de=
„=derint in scriptis habentes Ecclesias, qui non sunt Presbyteri.

„ Item Constitutioni nostrae adiicientes, statuimus quod
„nullus significando Romano Pontifici, vel Metropolitano no=
„=stro, Ecclesiam vel Beneficium aliquod tanto tempore vacasse,
„quod ad eorum aliquem sit collatio devoluta, Beneficium
„debeat impetrare, nisi primo ipsi impetrati constiterit, de hu=
„=iusmodi vacatione ad nostram vel successoris notitiam per=
„=venisse. Quod siquis contra fecerit, excommunicationis sen=
„=tentiam incurrat, et nihilominus nostro arbitrio puniatur.

„ Item adiicientes Constitutioni Concilii Provincialis, statui=
„mus, et ordinamus, quod quicumque statutum, praeceptum,
„~~decretum~~, decretum, bannum, interdictum seu mandatum
„fecerint, aut fieri fecerint, aut factum servaverint, aut
„dederint auxilium, consilium, ~~vel~~ vel favorem, contra praesen=
„=tationes litterarum Summi Pontificis, seu Delegati, vel De=
„=legatorum ~~ab eo~~ eo, seu nostrorum, vel vicariorum nostrorum,
„seu alterius Iudicis Ecclesiastici cuiuscumque, aut contra ad=
„monitiones, vel citationes, ex forma dictarum litterarum,
„sive contra excommunicationes, vel denuntiationes senten=
„=tiarum, Excommunicatorum, vel Interdictorum vel ob=
„servationes earum, publicum, vel occultum, denuntientur
„excommunicati, propter hoc per totam Civitatem Vercella=
„sum, et Diocesim.

Agma

" Item cum nonnulli, qui dicunt se exemptos, qui contra
" nervum disciplinae Ecclesiasticae quae ab omnibus est servanda,
" excommunicatos maiori excommunicatione scienter recipiant
" ad Divina, suo privilegio abutentes, cum eorum privilegia
" se ad talia non extendant; praecipimus in virtute Spiritus
" Sancti, ne aliquis missam eorum audiat, vel eis aliqualiter
" participare praesumat, quos sciverit excommunicatos ad Divi=
" na recepisse scienter, ut in eo puniantur, in quo nequiter
" deliquerunt, usque ad satisfactionem condignam.

" Item cum in prima nostra Synodo, nobis intimavi=
" mus taxationem Clericaturarum, seu Beneficiorum, quae
" obtinent Clerici in Ecclesiis nostrae Civitatis, et Dioecesis, una
" cum ministris ipsarum, tanquam personalia Beneficia
" Clericatus, volentibus providere indemnitatibus ipsarum Eccle=
" siarum, et quaestionum materiam inter ipsos Clericos et
" eorum ministros penitus evitare, provida deliberatione, prae=
" sente Sancta Synodo decrevimus, et taxamus, quod in Eccle=
" sia, cuius anni redditus, et proventus, librarum XXV. quan=
" titatem non excedunt, et ad illam quantitatem attingunt,
" Beneficium Clericale Clerici personaliter non residentis, quan=
" titatem librarum trium non excedat. In Ecclesia vero cuius
" anni redditus, seu proventus, librarum XXX. quantitatem non
" excedunt, et ad illam quantitatem attingat, et non ultra, Be=
" neficium Clericale Clerici personaliter non residentis, quantita=
" tem librarum V. non excedat. In Ecclesia vero, cuius reddi=
" tus seu proventus anni, quantitatem librarum XL.
" attingunt, et non ultra, Beneficium Clericale Clerici persona=
" liter non residentis, quantitatem librarum VIII. non excedat.
" In Ecclesia vero, cuius redditus, seu proventus anni quantitatem ~~excedu=~~
" librarum quinquaginta attingunt et non ultra ~~nt aliquem praedictorum quantitatem~~ Beneficium Clericale
attingunt, et non ultra,

Ayms.

„clericale Clerici personaliter non residentis quantitatem librarum
„x. non excedat. In Ecclesia vero, cujus redditus seu proventus
„annui excesserint aliquam praedictarum quantitatum, Beneficium
„Clericale Clerici personaliter non residentis, estimetur, et valeat
„secundum taxationem praemissam; praemissis tamen in ma-
„ioribus Ecclesiis, sicut in praepositurus, et Plebanatibus, et Ru-
„ralibus, ob antiquo distinctis, nihilominus persistant...
„..... pristino et antiquo

„Item cum ad bonum Civitatis Vercellarum, et totius
„Christianae..... pertineat Deo servire, et manutenere,
„et defendere Ecclesiasticam libertatem, Dicimus statuimus, et or-
„dinamus, et pronunciationes infrascriptae factae temporibus
„nostris, et ad instinctum, et operationem nostram, per
„Illustrem virum Dnum Guillelmum Marchionem Montis-
„ferrati et alios Collegas, Arbitros, et Arbitratores super reforma-
„tionem statuti Civitatis Vercellarum 1288. de mense Aprilis
„continentis, quod omnia statuta, et Capitula Civitatis Vercel-
„larum, quae sunt contra Ecclesiam, et libertatem Ecclesia-
„sticam, cassentur, et pro cassis, et irritis penitus habeantur,
„et quod de cetero nulla statuta fiant, nec facta serventur
„contra Ecclesiasticam libertatem, et aliae pronunciationes factae
„MCCLXXXV. continentis ut supra, et cassationes et irritationes
„statutorum, et ordinamentorum factorum contra Ecclesiasti-
„cam libertatem, factae per Dnum Listum de Ponzano, tunc
„Potestatem Vercellarum; et Credentiam Civitatis Vercellarum,
„MCCLXXXVII. die Jovis IV. Septembris, ut constat per Char-
„tam factam per Petrum de Solimbono Notarium, et omnia
„alia statuta et ordinamenta, et concilia, sive Credentiae Com-
„munis Vercellarum, et pronunciationes, permissiones, obliga-
„tiones, sacramenta, transactiones, et concordiae, hinc retro

Agma

" retro facta, et factae, et omnia privilegia data, vel facta ab
" aliquo, modo aliquo vel casu, super libertatibus, immunita=
"=tibus, privilegiis, et iuribus Dñi Epi, Episcopii et Ecclesiae
" Vercellensis, et hominum eorum, capta et non cassata,
" perpetuo ab omnibus debeant observari; ita et taliter, quod
" non possint ab aliquo, seu aliquibus, aliqualiter removeri,
" mutari, vel infringi modo aliquo sive causa, et alia con=
" traria totaliter, vel particulariter antedictis, siqua interel
" fient in posterum, pro irritis et inanis haberi penitus et tenen.
" Et qui contra fuerit, vel praedicta omnia et singula non
" servaverit cum effectu, ipso facto poenam excommuni=
" cationis incurrat, a qua absolvi nullomodo(+) ....
" emam omnibus expensis, damnis, et interesse illatis Epo et
" .... et Ecclesiae Vercellensi, et locis et hominibus
" suis penitus inte...... restitutis.

" Item interdicimus ingressum Ecclesiae omnibus, et singulis
" Praelatis, ministris, et Clericis nostrae Civitatis, et Diaecesis, qui vo=
"=cati ad Praesentem Synodum non venerant, nisi habuerint iu=
"=stam causam, vel nisi de nostra receperint gratia speciali.

" Item statuimus et praecipimus in virtute obedientiae omnibus
" et singulis Abbatibus, Prioribus, Praepositis, et Plebanis nostrae ~~Dio=~~
"=~~cesis~~ Civitatis et Diaecesis, ut copiare debeant exemplum om=
" nium constitutionum nostrarum, Lectarum in hac Sancta
" Synodo, tam per Bornetum, quam per Petrum de Moxo,
" Notarios: et exemplum constitutionum Dñi Legati, ~~ubi~~ ~~nnum~~ non
" constitutionum Dñi Othonis Dei gratia Mediolanensis Archiepi,
" factarum per ipsum in Provinciali Concilio, sive illarum
" quarum copiam alias non habuerunt, nec non et librum
" synodalem Sacramentorum infra octabas Epiphaniae prox=
" venientis, et ea copient ab ipsis Notariis Nostris, vel ab

@ Vercellensis et Ecclesiarum, et clericorum
civitatis Vercellarum et diocesis, obser
vandis, sive favorem, et utilitatem Dñi Gregorii
Episcopi, et Ecclesiae Vercellensis, et hominum

(+) Sic desunt in originali nonnullae particulae

Aymo.

"vel ab altero ipsorum, et non ab alia persona, et sigilli
"nostri munimine roborata, et ea omnia legere, vel legi
"facere, et publicare subditis, et titulariis suis, et Cancinijs
"suis infra duos menses proximos subsequentes, computan-
"dos a die, qua receperint supradicta, ne quis possit
"ignorantiam allegare. Presbyteri vero Parochiales librum
"praemissum Sacramentorum Synodalem, capere debeant
"infra terminum suprascriptum ab iisdem Notariis si
"eum non habent; de quo libro habeat Notarius ab illo,
"cui ipsum dedit, si fuerit Abbas, Prior, Praepositus, vel
"Plebanus, solidos XX. Papiens, si fuerit alius Sacerdos,
"vel Clericus, non habeat Notarius, ultra solidos XV.
"Qui autem exemplum praedictorum, et librum prae-
"=missum non ceperit, et ut supra publicari non
"fecerit infra terminos supra constitutos, sententiam
"Excommunicationis incurrat, et nihilominus exemplum
"praemissorum omnium ab eis, vel ab altero ipsorum
"capere teneatur. In praemissis autem omnibus, et sin-
"=gulis, nobis, et successoribus nostris, specialiter, et expresse
"auctoritatem, et facultatem liberam retinemus addendi, di-
"=minuendi, interpretandi, ..., mutandi, corrigendi,
"revocandi et etiam annullandi, omnimode in quolibet
"praemissorum ad nostram, et successorum nostrorum ple-
"nam, et liberam voluntatem. In cujus rei testimo-
"nium, et perpetuam firmitatem, praemissa omnia sci-
"bi, et in publicum redigi mandavimus, per Notarium
"infrascriptum, et sigilli nostri appositione muniminis
"roborari. Actum in Palatio Episcopali Vercellis, anno
"MCCLXXXIII. Indictione prima, die Mercurii X. Novembris, dovedire 1288.
"~~testibus~~ testibus praesentibus Dno Symone Abbate S. Stephani Ver-
cellensis,

Aymo.

" Dño Hugotione Abbate S. Andreae Vercellen, Dñis Roffino
" de Albano Praeposito, Alexio Archipresbytero, Petro de S. Se-
" bastiano Canonicis Ecclesiae Vercellensis, Taverno Canonico
" Astensi, Presbytero Jacobo de Monteovetto, Dño Aemiliano
" Praeposito S. Damiani, Petro Bornecto Canonico Bugell.
" et multis aliis tam Religiosis, quam Saecularibus, ibidem
" ad Synodum convocatis. Ego Petrus de Moxo Notarius jussu
" praefati Dñi Epi, praemissas Constitutiones in
" hac sancta Synodo legi et publicavi, et hanc Chartam
" scribi feci, et meum signum apposui "

17. Commune Vercellarum plurimum apud Epum egit, ut se
fulmini subtraheret, immisso etiam Marchione Montispr-
roti, tum Civitatis Duce, qui se deprecatorem praeberet;
sed nonnisi temperato statuto, et adiecta clausula, quae
libertatem Ecclesiasticam illaesam servaret, aliquid obtinere
potuit. Statuto supra prolato, aliud statim additum legi-
tur fol. 168. fac. 2a, his verbis conceptum.

" Quod statuta quae sunt contra
" libertatem Ecclesiae
" sint cassa et irrita.

" MCCLXXXVIII. Indictione ... die sabbathi XXVII. men-
" sis Novembris, cum quaestio verteretur inter Venerabilem
" Patrem in Christo Dñum Aymonem Dei gratia Epum Ver-
" cellensem, et Comitem ex una parte, et Nobilem Vi-
" rum Dñum Manfredum Marchionem Palavicinum Po-
" testatem Communis Vercellarum nomine ipsius Communis
" Vercellarum, et ipsum Commune ex altera, occasione
" suprascripti statuti; de quo inter dictas partes quaestio
" orta erat, quod statutum praedictus Dominus Epus dice-
" bat factum esse contra libertatem Ecclesiae allegans im-
pu

Argumento.

„super hoc causas et rationes suas, et ideo requirebat, et pe-
„tebat ipsum statutum de libro statutorum Communis Vercel-
„lorum penitus debere abradi, nec in posterum observari, alio-
„quin dicebat eos excommunicationis sententiae subiacere,
„quam faciet publice nunciari: Ex adverso respondeba-
„tur per praedictum Dnum Potestatem nomine Commu-
„nis Vercellarum, idem statutum non esse contra libertatem
„Ecclesiae, et super allegabat multimodas rationes, dicens
„etiam, quod paratus erat fore cognoscere, et si inveni-
„retur contra libertatem Ecclesiae factum esse, volebat illum
„abradere, et cancellare. Et cum super his verba ex utraque
„parte multiplicarentur, et de die in diem contentionis
„materia oriretur; tandem Magnificus, et potens Dnus
„Illustris Marchio Montisferrati Capitaneus Civitatis prae-
„dictae, volens quaestionem praefatam sedare posse, et
„maxime cum non conveniat inter Patrem spiritualem,
„et filios, controversiae materiam ventilari; requisito consi-
„lio Collegii Iudicum Civitatis eiusdem, et ab eisdem Iudi-
„cibus praestito, iuramento, quod recte consulerent. Qui Iudices
„Collegii, praesentibus Vicario dicti Dni Epi, et Iudicibus dic-
„ti Dni Potestatis, diligenter audierunt allegationes, et Iura ad-
„vocati Dni Epi, et Iudicum Potestatis pro Communi Ver-
„cellarum, et diligenti deliberatione et examinatione prae-
„habita, in praedictis consuluerunt ut infra. Consilium
„Collegii Iudicum Civitatis Vercellarum, est quod adda-
„tur statuto praedicto, sic: ut locum habeat, et vendicet
„sibi locum, praedictum statutum tantum si litterae fue-
„rint praesentatae, vel Nuncii essent missi in causis seu
„quaestionibus, quae possent vel deberent, vel consuevissent
„coram Potestate Vercellarum, vel Consulibus agitari, vel coram

Aymo.

"vel coram aliquo Laico vel Iudice Saeculari. Quod consilium
"Dnus Marchio in Palatio dicti Dni Epi praesentibus dicto
"Dno Epo, et Potestate, et Vicario ac..... dicti Dni Epi
"et aliis pluribus tam Clericis quam Laicis pubblice ap=
"probavit et confirmavit, ac acceptavit. Et ex abundanti
"praedictus Dnus Marchio cupiens intendere favorabiliter in
"ea Ecclesiasticam Libertatem, statuit et voluit, et praece=
"=pit, quod siquid in praedicto statuto est, vel in aliis sta=
"=tutis Communis Vercellarum, quod in toto, vel in parte
"sit contra libertatem Ecclesiae, sit cassum, irritum et nul=
"=lius valoris, ac si scriptum nunquam fuisset in libro
"statutorum Communis Vercellarum: et ex nunc illud,
"sive illa quod vel quae possunt in eisdem statutis contra
"libertatem Ecclesiae esse, cassat penitus et irritat, et nul=
"=lius iubet esse valoris, praecipiens quod in posterum
"nullomodo, praetextu, vel ingenio possint vel debeant
"observari, ac praecipiens, et statuens hoc praeceptum
"et statutum debere scribi in ultima parte libri statu=
"=torum Communis Vercellarum, et sit ultimum dero=
"gatorium omnibus aliis statutis, et ordinamentis ipsius
"Communis Vercellarum, et quod pro ultimo, et dero=
"=gatorio expressius observetur, si qua ibi statuta, vel or=
"dinamenta reperiantur contra Ecclesiasticam libertatem.

18. Anno 1289. Guillelmus Marchio Montisferrati Mediolanensibus et Papiensibus bellum intulit, atque dominatum perpetuum Papiae adeptus est. Horum affuit qui et Mediolano potestatem. Bonifacius de Pusterla Abbas S. Celsi, dum hac de re cum Marchione agebat, et Gerardo de Castello Potestate Vercellarum; sed detectis insidiis, Abbas in exilium pulsus est, reliquis, qui in negotiatione venerant, morte mulctatis. Guillel-
mus

Guillielmus hac spe delectus, Vercellas occupat, et paulo post Novariensibus dedentibus, Novariam occupavit. Anno 1290. ut Astenses a partibus Mathaei Vicecomitis averterent, Vercellensibus adiu=vantibus, in Astensem territorium, multa illata clade irrupit. Astenses e contra, novis comparatis sociis, et inter eos Amedeo Sabaudiae comite, Montemferratum armis invadunt, Alexan=drinos sollicitant, religiosque propulos circumiacentis regionis, Marchionis socios, qua armis, qua pollicitationibus, in suas partes pertrahere conantur. Marchio ut ubique in se exci=tatam procellam amoliretur, cum hinc praeeuret Mathaeus, inde urgerent Astenses, Alexandrini in fide nutarent, et Pendemon=tia ad defectionem spectarent, Alexandriam se contulit multo stipatus milite. Sed Alexandrinis insurgentibus, praelio vic=tus, et captus, carceri traditus est. Hanc Corius, qui historiam his verbis concludit: "gl' Astegiani secretamente si convennero cogli
" Alessandrini, che facessero guerra al Marchese, promettendo loro otta=
"=ta mila fiorini d'oro. La qual cosa intendendo il Marchese,
" colle sue genti andò ad Alessandria per vendicarsi, e con loro
" azzuffandosi, il Marchese rimase prigione; onde incarcerato, in
" processo di tempo, venne a morte." Caeterum Marchionem non bello victum, sed fraude ab Alexandrinis captum, tradunt Au=ctores coevi. Anonimus Autor Chron. Esten. apud Murator. to. 15. rer. ital. habet: "MCCXC. de mense Septembris, dum Dnus Mar=
"chio montisferrati intraret in civitatem Alexandriae cum qui=
"busdam militibus dictae Civitatis, proditores Alexandrini cepe=
"runt eum cum omnibus illis, qui cum eo erant, et condu=
"xerunt eum super palatium Civitatis. Postmodum dimise=
"runt illos, qui cum eo capti fuerunt, sed ipsum in carceribus
"miserunt." Eadem habet Jo. Villanus in Chron. lib. 7. cap. 141. Apud Murator. sup. to: 13. ibi: "Nel detto anno (1290) il mar=

chese

"il Marchese di Monferrato, venuto nella città d'Alessandria in Lom-
"bardia, il quale teneva sotto sua signoria, li cittadini di quella,
"a petizione, e sommossa degli Astigiani, di cui era nemico
"mortale, per molta moneta, che presono ne traditori d'Ales-
"sandria, per tradimento presono il detto Marchese, e misonlo
"in prigione." Hanc eodem Marchioni per somnium, pridie
praenuntiatam fuisse, specie multitudinis iumentorum, quae
magno edito mugitu, cum humi sternebant proculcabantque
scribit, Merula.

19. Ut auditum est Vercellis, Guillielmum Marchionem captum,
Gibellini, iterum, Tizionum ductu, novis excitatis seditionibus,
omnia misere vexarunt, pulso inde Gerardo de Casorlo
Potestate pro Marchione, eique subrogato Ubertino Vicecomi-
te, Mathei fratre, atque Matheo ipso in ducem supremum
civitatis ad annos quinque constituto. Ad gestum esse eodem
anno 1290. tradunt annales Mediolanenses apud Murator. rer.
ital. to. 16. sed ad annum sequentem spectare scribit. ...
... Matheum deinde arcem excitasse Vercellis dicit. Guillielmus
Ve.... Astensis cap. 14. rer. ital. to. XI, ibi: "Matheus Vicecomi-
"tes subiugavit Novariam, et ibi fecit forte Castellum; simi-
"liter et Vercellas, et aliud castrum ibi fecit. Alexandrini, et
"Tortonenses contra omnes pugnabant pro Matheo praedicto."

20. Anno 1291. Accon seu Acra, alias Ptolemais in oriente, fu-
bile grassatorum evaserat, unde Christianos, Saracenos Mer-
catores impune violabant. Sultanus Melec-Messer frustra
pluries de damnis illatis apud Christianos conquestus fuerat.
Ergo sexaginta, et peditum Centum sexaginta millibus eam
oppressus expugnat die 18. Maii seu, ut aliis placet, Kalendis
Augusti, expugnatam diripit, et solo aequat. Exinde Tyrus,
et quidquid in Siria, Christiani nominis residuum erat, in Sara-

cenorum

Aymo.

Saracenorum potestatem venit. Hoc Nuncio accepto, Nicolaus IV. Summus Pontifex, iusto accensus zelo, omnem operam co=hortationis, et precibus, propositis etiam Indulgentiis, adhibuit, ut Christianos Principes, populosque ad expeditionem ultramarinam excitaret. Metropolitae quoque ubique terra=rum, iussi sunt Concilia provincialia cogere, in quibus de subsidio Terrae Sanctae ageretur. Et quidem Mediolani ab Othone Archiepiscopo convocati Episcopi Provinciales die 29. Novembris eiusdem anni 1291, plura hac de re, decreta ediderunt, quae refert Corius his verbis: " Fu ordinato " di scrivere al Pontefice, che facesse capo il Re di Francia " a tal impresa, e richiedesse tutti i fedeli signori, a simile " spedizione = che trattasse la pace fra i Veneziani, e Pisa=" ni, e Genovesi, e altre città, ove erano poste = che si facesse " lega, e concordia per tutte le città d'Italia, in modo che " ognuno potesse andar sicuro, e dimorare, massimamente " nel Monferrato, e nelle parti circostanti = che facesse mettere " all'ordine tutti i marittimi Navigli, vietando a' Merca=" tanti di navigare oltre mare = che i tre ordini, cioè Tem=" plarii, gl'Ospitalarii, e gli Alamanni, si riducessero insieme, " e che il maestro fosse dato loro dal Pontefice = finalmente " fu domandato che Otto Arcivescovo eleggesse un sindico per " tutto il Clero, con ampia protesta di potere esequire quan=" to le . . . . . Papali richiedevano, il quale andasse al Pontefice, " e gli . . . . essero termine fino alla Purificazione di Maria Vergine." Subdit deinde Corius, mandatum esse Archiepiscopo, Episcopo Vercellen=si, Episcopo Brixiensi aliisque ibi relatis ut de huiusmodi sta=tutis cognoscerent; in Sindicum delatum fuisse de Pontida, una cum Mathaeo Vicecomite, et Episcopo Novariensi, eisque singulis, et in singulos dies, decretos fuisse viginti solidos pro viatico

Aymo

" pro viatico: " Di poi, inquit, fu commesso all'Arcivescovo,
" che facesse trascrivere in uno, tutti questi consigli e pareri;
" i quali furono diligentemente esaminati, per l'Arcivesco-
" vo, e vescovo di Vercelli, di Brescia di Lodi, e di Pavia, Savona,
" per il priore di Frati Predicatori, il Guardiano de Minori
" e Priore Eremitano. Fu costituito Sindico, il Priore di Pon-
" tida, e Matteo Visconti col Vescovo di Novara, che dimorava
" in corte del Papa; e fu ordinato, che la provvisione dell'
" andata loro, fosse venti soldi al giorno per ciascuno," Por-
rò cum huic Concilio Legamus interfuisse Epum Vercellen-
sem, quem vidimus interposita appellatione, se subtraxisse
praecedenti Concilio, ob contentionem de subsellio cum Epo
Brixiae # cum, nominari; haud absurda coniectura ducti, intel-
ligimus tunc tandem iure actum et prima subsellia Epo
Vercellensi, supra Brixiensem decreta fuisse. Hinc fortassis
ad hoc Concilium, non ad praecedens, referendum est quod
ait Ughellus in Archiepis Mediolanensi nempe, magnam
illam contentionem de dignitate, quae inter Brixianum
et Vercellensem Epos, per id temporis vertebat, ad aequili-
brium aequitatis iuris ibi fuisse expensam. Infra vide-
bimus in Uberto, eam iterum agitatam, et irrevocabili iu-
dicio pro Epo Vercellensi diremptam.

21. Anno 1292. Vercellenses, duce Mattheo Vicecomite, Cridinam,
quod a Ioanne Marchione Montisferrati Guillielmi filio diu
obsessum, tandem expugnaverunt die 20. Maii; eiusque in
fidem redegerunt Potestatem. Ita Corius, addens hac in expe-
ditione Casale pariter subactum fuisse. Et Parem habuisse con-
tum, Pontem Sturiae . . . . . vum, tradunt Galvaneus Flam-
ma, et Annal. Mediolanens. apud Murator. Rer. Ital. to. 16.

Parem

22. Hoc eodem anno 1292. Rayneriius Advocatus Archidiaconus
Brixiensis eumque pt. loco hic post Archidiaconum
stante Epo episcopum Brixiensem nominaret, haud et

Aymo.

Archidiaconus Vercellensis, qui postea in Episcopum successit Aymoni, iussu Nicolai IV. Fratribus Minoribus conventualibus, Ecclesiam S. Salvatoris de Mercatello, quam nunc S. Francisci appellamus, cum domibus, coemeterio, et Platea, iuxta eam positis, ad Archidiaconatum Vercellensem spectantibus, concessit, et vicissim iussu eiusdem Pontificis, recepit ab Aymone Episcopo Vercellensi, Ecclesiam S. Aemiliani de Villanova, cum plenario iure instituendi, destituendi, corrigendi, et visitandi. Non pigeat documenta ex Archivio Capitulari in medium afferre.

" In nomine Christi amen. Anno Nativitatis eiusdem
" MCCXCII. Indictione V. die lunae, X. mensis Martii. Cum
" ad petitionem Guardiani Conventus Fratrum Minorum de
" Vercellis, a summo Pontifice ad Dominum Episcopum Vercellensem,
" et ad Dominum Archidiaconum eiusdem, infrascripti tenoris
" emanaverint literae, et mandata. == Nicolaus Episcopus servus
" servorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Vercellensi, salutem,
" et Apostolicam benedictionem. Pridem dilectis filiis Guardiano,
" et fratribus ordinis Minorum de Vercellis, insinuantibus, in-
" tellecto, quod eis, ad ampliandum locum ipsorum, qui nimis
" arctus esse proponitur, Ecclesiam S. Salvatoris de Mercatello
" Vercellensis, cum domibus, coemeterio, et platea ipsius, positis
" iuxta eam, necessaria plurimum existebat; Nos volentes neces-
" sitati fratrum ipsorum, super hoc, benignius providere,
" te per nostras sub certa forma literas, rogandum attentius du-
" ximus, et hortandum, dantes tibi per eas nihilominus
" in mandatis, ut sollicitis studiis procurares, et perduceres
" ad effectum, quod dilectus filius Archidiaconus Vercellensis,
" ad quem praedicta Ecclesia, cum domibus, coemeterio,
" et platea praefatis, pertinere dignoscitur, eam cum ipsis
" domibus, coemeterio, et Platea, propter hoc Guardiano, et Fra-

tribus

Ayno.

" concederet incommoratis. Et ne idem Archidiaconus ex hujusmo=
"=di concessione, damnum incurreret, tibi per literas iniunximus
" supradictas, ut eis ~~Concambium~~ concambium, ubi de alio aequivalenti Bene=
"=ficio providere. Tu vero volens huiusmodi mandatis no=
" stris, humiliter obedire, dicto Archidiacono, in Ecclesiae me=
" moratae concambium, Parochialem Ecclesiam de Villanova
" tuae Diocesis, praedictam S. Salvatoris Ecclesiam, in annua
" perceptione proventuum, prout asseritur, excedentem, li=
" beraliter offerre curasti, ita tamen quod tam ipse Archidia=
" conus, quam successores eius, tibi, tuisque successoribus prae=
"=sentare Presbyterum ad gerendam animarum curam in ea=
"=dem de Villanova Ecclesia tenerentur. Sed quia dictus Archidiaconus sub
" conditione huiusmodi, Ecclesiam ipsam, quam alias erat
" paratus acceptare, recipere noluit, cum ad praesentationem
" huiusmodi, tibi, prout eis habebat assertio, in praefata S.
" Salvatoris Ecclesia faciendam, minime tenerentur; eisdem Guar=
" diano, et Fratribus optatum ex nostris litteris, commodum
" non provenit. Quare pro parte ipsorum, humiliter pe=
" tebatur a nobis, ut providere super hoc, eis de benignitate
" solita dignaremur. Nos itaque gerentes cordi negotium,
" et praedictis Fratribus pio compatientes affectu, volentes
" quoque necessitati eorum, benignius providere, Fraternitati
" tuae, sicut iterum, sic attentius per Apostolica Scripta manu=
" damus quatenus praedictam de Villanova Ecclesiam, si ad
" te, in ea pertineat institutio Sacerdotis, alioquin aliam
" aequivalentem, in qua institutionem huiusmodi obtineas,
" eidem Archidiacono, in concambium Ecclesiae Sancti Salva=
" toris praedictae, si similem institutionem ipse habeat in
" eadem, sublata difficultate qualibet, libere, et absque ulla
" conditione concedas, ut te in hoc prompte, et ~~efficaciter~~
efficaciter

Ayma

,, effrenter habitoris, ut a Deo praemium, et a nobis commenda-
,, tionis titulum consequi merearis, reservato iure Presbytero
,, in eadem ad praefatam Ecclesiam instituto, donec sibi de alio
,, beneficio aequivalente providere contigerit, vel de Presbytero
,, ipso aliter ordinari. Nos enim praedicto Archidiacono
,, scribimus, ut huiusmodi . . . . . a te emptis, praefatam S.
,, Salvatoris Ecclesiam, dictis Guardiano, et fratribus concedere
,, non omittat. Volumus autem quod infra duos menses, a re-
,, ceptione praesentium computandos, nobis quid super hoc,
,, fieri contigerit, per tuas litteras, distincte, planeque signi-
,, fices, ut si opus fuerit, aliud in hac parte remedium appo-
,, namus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem, XVIII.
,, Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno IV. = Item = Nico-
,, laus Epus servus servorum Dei dilecto filio Archidiacono
,, Vercellensi, salutem, et Apostolicam Benedictionem. Ridem dilec-
,, tis filiis Guardiano, et fratribus ordinis Minorum de Vercellis in-
,, sinuantibus, intellecto quod eis ad ampliandum locum ipso-
,, rum, qui nimis arctus esse proponitur, Ecclesia S. Salva-
,, toris de Moratello Vercellensis, cum domibus, caemeterio et
,, platea ipsius, positis iuxta eam, necessaria plurimum exi-
,, stebat; Nos necessitati fratrum ipsorum, benignius provide-
,, re volentes, Venerabilem fratrem Nostrum Vercellensem Episcopum,
,, per nostras litteras sub certa forma, rogandum attente duxi-
,, mus, et hortandum, dantes sibi per eas nihilominus, in man-
,, datis, ut sollicitis studiis procuraret perducere in effectum, effectum,
,, quod tu, ad quam praedictam Ecclesiam cum domibus, cae-
,, meterio, et platea, praefatis, pertinere dignoscitur, canonice
,, ipsis domibus, caemeterio, et platea, propter hoc Guardiano
,, et fratribus concederes memoratis. Et ne tu ex huiusmodi con-
,, cessione, damnum incurreres, eidem Epo per literas iniunximus,

Ayma

"supradictos ut in eius commendam, tibi de alio aequivalenti bene=
"ficio providerent. Praefatus vero Epus, huiusmodi mandatis nostris
"volens humiliter obedire, tibi in Ecclesiae memoratae commendam,
"Parochialem Ecclesiam de Villanova Vercellensis Dioecesis, Praedictam
"S. Salvatoris Ecclesiam, in omnium perceptione proventuum,
"prout asseritur, excedentem, liberaliter offerre curavit, ita tamen
"quod tam tu, quam successores tui, dicto Epo, eiusque suc=
"cessoribus, teneremini praesentare presbyterum ad gerendam ani=
"=marum curam; in eadem de Villanova Ecclesia praesentare.
"Sed quia tu sub conditione huiusmodi, Ecclesiam ipsam, quam
"alias eras recipere paratus, suscipere noluisti, cum ad prae=
"sentationem huiusmodi; eidem Epo Prout tua exprimebat
"assertio, in praefata S. Salvatoris Ecclesia, fovendam mini=
"=me teneris, eisdem Guardiano, et Fratribus, optatum ex
"nostris litteris, commodum non provenit. Quare pro parte
"ipsorum, suppliciter petebatur nobis, ut providere super hoc
"eis de benignitate solita dignaremur. Unde nos gerentes cor=
"di negotium et praedictis Fratribus pio compatientes affe=
"=ctu, volentes quoque necessitati eorum benignius providere, prae=
"=fato Epo per alias litteras iniunximus, ut praedictam Eccle=
"=siam de Villanova si ad eum in ipsa libere pertinet insti=
"=tutio sacerdotis; alioquin aliam aequivalentem, in qua si=
"=militer institutionem huiusmodi obtinet, tibi in commendam
"Ecclesiae S. Salvatoris eiusdem, si tu similem in ea institu=
"=tionem habere dignoscaris, sublata difficultate ~~[illegible]~~ qualibet,
"libere et absque alla con~~tentione~~ditione concedat, sic ut in hoc
"efficaciter habiteris, ut exinde a Dno Praesente et a Nobis
"Commendationis titulum consequi merearis, reservato iure
"Presbytero, in eadem ad praesens Ecclesia instituto, donec sibi
"de alio Beneficio aequivalente provideri contigerit, vel de Pres=

bytero

,, Presbytero ipso aliter ordinari. Cum itaque, sicut praemittitur,
,, necessitati Guardiani, et Fratrum ipsorum, super hoc piae
,, sollicitudinis intendamus studio providere, discretioni tuae
,, sicut iterum, sic attentius per Apostolica scripta mandamus,
,, quatenus praedictam Ecclesiam de Villenove, vel aliam aequi=
,, valentem, in quibus ad eundem Epum spectat institutio su=
,, pradicta, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo, ob Epo ipsam
,, recipiens, praefatam S. Salvatoris Ecclesiam concedas libere
,, Guardiano, et Fratribus memoratis, sic te habiturus efficaciter
,, in hac parte, ut eque mandatis nostris sollicite pareturus,
,, ut exinde tibi a Dno, praemium consequaris, et nos de=
,, votionem tuam non immerito commendemus. Volumus
,, autem quod infra duos menses, a receptione praesentium
,, computandos, nobis quid super hoc, contigerit fieri ~~fieri~~ per
,, tuas litteras distincte et plene significes, ut si opus fuerit aliud
,, in hac parte remedium apponamus. Datum Romae apud
,, Sanctam Mariam Maiorem XVIII. Kal. februarii Pontifi=
,, catus nostri anno IV. ——— Praedictus Dnus Epus reverenter
,, mandata summi Pontificis volens exequi, ut tenetur, dedit, con=
,, tulit et concessit auctoritate praedicta summi Pontificis, atque
,, ipsius speciali mandato, eidem Dno Archidiacono, recipienti
,, suo nomine, et Dignitatis Archidiaconatus, Et Ecclesiae S. Eu=
,, sebii Vercellarum, Ecclesiam S. Aemiliani de Villanova
,, praedictam, cum omnibus suis pertinentiis, sicut melius
,, potuerit, pleno iure; ita quod ipse Dnus Archidiaconus,
,, et successores ipsius, in dicta Ecclesia de Villanova in
,, integrum, illud ius circa institutionem, et destitutionem
,, Sacerdotis, et Clerici, visitationem correctionem, et alia ad hoc pertinen=
,, tia habeat, quod ipse et praedecessores ipsius in praedictam
,, Ecclesiam S. Salvatoris, consueverunt obtinere ~~obtinere~~, pro......

Agmo.

"" ....tus Dnus Epus Vercellens, suo nomine, et nomine Epis-
"copii Vercellens, eidem Dno Archidiacono, recipienti suo no-
"=mine, et nomine Archidiaconatus praedicti, praedictam
" concessionem, et Ecclesiam praedictam S. Aemiliani de Vil-
"=lanova, cum omnibus iuribus, et pertinentiis suis, circa
" institutionem et destitutionem praedictam Sacerdotis, et Ec-
" clesiae, et in praescripta defendere, guarentare, et disbrigare ab
" omni persona, et personis tam Ecclesiasticis, quam
" saecularibus, et ab omni Communi, Collegio, et Univer-
"=sitate, sumptibus, et damnis ipsius Dni Epi, et Epis-
"=copii Vercellens, et restituere omnia damna, expensas, et in-
"=teresse, in quibus dictus Dnus Archidiaconus, vel successores
" eius incurrerent, vel sustinerent, si de praedictis concessis, et
" datis, in toto vel in parte forent appellati, inquietati, re-
"=moti, et de iure convicti, obligando dictus Dnus Epus suo
" nomine, et Episcopii Vercellens sic attendendo et observan-
" do, eidem Dno Archidiacono, suo nomine, et nomine
" Archidiaconatus, et successorum suorum, recipienti om-
" nia bona sua, et dicti Episcopii, pignori, mobilia, et im-
"=mobilia, praesentia, vel futura, renuntians omni exceptioni
" doti, et infuti, et omni testium probationi, et omni
" privilegio fori, constituendo dictus Dnus Epus, suo nomi-
"=ne, et nomine Episcopii Vercellens, dictum Dnum Archi-
"=diaconum suo nomine, et Dignitatis Archidiaconatus, pro-
"=curatorem suum tamquam in rem suam, ita quod sit
" in eius loco, in agendo, petendo, defendendo, tenendo, pos-
" sidendo, vendicando, conferendo, concedendo, instituendo,
" et destituendo, visitando, corrigendo, et omnibus modis aliis
" faciendo, sicut idem Dnus Epus erat, et facere poterat.
" Deinde dictus Dnus Episcopus suo et praedicto nomine, se cons

stituit

Agno.

,, constituit praedictam Ecclesiam de Villanova et supra, no-
,,=mine Domini Archidiaconi, et Archidiaconatus possidere,
,, vel quasi, dando eidem Dño Archidiacono, suo et praedicto
,, nomine, recipienti, licentiam, et auctoritatem ingrediendi,
,, et adipiscendi corporalem possessionem, vel quasi de prae-
,, dictis, qua hora voluerit, sua auctoritate. Et e converso
,, dictus dominus Archidiaconus suo nomine, et nomine Ar-
,,=chidiaconatus praedicti, et speciali mandato, et Auctori-
,,=tate Domini Papae, secundum quod in praedictis litte-
,,=ris ad eum directis, plenius continetur, concessit, et de-
,, dit, et contulit, et prout melius potuit, Fratri Danieli
,, Guardiano Fratrum Minorum, et recipienti suo nomine,
,, et Ecclesiae S. Francisci, et Conventus praedictam Ecclesiam
,, S. Salvatoris, cum platea, coemeterio, et domibus circum-
,,=stantibus, pertinentibus ad ipsam Ecclesiam, ita quod prae-
,,=dictus Guardianus, et Fratres, et Conventus, praedictam
,, Ecclesiam S. Salvatoris, cum platea, coemeterio et Domi-
,, bus positis iuxta eam, et ei pertinentibus, habeant,
,, teneant, et possideant, et inde faciant quidquid facere
,, voluerint sine contradictione Dicti Domini Archidia-
,,=coni, et successorum suorum, et Ecclesiae Vercellensis. Prae-
,,=terea dictus Dnus Archidiaconus occasione praedicta de-
,,=dit, contulit, et concessit, prout melius potuit in concam-
,,=bium pro praedicta Ecclesiam S. Aemiliani de Villano-
,, va, Dicto Dño Epo, recipienti suo nomine, et Episco-
,, patus Vercellensis, omnes alias terras, possessiones, et iura quo-
,, que modo, vel causa, pertinentia ad Ecclesiam prae-
,,=dictam S. Salvatoris, ita quod ipse Dominus Episcopus
,, praedicta habeat, teneat, et possideat, et inde faciat quid-
,, quid facere voluerit, sine contradictione dicti Domini

Affermo.

" Domini Archidiaconi, eiusque successorum, promittendo
" dictus Dominus Archidiaconus suo nomine, et Dignitatis
" suae, praedicto Domino Episcopo, suo et Episcopii nomine,
" et praedicto Guardiano, suo et praedictorum Conventus et
" Ecclesiae S. Francisci nomine, recipientibus, praedicta uni-
" =libet ut supra contra vetar, data defendere guarentare, et dis-
" =brigare ab omni persona, et personis Ecclesiasticis et sae-
" =cularibus, Communi, Collegio, et Universitate, sumptibus
" et damnis Ipsius Domini Archidiaconi, et Archidiaco-
" =natus praedicti, et restituere omnia damna, Expensas et
" interesse, in quibus exinde ipsi, vel eorum alter perve-
" =nirent, si de praedictis datis, et concessis in toto, vel in
" parte forent appellati, inquietati, [illegible] remoti, et de
" iure convicti, obligando dictus Dominus Archidiaconus
" suo nomine, et nomine Dignitatis Archidiaconatus, et suc-
" cessorum suorum, pro eis attendendo, et observando eisdem
" Dño Epo, et Guardiano, suorum, et praedictorum nomi-
" =nibus recipientibus, omnia sua bona, et dicti Archidiaco-
" natus pignori, mobilia, et immobilia, praesentia et futura,
" renuntians omni exceptioni doli, et infecti, et omni tes-
" timum probationi, et privilegio fori, constituendo dictus
" Dnus Archidiaconus, suo nomine et Dignitatis suae,
" praedictos Dñum Epum Vercellen. et Guardianum,
" procuratores suos in praedictis, cuilibet eorum datis, et
" concessis, tamquam in rem suam, ita quod quilibet
" ipsorum sit in eius loco in agendo, petendo, tenendo,
" possidendo, defendendo, vendicando, et omnibus aliis modis,
" faciendo sicut idem Dominus Archidiaconus erat, et fa-
" cere poterat. Deinde dictus Dominus Archidiaconus, suo,
" et praedicto nomine se constituit praedicta possidere, vel

Aymo

„vel quasi, nomine praedictorum Dñi Epĩ, et Guardiani,
„dando eis, et cuilibet eorum, suo, et praedictorum nomine re-
„=cipientibus, plenam auctoritatem, et licentiam, et potestatem in-
„=grediendi, et adipiscendi corporalem possessionem, vel quasi,
„de praedictis, cuiliquet ipsorum datis, et concessis quandocumque
„voluerit, sua Auctoritate. Super quibus concessionibus factis,
„et datis, tam a parte dicti Dñi Epĩ, quam a parte dicti
„Dñi Archidiaconi, sibi ad invicem, et dictis Guardiano, et
„fratribus promiserunt suis, et praedictorum nominibus, sibi
„vicissim dicti contrahentes, stare semper tanta et contenta,
„et contra non venire per se se, neque per submissas per-
„sonas, aliquo modo, vel causa, sub hypotheca et obligatio-
„ne omnium bonorum suorum, et dignitatum suarum, quae
„proinde solemniter impr. ter sibi ad invicem per stipulationem
„pignori obligaverunt. Eo acto in principio in medio,
„et in fine hujus Contractus, quod Beneficiati in dictis Eccle-
„siis SS. Aemiliani, et Salvatoris in eorum beneficiis, et in dic-
„tis Ecclesiis libere debeant remanere, et recipere suos servi-
„=tus, et proventus, donec eisdem de equivalentibus beneficiis
„fuerit provisum, ita quod a praedictis Beneficiis, et Eccle-
„siis, interim nullomodo valeant removeri. Quibus peractis,
„dictus Dominus Episcopus ibidem incontinenti fecit, consti-
„=tuit, et ordinavit Presbyterum Bertolinum Rectorem Ecclesiae
„de Pezana, procuratorem suum, et Episcopii Vercellensis,
„ad inducendum suo, et Praedicto nomine Dnum Raynu-
„rium Advocatum Archidiaconum Vercellens. praedictum,
„vel procuratorem suum pro ipso, et nomine Dignitatis
„Archidiaconatus, et Ecclesiae S. Eusebii Vercellens. reci-
„pientem, in corporalem possessionem Ecclesiae S. Aemi-
„liani de Villanova praedictae, ac omnium jurium,

Aymo

,, iurium, et pertinentiarum suarum, spiritualium et tem-
,, poralium, corporalium, et incorporalium. Deinde vero ibidem
,, similiter incontinenti idem Dnus Epus, et dictus Dnus
,, Raynerius ~~de~~ Advocatus Archidiaconus Vercellensis praedictus,
,, suo nomine, et Dignitatis suae fecerunt, et constituerunt, et
,, ordinaverunt Magistrum Nicolaum Praepositum Bugel-
,, lensem, ibi praesentem, et mandatum suscipientem, eorum
,, certum nu........ procuratorem ad inducendum mandato
,, et auctoritate Dni Papae, et nomine ipsorum Dnorum
,, Epi, et Archidiaconi et Dignitatis Archidiaconatus, ad quam
,, dicta Ecclesia S. Salvatoris pleno iure spectabat, Fratrem
,, Danielem, Guardianum Fratrum Minorum de Vercellis, suo
,, et, ipsorum Fratrum, et conventus nomine, in corporalem
,, possessionem eiusdem Ecclesiae S. Salvatoris de Mercatello
,, Vercellensi, atque Domorum, cimiterii, et plateae posita-
,, rum iuxta ipsam, pertinentium ad eam, promittentes
,, dicti Dni Epus, et Archidiaconus, ipsorum, et Dignitatum
,, suarum nomine, mihi Notario infrascripto stipulanti, et
,, recipienti, nomine et vice omnium, quorum interest, vel
,, interesset, ratum, et firmum habere et tenere perpetuo,
,, quidquid dicti Procuratoris, et quilibet eorum fecerint, di-
,, xerint, et ordinaverint in praedictis, et circa praedicta, et
,, nullo tempore contra venire, per se, neque submis-
,, sam personam, sub hypotheca, et obligatione omnium
,, bonorum suorum, et Dignitatum suarum, quae proinde
,, mihi Notario praedicto, recipienti nomine quo supra,
,, pignori obligarunt. Et inde hanc Chartam, et plures fieri
,, praeceperunt, per me scribam Dni Notarium infrascriptum.
,, Actum Vercellis, in Palatio superiori Dni Epi, Episco-
,, pii Vercellensis, coram testibus vocatis, et rogatis Dno Ale-

xio

Aymo.

„Alexio Archipresbytero Vercellensi, Dño Juliano de Coremonda Iu-
„risperito, et Dño Jacobo Rubeno Capellano Dñi Epi testibus.
„Ego Servus Dei Vercellensis Notarius praedictis omnibus concessioni-
„bus, constitutionibus Procuratorum et aliis suprascriptis interfui,
„et inde hanc Chartam mihi ipsam tradidi; et scripsi, et
„me ~~[illegible]~~ subscripsi, et signum meum apposui consuetum."

„Anno Dñi Nativitatis MCCXCII. Indictione V. die
„Martis XI. mensis Martii, Venerabilis Vir Dnus Raynerius Advo-
„catus, Archidiaconus Vercellensis, dedit, porrexit, et presenta-
„vit presbytero Bertolino de [illegible] Rectori S. Eu-
„sebii de Pezzana, quasdam litteras ex parte Dñi Aymonis
„Dei Gratia Epi Vercellensis, et fornitas, sanas et integras
„non vitiatas, non cancellatas, non abolitas, non abrasas,
„nec aliqua sui parte corruptas, vel suspectas, sigillatas
„sigillo Cereo ipsius Dñi Epi, sano et integro, tenor qua-
„rum talis est. Aymo Dei gratia Epus Vercellens. et Comes,
„discreto viro Presbytero Bertolino, Rectori Ecclesiae de Pezzana,
„salutem in Dño. Cum nos de speciali mandato, et aucto-
„ritate summi Pontificis contulerimus, dederimus, et concesse-
„rimus Dno Raynerio Advocato Archidiacono Vercellensi, suo
„nomine, et nomine Dignitatis Archidiaconatus, et Ecclesiae S. Eu-
„sebii Vercellens. recipienti, Ecclesiam S. Aemiliani de Villanova,
„cum omnibus suis iuribus, et pertinentiis, sicut melius potu-
„imus pleno iure, ita quod ipse Dnus Archidiaconus, et suc-
„cessores ipsius, in dicta Ecclesia de Villanova illud ius integrum
„habeat, quod ipse et Praedecessores sui in Ecclesiam S. Salvatoris
„de Menotello Vercellensi, consueverant habere; tibi praesentium
„auctoritate committimus, et mandamus, quatenus ipsum Dnum
„Archidiaconum vel Procuratorem eius pro ipso, nomine
„nostro in eiusdem Ecclesiae S. Aemiliani de Villanova, cu-

niumque

Agno

"pertinentiarum, et iurium ejus, corporalium, et incorporalium,
"spiritualium, et temporalium, inducas possessionem corporalem,
"vel quasi, meo nomine, et Dignitatis Archidiaconatus, et omnium
"aliorum incisorum nomine. Dat. Vercellis die x. mensis Mar-
"tii MCCXCII. Indictione V. De quarum litterarum presenta-
"tione Instrumentum unum, vel plura, fieri praecepit Dnus
"Archidiaconus praedictus. Actum in Castro Pezanae, sub
"porticum domus ipsius Dni ~~Rotarii~~ Raynerii Archidiaconi
"Vercellensis, coram testibus Dno Boffrio de Albano Praepos-
"ito Vercellensi, et Dnis Ferrarino de Rovasenda Canonico
"S. Mariae, et Filippo de Beneto Canonico S. Eusebii Ecclesiarum
"Vercellensium = Postea vero eodem die et loco, et coram
"ijsdem testibus, suprascriptus Dnus Raynerius Advocatus, Ar-
"chidiaconus Vercellensis, suo nomine, et Nomine Dignitatis
"Archidiaconatus fecit, constituit, et ordinavit Bonifacium de
"Centoriis Clericum dictum de Pezana, suum certum nun-
"cium, et Procuratorem, ad intrandum, accipiendum, et adi-
"piscendum suo nomine, et Dignitatis suae, corporalem pos-
"sessionem vel quasi Ecclesiae S. Aemiliani de Villanova,
"omniumque iurium, et pertinentiarum suarum corporalium et
"incorporalium, spiritualium, et temporalium, tam circa
"institutionem, et destitutionem, correctionem, visitationem Sa-
"cerdotis, et Clerici ejusdem quam alterius modi, et ad omnia,
"et singula facienda, quae in praedictis, et circa praedicta neces-
"saria videbuntur, sicut idem Dnus Archidiaconus facere,
"et exercere posset, si praesens esset, promittens dictus Dnus
"Archidiaconus Mihi Notario infrascripto, stipulanti, et reci-
"pienti nomine, et vice omnium quorum interest vel intererit
"ratum et firmum habere, et tenere perpetuo, quidquid dic-
"tus Procurator fecerit in praedictis, et circa praedicta, sub

Aymo.

"sub hypotheca et obligatione omnium bonorum meorum. Ego
"Servus Dei Vercellensis Notarius, praedictis omnibus interfui, et hanc
"Chartam tradidi, et me subscripsi. ═ Anno Dñi Nati-
"vitatis MCCXCII. Indictione V. die Martis XI. Mensis Martii.
"Cum Dñus Praesbyter Bertolinus de Cerruto, Rector Ecclesiae
"de Pezana, recepisset hodie quasdam litteras ex parte Dñi
"Aymonis Dei Gratia Epi Vercellensis et Comitis sigillatas
"sigillo Cereo ipsius Dñi Epi, sano et integro, tenor quarum
"litterarum talis est. Aymo Dei gratia Epus Vercellensis et Comes,
"discreto Viro praesbytero Bertolino Rectori Ecclesiae de Pezana
"salutem in Domino. Cum nos de speciali mandato, et Au-
"ctoritate &c (reliqua ut supra) Ipse Dnus Praesbyter Bertolinus,
"volens obedire mandatis eiusdem Dñi Epi, et tenetur exe-
"quenter, accedens ad ipsam Ecclesiam S. Aemiliani de Villanova,
"auctoritate praedicta Dñi Papae necnon mandato, et aucto-
"ritate Dñi Epi praefati Vercellensis et Comitis, vice eius,
"et pro ipso, Dñum Dompnium de Cantoriis Clericum dictum
"de Pezana, Procuratorem Dñi Archidiaconi praedicti, ad hoc
"specialiter Constitutum, nomine, et vice ipsius Dñi Archi-
"diaconi, et Dignitatis Archidiaconatus, et ius eius
"recipientem, et ipsum Dnum Archidiaconum, suo nomine
"et praedicto, per praedictum Procuratorem suum, in dictam
"Ecclesiam S. Aemiliani de Villanova, nomine possessionis
"induxit usque ad Maius Altare ipsius, pannos eiusdem Alta-
"ris, funem Campanae pulsandae, et vectem ~~ostii~~ vectem ostii eiusdem
"Ecclesiae, in manibus eiusdem tradidit, posuit, et dedit,
"nomine possessionis Ecclesiae, omnium iurium, et pertinentia-
"rum eiusdem Ecclesiae, Spiritualium et Temporalium, cor-
"poralium, et incorporalium, vel quasi. Deinde accedens ad
"Domos eiusdem Ecclesiae, in domos ipsas induxit eundem,

Aymo

" in signum verae propriorum, vectem ostii, et ipsum ostium do-
" mus in manibus eiusdem Procuratoris, nomine quo supra recipien-
" tis, similiter posuit, tradidit, atque dedit. Et inde hanc Char-
" tam, et plures fieri praecepit, et rogavit Praesbyter Bertoli-
" nus praedictus per me Notarium infrascriptum. Actum
" in praedicta Ecclesia, domibus, et coemeterio eiusdem Eccle-
" siae S. Aemiliani de Villanova, coram testibus vocatis,
" et rogatis, Praesbytero Maffeo Rectore eiusdem Ecclesiae, Jacobino
" dicto Cagnolio, filio quondam Dni Anselmi Cagnolii,
" Bonosegnore de Blandrate, Fre Ruffino de Aurabona, et
" Fre Bernardo de Casali, ex ordine Minorum, et Jacobo
" de Zarato, et Petro de Jocio, et aliis multis. Ego Servusdei
" Vercellensis Notarius praedictis omnibus interfui et hanc Chartam
" mihi papam tradidi, scripsi et me subscripsi, et signum me-
" um consuetum apposui rogatus."

23. Plenam iurisditionem diversis viceribus in hac Ecclesia, Archidiaco-
nus Vercellensis. Qua de re plura afferri possunt documenta.
Ad unum, vel alterum contentti simus.

Resignatio
Ecclesiae Sancti Aemiliani
De Villanova
In manibus Dñi Archidiaconi.

" In nomine Dñi Nostri Jesu Christi. Amen. Anno
" a Nativitate eiusdem currente MCCCCXIX. Indictione XII, die
" XVIII. mensis Julii, hora XXII. Actum in Claustro Ecclesiae
" S. Eusebii, in domo infrascripti Dñi Archidiaconi, praesentibus
" testibus Venerabili viro Dño Lodovico de Bulgaro Canonico
" Ecclesiae praedictae, nec non Nobili viro Antoniacio de Gui-
" delardis de Villanova Dioecesis Vercellensis, filio quondam
" Dñi alserario et Ambrosio filio quondam Magistri Vitalis,

Agno.

„Vitalis, nobis, ad infrascripta vocatis, et specialiter rogatis. Ibique
„Venerabilis vir Dnus Praesbyter Guidettinus de Rodobio Rector, et
„Administer Ecclesiae S. Æmiliani de Villanova Diocesis Vercel-
„lensis, attendens quod certis iustis de causis animum suum mo-
„ventibus, dictam suam Ecclesiam desiderat resignare in mani-
„bus, et cum auctoritate Venerabilis viri Dñi Domenici de Bal-
„-zoro Archidiaconi Ecclesiae Vercellensis, per quem ipsa Ecclesia
„eidem collata fuerat, et ad quem pertinet collatio, institu-
„tio, et provisio Rectoris dictae Ecclesiae, constitutus praeno-
„minatus Dnus Presbyter Guidettinus ante praesentiam praefati
„Dni Archidiaconi, sponte, et certa scientia, deliberate, et
„appensate, pure, mere, et libere, ac omni dolo, et frau-
„de, simoniacae pravitatis sublatis, renuntiavit dictam Ecclesiam
„S. Aemiliani de Villanova, ~~in omnibus omnibus~~ cum omnibus iuribus
„suis, et actionibus, quovis modo, eidem dicto Presbytero
„Guidettino spectantibus in eadem, in manibus, et cum au-
„ctoritate praefati Domini Archidiaconi, resignavit, et re-
„nuntiavit, praestito prius per ipsum Dnum Praesbyterum
„Guidettinum iuramento, et in manibus ipsius Domini Ar-
„chidiaconi, quod in dicta resignatione, et renunciatione, dolus,
„fraus, Simonia, neque pravitas nullatenus intervenerit, in-
„-super praecipiens, et rogans de praedictis tradi, et fieri
„publicum Instrumentum per me Notarium infrascriptum,
„prout melius fieri poterit, et dictari ad laudem sapientis,
„si fuerit opportunum. Ego Dominicus de Calvis Vercellensis,
„publicus Imperiali ~~auct~~ auctoritate Notarius, ac in Notarius
„Episcopalis Curiae Vercellensis, et in hac parte praefati
„Domini Archidiaconi, praedictis interfui, et inde hoc
„Instrumentum resignationis rogatus tradidi, scripsi, et me
„subscripsi cum appositione soliti signi mei."

Agno

Collatio

Ecclesiae Sancti Emiliani

De Villanova

Per Dnum Archidiaconum Vercellensem.

„ Joannes de Bulgaro Archidiaconus Ecclesiae Vercellensis, Dilecto
„ Nobis in Christo Dno Presbitero Ludovico de Bertolo de Ulio, dic-
„ to de Gratia de Novaria, Salutem et sinceram in Domino
„ Charitatem. Tuis virtute honestate, moribus, et prudentia infor-
„ mati, ac plenam fiduciam obtinentes, cum nunc vacante bene-
„ ficio Ecclesiae Curatae S. Emiliani de Villanova Diocesis
„ Vercellensis, ac Rectore, et Ministro carente propter liberam resigna-
„ tionem, in nostris manibus factam per Presbyterum Guidetti-
„ num de Rodobio, ultimum, et immediatum rectorem dictae Ec-
„ clesiae, prout de ipsa resignatione constat publico Instrumento
„ tradito et rogato hodie per Dominicum de Colvis, publicum
„ Episcopalis Curiae Vercellensis Notarium, ac scribam nostrum,
„ Volentes dictae Ecclesiae de alio Rectore et Ministro providere,
„ ne ipsa Ecclesia propter defectum Rectoris, damnum vel
„ jacturam in spiritualibus, vel temporalibus patiatur, et quia
„ aliquando periculum est in mora, Tibi dictam Ecclesiam
„ S. Emiliani de Villanova libere conferimus, et te in Rectorem,
„ et Ministrum instituimus in eadem, quoniam institutio, et col-
„ latio ipsius Ecclesiae, cum vacat, ad nos nomine nostri Archi-
„ diaconatus, pertinet, ac impositis nostris, investientes te per
„ librum quem in manibus nostris tenebamus, de dicta Ecclesia
„ S. Emiliani, ac de omnibus et singulis iuribus spiritualibus
„ spectantibus, et pertinentibus ad eandem, curamque animarum
„ dictae terrae, tibi specialiter committentes; et a te, debito fi-
„ delitatis, et obedientiae iuramento accepto; et quod de bonis
„ spiritualibus et temporalibus dictae Ecclesiae, conficies inven-

tarium

Agno.

" inventarium, committentes, et tenore hujus publici Instrumenti
" Dño Presbytero Iovanni de Zincosis, Rectori Ecclesiae villae Mottae
" Comitum dictae Diocesis, quatenus vigore dictae nostrae
" commissionis, et sub excommunicationis poena, ad omnem
" requisitionem tuam, te, sive tuum Procuratorem tuo
" nomine, ad hoc legitime constitutum ponat, et inducat in
" corporalem possessionem, vel quasi dictae Ecclesiae S. Aemi-
" liani de Villanova, ac omnium, et singulorum iurium
" spiritualium, et temporalium, quomodolibet spectantium,
" et pertinentium ad Ecclesiam ipsam, et inductum te ma-
" nuteneat pariter et defendat, excommunicans auctoritate no-
" stra quoscumque turbatores praemissorum, si qui fuerit,
" salvo tamen quolibet alio iure nostro, et nostre Archidiacon-
" atus, successorumque nostrorum in Ecclesia Vercellensi, nobis
" pertinente in praesenti, et in futuro, ac in futuris vaca-
" tionibus; praecipientes de praedictis tradi, et fieri publicum
" instrumentum, per me iam dictum, et infrascriptum No-
" tarium. Actum in Claustro S. Eusebii Vercellensi in Domo
" habitationis praefati Dñi Archidiaconi, praesentibus tes-
" tibus Venerabili Viro Dño Ludovico de Bulgaro Cano-
" nico Ecclesiae Vercellensis, filio quondam Dñi Bonifatii,
" et Nobili viro Dño Antoniollo de la Porta de Villanova,
" filio quondam Dñi   et Ambrosio Calderario filio
" quondam Magistri Vitalis, anno Dñi currente MCCCXIX.
" Indictione XII. die XVIII. mensis Iulii hora XXII. Ego Vi-
" ncinius de Colvis Vercellensis publicus Imperiali auctoritate
" Notarius, et Notarius et Scriba Episcopalis Curiae Vercel-
" lensis, ac praefati Dñi Archidiaconi Ecclesiae Vercellensis, prae-
" dictis interfui, et inde hoc Instrumentum rogatus tradidi,
" scripsi, et me subscripsi, cum appositione soliti signi mei

Anno

24. Hoc iure libere conferendi Parochiam S. Aemiliani de Villanova, pacifice potitus est Archidiaconus Vercellensis, usque ad annum 1474. quo Sixtus IV. Casalensem Ecclesiam, in Cathedralem erexerit, ac eidem attribuit plusquam octoginta pagis, qui Vercellensis Dioecesis erant. Tunc enim ob potentiam Marchionum Montisferrati; quorum dominio suberat Villanova, Episcopi Casalensis, vi Archidiaconum suis iuribus spoliaverunt, atque collationem eiusdem paraeciae sibi arrogarunt, nequidquam reclamantibus Archidiaconis. Et sic Archidiaconus unam atque alteram Ecclesiam, nempe S. Salvatoris de Mercatello, quam Fratres Minores Conventuales, iuxta concessionem dispositam a Raynerio Archidiacono, adhuc incolunt, et illam S. Aemiliani de Villanova, quam in Concambium Archidiaconus habuit auctoritate Nicolai IV. quoque nunc spoliatam per novam iniuriam, dolemus. Iniuriam tamen avertendam speramus opera, et diligentia Ill.mi Canonici et Archidiaconi Josephi ex Comitibus Languschi, Strojapiarum, qui iam plura molitur, ut Archidiaconatum suis restituat iuribus. Sed revertamur unde digressi sumus.

25. Veximus usque ad obitum Othonis Archiepiscopi, omnia in Lombardia, pacatiora fere, Vercellis praecipue ubi mira tranquillitate, cuncta ad Viacomitum nutum agebantur. Anno 1295. 8. Augusti iuxta Corinum, Otho Vicecomes, omnium fere in Lombardia, turbarum auctor, qui inter diversas volantis fortunae vicissitudines, Principatum suae familiae Mediolani stabilierat, e vivis excessit, octuagenario maior. Successit in Principatu Mattheus eius nepos. Exinde novis turbis Lombardia agitari coepit. Adoleverat iam Joannes Montisferrati Marchio Guillielmi filius, quem Mattheus, post patris captivitatem, fere omni paterna ditione spoliaverat.

prolio averat. Anno 1296. Margaritam Amedei Sabaudiae Comitis filiam, in matrimonium duxit. Icum inito foedere cum Manfredo Salutiarum Marchione, Astensem Civitatem, quae tota erat in partibus Matthei, vi captam, ejectis inde Solariis, Marchionibus de Castello, aliisque ipsorum asseclis, depredatus est. Haec habemus ex Chron. Asten- si cap. 16. apud Murator. rer. Ital. to. XI. Deinde potentior fac- tus, Simonem Advocatum de Colobiano Vercellensem, Philipponum Longuscum Comitem Langusci, aliosque, quibus nimia Matthei po- tentiam invisam noverat, auxiliantibus Papiensibus collectam cepit. Anno itaque 1299. Novarienses primo, deinde Vercellenses, ejecto Galeatio Matthei primogenito, et postremo etiam Casalenses a Mat- theo desciverunt. Mattheus, ut ingruentem tempestatem averteret, amicis officiis hujusmodi populos sibi conciliare institit; nam statim publico edicto per praeconem denuntiare cepit, fas esse Vercellen- sibus et Novariensibus, et Papiensibus, libere et omni deposito metu, Mediolanum accedere, ibique morari. Nihilominus die ultima Aprilis, vel prima Maii, ejusdem anni, magnus contra Mattheum Conventus Papiae habitus est, cui interfuere Manfredus de Beccaria, Legati Joannis Marchionis Montisferrati, Marchio Salutiarum, oratores Vercellarum, Bergomi, Cremonae, Dertonae, Novariae, et Casalis, necnon Azo Estensis Marchio Dominus Ferrariae. Ubi omnes communibus con- cordibusque suffragiis, inito foedere, bellum Mattheo decreverunt. Mattheus sibi non defuit, sed multo collecto milite, adversus foe- deratos processit, qui statim a concilio, non solum bellum indi- xerunt, sed hostiliter jam gerebant, jam in suburbanis Mediolani metum vastitatis et caedis ubique ferentes. Omnibus Mattheus par esse non poterat. Itaque ad callida consilia conversus, Venetorum Legatos, qui per id tempus Mediolani aderant, immisit ut de pa- ce agerent; et quidem omnino feliciter. Nam mense Augusti, pax firmata est, et sic utrinque est ab armis discessum. Haec fere narrat Corius ad hunc annum; addens quod Mattheus,

Aymo.

Capitolo

Aymo ad hunc annum; addens quod Matthaeus post haec cum Galeatio filio, primò Novariam, deinde Vercellas cepit, hisque Potestatem dedit Florinum de Castelletto, Novariensibus vero Tricosium Cavatium Doctorem. Extant in Archivio Civitatis, sequentes Chartae, de hac pace agentes. Prima est diei 27. Julii, quae habet mandatum Communis Mediolani, ad agendum de pace cum Papiensibus, interventu Legatorum Illustris Petri Grandoni (fortassis Gradenighi) Ducis Venetiarum. Altera diei 8. Augusti continet consensum a Communi Vercellarum praestitam paci initae Mediolanenses inter et Papienses. Alia demum eiusdem diei, qua promulgatur pax inita Mediolanenses inter, eorumque fautores, et Commune Vercellarum, eiusque amicos, et assectas.

Castelletto

Venetiarum

26. Interea Aymo Episcopus, pervigili custodiae ovium sibi creditarum, ingiter intentus, aliam Synodum habuit anno 1298. in qua plura decrevit disciplinam Ecclesiasticam, et conversationem sanctimonialium spectantia.

Synodus Aymonis Episcopi Vercellensis anno 1298.

" In nomine Domini. Amen. Anno ab incarnatione eiusdem
" MCCXCVIII. Indictione XI. die Martis XV. Mensis Maii, in Civitate
" Vercellarum in Palatio Episcopali, convocata Synodo per Venera-
" bilem Patrem Dominum Aymonem Dei Gratia Episcopum Vercellensem,
" et Comitem, praesentibus Venerabilibus, et discretis viris, Dno Ab-
" bate S. Andreae Vercellensis, Dno Lafranco Abbate S. Nazarii de Blandrate, Dno
" Rogerio de Advocatis Archidiacono, Dno Ruffino de Quinto Prae-
" posito, Dno Nicolao Archipresbytero, et Capitulo Vercellensi, Prio-
" ribus, Praepositis, Plebanis, et aliis Ecclesiarum Rectoribus, et Ministris,
" et Clericis in multitudine, in Synodo convocatis. Lectis constitu-
" tionibus Dni Guidonis Apostolicae sedis Legati, Dni Othonis quon-
dam

Aymo

„ quondam Mediolanensis Archiepi, Dni Martini quondam Ver-
„ cellensis Epi, et ipsius Dni Aymonis Epi, quas in prae-
„ cedentibus Synodis compilavit, et quas omnes praecipit
„ sub poenis appositis, ab omnibus observari; addidit eis
„ praecedentibus Constitutionibus, in aliis Synodis promulgatis,
„ infrascriptas Constitutiones, et ordinationes, et statuta in
„ hunc modum, quas in hac synodo, publicari fecit, et
„ legi et solemniter promulgari = Quoniam quod prae-
„ cipitur, imperatur, et quod imperatur, si non fiat, poe-
„ nam meretur: et nonnulli, cum mandatore aliquos excom-
„ municatos, publice nunciari propter eorum manifestos
„ excessus, fore dictam denuntiationem contemnant, et pecca-
„ tum sit abscondo, nolle, quod a superioribus mandatur, ob-
„ servare, tales contemptores, sententiam incurrere volumus
„ Interdicti, dummodo non ex oblivione, sed ex scientia id
„ contingat =. Item statuimus quod Clerici Beneficia
„ Ecclesiastica obtinentes, si coronam, et tonsuram rotundam,
„ et coronam non portaverint, prout continetur in Conci-
„ lio generali, Ecclesiastico Beneficio gaudere non debeant,
„ et Rectores Ecclesiarum, eis, de Beneficiis respondere minime
„ teneantur. = Item si aliquibus personis, et quaecumque sint
„ illae sive Saeculares, sive Regulares, licentiam sive auctori-
„ tatem concessimus de male ablatis, incertis, sive eorum reci-
„ piendis, illam licentiam, sive auctoritatem penitus revocamus.
„ = Item statuimus, et praecipimus quod omnes tenentes
„ Ecclesias, quae fuerint Parochiales, qui non sunt in ordine
„ sacerdotii constituti; infra unum annum faciant se ad
„ ordinem Sacerdotii promoveri, sin autem ipsis Ecclesiis
„ sint privati = Item cum nonnulli habentes
„ Ecclesias Competentes, in quibus non morantur, redditus

Ayms.

"redditus tamen, et fructus possessionum ad ipsas Ecclesias spec-
"tantium percipiunt, talliis eis impositis contemnunt, et no-
"lunt solvere, Plebanis, in quorum Plebanatibus sunt Ecclesiae
"praedictae constitutae, praecipimus sub poena Interdicti,
"quatenus illos Clericos publice excommunicatos nunciare de-
"beant, et nihilominus monere tenementarios dictarum
"possessionum, ne dictis Clericis dum in excommunicatione
"persisterint, de fructibus earum debeant respondere; quod
"si contra fecerint, Excommunicationem incurrant. — Item
"cum iuxta Constitutiones Canonicas, mulieres Religiosae
"cum viris Saecularibus, imo et etiam Religiosis debeant conversari,
"~~debeant~~, quia instigante Diabolo timendum est, ne vitium
"coitus incurrant, statuimus ne Abbatissae, Priorissae, Moniales,
"et Religiosae, nostrae iurisdictionis, et Diocesis, debeant ali-
"quos viros recipere, qui sub eodem tecto iacere, et dormire
"debeant, nec in eadem domo comedere cum eisdem,
"nec in secreto, vel sugillatim loqui, vel fabulari cum eis-
"quibus, personis dumtaxat exceptis, in quibus naturale
"foedus, aliquid non permittit suspicari; quod
"si contra fecerint, vinculo excommunicationis sint astrictae.
"— Item statuimus et praecipimus, Abbatibus et Prio-
"ribus, Praepositis, et Plebanis, quatenus Constitutiones Dni
"Legati, Dni Othonis quondam Mediolanensis Archiepiscopi, et
"Constitutiones bonae memoriae quondam Epi Martini
"praedecessoris nostri, et istas novissimas Constitutiones no-
"stras, et alias in praecedentibus aliis nostris Synodis per
"nos editas: et Curati Ecclesiarum et Parochialis Presbyteri,
"et eorum Capellani, Libellum Synodalem de septem
"Ecclesiasticis Sacramentis, infra tres menses proximos, illi
"qui non habent de praecipuis, habeant, et habere procu-

rent,

„ proveriat, et eas recipiant, per manus Notarii Jacobi Rubini Agma
„ de Cholonda, et Gullielmi de Donna; vel per subrogatos ab eis,
„ alioquin transgressores, et inobedientes, cum sine exemplis praedictarum constitutionum, et libelli synodalis, non possint scire
„ debita illa quae continentur in ipsis, graviter puniemus =
„ In praemissis etiam omnibus, et singulis, Nobis, successoribus
„ nostris, auctoritatem et potestatem liberam retinemus addendi, diminuendi, mutandi, corrigendi, interpretandi, declarandi, cassandi, et totaliter annullandi, ad nostram liberam
„ voluntatem, salvis semper honore, et jure sedis Apostolicae
„ et Legatorum ipsius, Et Ecclesiae Mediolanensis, Metropolitanae nostrae in omnibus antedictis = Ego Bonifacius Albinus de Cholant Notarius Curiae praefati Dni Epi, publicator
„ praedictarum Constitutionum, interfuisse et ipsis cum eum
„ subrogatus a Jacobo Rubino eius Notario, has Constitutiones ~~exemplavi~~
„ exemplavi, et scripsi, et mentem signum apposui, in testimonium veritatis „

27. Anno 1300. Magnificentissimo apparatu celebratae sunt nuptiae Galeatii filii Matthei, cum Beatrice Estensi, sororem Actii VIII. Marchionis Estensis, Domini Ferrariae, Mutinae, et Regii. Nuptiali pompae, tam in Marchionis aula, quam Mediolani, ~~Mediolani~~ adfuerunt, teste Corio, Legati Sociarum Civitatum Vercellarum, Novariae, et Comi. Notat Modena in Mss. dictis se documentum legisse, hoc anno Casalenses, et Communem Pacilioni, aegre ferentes, Vercellenses derelicto Domino Montisferrati Marchione, in Matthei partes iterum concessisse, Marchionem adoosque, eumque posita mercede librarum Cco. in singulos menses, ducem suum creasse adversus Vercellenses.

28. Anno 1301. Magna in Lombardia facta est rerum mutatio. Vicecomites, qui summum principatum pene

Agnus. in universa Lombardia, ejus propulsis se ultro dedentibus, ob-
tinebant, quique dominatum, Turrianis eversis, et Guelphorum
partibus pene deletis perpetrasse videbantur, repente facta pro-
cerum conjuratione, a sociis derelicti, et ab hostibus impe-
titi, quibus, Patria, et Dominatu spoliati sunt. Catastro-
phem Vercellenses exorsi sunt. Rem narrant Corius, Galva-
neus Flamma, Annales Mediolanenses, Ferretus Vicentinus,
+ Parmens. Chron. Parmense apud Murator. annal. to. 8. fol. 6. et 7. Me-
rula et auctor socius Guillielmus Ventura, Chron. Ast., cap. 18,
apud Murator. scr. Ital. to. XI. historia talis est. Simon Ad-
vocatus de Colobiano, reliquique ejusdem gentis cum aspectis,
impotentiam, qua Vicecomites et Tizzones Vercellenses pro arbi-
trio Rempublicam administrabant, exosi, foedere inito cum
Joanne Marchione Montisferrati, Tizzones, facto impetu, cae-
terosque, qui a Vicecomitibus stabant, urbe exterminarunt. More
& intolerandum Novarienses impulere, ut exactis Torniellis, intolerabilem et odium jugum
excuterent, et se in libertatem assererent. Hoc Matthaei depressionis
initium fuit.

29. Anno 1302. foedus, quod contra Mattheum perpegerant Vercellenses,
Novarienses, Philipponus de Langusco Dominus Papiae, et Mar-
chio Montisferrati, ingentes habuit accessiones. Albertus Scotus
Placentiae Dominus in idem traxit etiam Antonium Fi-
et Fissiragam ssiragam Laudae Dominum, Alexandrinos, Bergomenses, exules, Crema-
scos, Cremonenses, aliosque Lombardiae Populos. Turriani quo-
que longo postliminio reducti, se foederatis adjunxere. Sed et
complures ex nobilibus Mediolanensium, quin et ipse Petrus
Vicecomes Matthaei patruus, aliique ejus affines, et consanguinei
conspirationi participarunt. Itaque mense Junio Albertus
Scotus, ex sociis urbibus formidabili collecto exercitu, in agro
Laudensi, Mediolano imminens, castra locat. Obviam pro-

cessit

obsidione prospexit Matheus, sed paucis, nec valentibus instructus Aymo
copiis. Coorta interea Mediolani, populari seditione, Galeotius
Mathei filius, qui Urbi praesidio, a Patre relictus fuerat, inde
detruditur. Desperatis rebus Matheus tempori cedendum ratus,
se Alberti fidei desperato consilio permisit, in cuiusque manibus
Mediolani dominatum, resignavit. Extemplo Turriani, Me=
=diolanensi dominationi restituti sunt, et habito Mediolani
Generali consilio, exilii paena in Mathaeum, et Agnelos pu=
blico edicto pronuntiata est. Dum haec aguntur, Aymo Epus,
libertatis Ecclesiasticae perpetuus defensor acerrimus, Vercellis diem
extremum obiit anno 1303, cum sedisset annis 31.

30. Aymonem Vercellis introduxisse Fratres Carmelitas, tradit Ughellius.
Quo praecise tempore id acciderit, nescitur. Certum est introductos
esse ante annum 1287. Nam in tabulario Carmelitarum huius
Civitatis extant duo instrumenta, unum de anno 1287, alte=
rum de anno 1288. quis continetur venditio quarumdam domorum
~~[illegible]~~, quae ibi dicuntur contiguae Ecclesiae Fratrum Car=
melitarum. In eodem Tabulario habetur pariter autographum
Aymonis diploma, quo Carmelitis hic Epus indulgentias non=
nullas concedit, quod libenter hic damus.

" Anno Dñi Incarnationis MCCXCI. Indictione IV. die
" VIII mensis Junii, in Camera Episcopali coram testibus Dño Di Scano
" Willielmo de Castello, et Magistro Iacobo de Testono Physico, ve=
" nientes ad Praesentiam Venerabilis in Christo Patris Dñi Aymonis
" Epi Vercellensis et Comitis, dilecti et providi fratres de ordine
" Carmelitarum de eorum Conventu Vercellensi, ab ipso humili=
" ter supplicaverunt, quatenus praedictis indulgentias ipsis et eorum
" ordini concessas, dignaretur misericorditer confirmare, et novas
" indulgentias eis concedere, et benefactoribus eorum; qui Dñus
" Epus circa dictos fratres, et eorum ordinem, pia gestans

Aymo. " viscera propter eorum paupertatem et humilitatem, qui in pau-
" pertate, et poenitentia elegerunt vitam eorum piissime con-
" sumere, Indulgentias praedictas a quibuscumque praelatis eis con-
" cessas, quas habent et in privilegiis antedictis exemplatas, et
" etiam ipsas sub sigillo Dñi Guidonis Papiensis Epi', ordinis
" registratas, prout eis, et eorum ordini sunt concessae, et prout
" de iure potuit, et quatenus potuit, confirmavit, ratificavit, et
" approbavit in sua Dioecesi valituras; et eisdem Fratribus, et
" eorum ordini compatiendo, omnibus vere poenitentibus, et con-
" fessis, qui ipsis Fratribus manus suas porrexerint adiutrices,
" eis suas Eleemosynas elargiendo, et qui ad eorum Ecclesiam, seu
" oratorium, causa devotionis accesserint, in festis, seu festivi-
" tatibus infrascriptis, videlicet in Natali Dñi, et quatuor sequen-
" tibus diebus, Circumcisionis, Apparitionis, Paschae, Ascensionis, Pen-
" tecostes; et in quatuor festivitatibus B. M. Virginis; et in festo om-
" nium Sanctorum, de Omnipotentis Dei Misericordia, et Beatae
" Mariae Virginis, Beatique Eusebii Patroni Nostri, et omnium
" Sanctorum meritis confidendo, quadraginta dies de iniuncta sibi
" poenitentia, in Dño Misericorditer relaxavit. In quorum
" omnium praemissorum testimonium, una cum sigillo Mei
" Notarii, sigillum suum duxit apponendum.."

31. Aymone sedente floruit Joannes de Monte Vercellensis, Magis-
ter Generalis Ordinis Praedicatorum, vir doctrina, et sanctitate
eximius, cuius impno a S. Thoma Aquinate defensae sunt plurimarum
antea propositiones, ob Innoc. IV. ante Pontificatum traditae in
suis operibus, quae immerito ab aliquibus carpebantur. Obiit circa
annum 1280., cum Patriarchatum Hyerosolymitanum, a Nicolao
III. sibi oblatum, invicta constantia respuisset. Post Nicolaum
III. electum fuisse in Summum Pontificem (ait Natalis Alexan-
der hist. Eccl.) ut quidam Ordinis Praedicatorum dixerunt, fabula est,

fabula est, Ptolemaei Lucensis, et S. Antonini silentio, aliorumque gravissimorum Auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt, Ecclesiasticam historiam edidere, auctoritate, convicta. In eamdem fabulam, veluti gloriae Patriae famulantes, ecce consenserant plerique ex nostris. Sed certe praeclarissima haec Civitas, tot aliis nobilissimis titulis illustrata, hoc falso honore non indiget. Unde apud cordatos, male non audiam, si Joannam ex Canone Summorum Pontificum amovero, qui olim Lambertum Ghibellinum, postea Urbanum tertium, e Canone Vercellensium Episcoporum expunxerim. Qua in re illud iure usurpare potero, quod doctissimus Mabillonius in praefatione ad saeculum III. Benedictinum, scripsit loquens de iis, qui querebantur, cum ipse Canonem Sanctorum Ordinis Benedictini, quod ab eo abstulisset ementitos quosdam Sanctos Monachos. "Nam hoc quid "attinet, inquam, ementitos et fictitios Urbi Vercellensi affingere "honores, cum suo satis superque splendore illustretur? Nae illi "ignavam, et otiosam Urbi suae expendunt operam, qui eius "decora immodicis efferunt elogiis: nec tantum prosunt in eius "invisionem prosunt iniusti contemptores, aut vituperatores, quan- "tum laudatores nimii, et praecipites, qui dum laudibus immode- "rate student, et vera falsis immiscent, etiam veritatem in "discrimen adducunt; contingitque illis, ut ne vera dicentibus "credatur."

Aymo.

Raynerius III.

Anno 1303.

Raynerius III.

1. Defuncto Aymone Episcopo, concordi Capituli Vercellensis voluntate sublatus est Raynerius de Advocatis Patriae, postquam, teste Auctore Historiae Dolcini Heresiarchae, ipsa professione, per quinquaginta annos, omnibus Vercellensis Ecclesiae Dignitatibus, Canonicis,

Raynerius [illegible]

tamillis induebant ipsi etiam, Christum, et Apostolos imitari se [illegible]
professus est. Atque ut Christum aemulari videretur, circum[illegible]
voluit, fasciculum involutus, in cunabulis iacere, mulierum[illegible]
cujuslibet ubera sugere. Vela inde Communiones in sociis [illegible]
tronit, quam nomine libertas, et confundae libidinis licentia, [illegible]
sibi inrogaverunt. Apostolorum nomen sibi arrogabant, [illegible]
dicendo iugabantur, omnia communia esse debere docebant,
etiam uxores. Deum Patrem semper mundum in severitate
et iustitia, ab ipsa creatione usque ad Incarnationem Filii
Dum a Filio gubernari coepisse in gratia, et sapientia, [illegible]
jam vero a Spiritu Sancto, in amore et Charitate regi. Vigente
itaque Regno Charitatis, illicitum esse denegare quidquid [illegible]
Charitate postularetur. Accedere neminem virorum [illegible]
mulierumque commixtionem, cum ex Charitate fieret, pec[illegible]
catum non esse, sed actum Charitatis. Faedum illud [illegible]
[illegible] hominum [illegible] afflavit [illegible] Novariensis, [illegible]
gravissimi criminibus. Addebat auctoritatem omnem a Christo Do[illegible]
mino traditam Ecclesiae Romanae, omnino evanuisse [illegible]
[illegible] Pontificem, et Cardinales, caeterosque Praelatos,
et in sectam eam translatam fuisse, quae vere spiritual[illegible]
congregatio a Deo electa, et in novissimis diebus [illegible]
[illegible] nomen, [illegible] neque [illegible] maritorum [illegible]
[illegible] matrimonii [illegible] et ad sectam [illegible]
Omnes Ecclesiae Romanae praelatos, tam maiores quam
minores a tempore S. Silvestri, seductores fuisse, excepto [illegible]
tro de Murrone, seu a modo vivendi religiosam [illegible]
tum dilinquerint. Omnes ordines hierarchicos, et [illegible]
tos esse in fidei Catholicae detrimentum. Laico, ad solvend[illegible]
alicui Romanae Ecclesiae Sacerdoti [illegible] non [illegible]
perfectionem et sanctitatem sit [illegible]. [illegible] esse [illegible]

Rayvaimf. III.

sive voto, quam voti Religione obstrictam Parendo esse in stabula ac in Ecclesia Deo consecrata, orare licitum esse fidem ore negare, ad inquisitorum Potestatem evadendam, modo corde teneatur. Haec de Dulciniana haeresi, Natalis Alexander. Illa-sum porrò alimi videri poterit, quod Auctor anonymus de quo supra, in historia fratris Dulcini non proferenda solutis aliis omnibus huius heresiarchae edictis, illud alto premat silentio, quod alii auctores cocvi, eidem veluti primarium attribuunt, quo nempe iis omnibus erat, in omne luxuriae genus. At Auctor fortassis, illud prae oculis habuit, ut ea tantum proferret, quae veluti arcana heresis, omnibus nota esse non poterant, reticitis intereaiis, quae utpote vulgatissima, omnium conscientiam pervaserant; quae propterea hystoriae, supervacaneum inserere indicaverit. Iam vero Dolcini historiam, prout apud Muratorium iacet, proferimus, cum eiusdem Muratorii praefatione, et notis quibus addemus et nostras.

In Historiam
De Rebus Gestis
Dulcini Heresiarchae
Praefatio
Ludovici Antonii Muratorii.

Debeo opusculum istud Cl. Viro Josepho Antonio Saxio, Ambrosianae Bibliothecae Praefecto, qui tot alia ad hanc ipsam Collectionem instruendam, mihi pro sua humanitate ministravit, non minus hoc etiam titulo, quam suis etiam libris editis, optime de Republica meritus. Invenerat ~~etiam~~ olim in eadem bibliotheca Lazzarus Augustinus Cotta, Novariensis Iurisconsultus, et amicus meus singularis, quaecumque ad historiam Patriae suae spectantia, longo studio sibi congesserat, inter quae opusculum, quod nunc Cl. Saxii beneficio,

Raynaldus [illegible] offero.

in publicum offero. Ejus autor anonymus est, synchronum tamen facile agnoscamus, si narrationem rerum accuratam, ac minutam consideremus, qualem efficere non solet, nisi qui loco et tempore a rebus gestis minime distat, aut parum distat. Aliqua tamen a recentiori scriptore, nempe a Joanne Bonellio Notario Triveriensi, in calce addita fuere, ut illic legitur. Imo quis etiam omnia hanc olim exscripserit, ibi adnotatum est his verbis: Explicit Liber Gestis Dulcini Heresiarchae Gazzarorum Hereticorum Conductoris, existentis in monte Zebello loci Triverii, Scriptus per me Philibertum Coppam Bugellensem, de anno 1521. in mense Septembris, ad Gloriam Dei.

Fuit autem Dulcini Heresis, eiusque Sectatorum constantia atque constantia, et omnium tandem expugnatio, et caedes, eius momenti, ut iure et ipsa locum ubi in Italica historia deposcant. Et ouidem mentionem de eo fecere illorum temporum Scriptores, Bernardus Guidonis, cujus narrationem habes to. 3. Stol. rer. pag. 674. Joannes Villanus, Alvarus Pelagius, Nicolaus Eymericus, Bernardus Lucemburgensis, aliique non pauci, non autem Martinus Polonus, uti Odoricus Rajnaldus, parum caute affirmat in Annal. Eccl. ad annum 1308. n. 9. Longe enim antea vivere, nedum scribere historias desierat Martinus. Quae nos continuator, rectius hic erat memorandus. Gazzarorum autem secta, a scriptore nostro appellatur, quae Dulcinum tutorem habuit, ac propagatorem. Neque enim parentem illius, sive heresiarcham, si accurate loqui volumus, appellare licet, quando heresim eandem impiissimam disseminaverat Gerardus Segarellus de Parma, qui [...] tiam fuerat Autor Sectae ejusdem ante Dulcinum, ut ex ipso Opusculo intelligere possumus, monuitque etiam Nicolaus Eymericus, illius saeculi Autor ut Directo. Inquis. par. 2.

par. 2. qu. 12. Videre non novam quamquam heresim, a Dolcino fuisse promotam, cum nihil aliud perversae illius opiniones forent, quam aut antiquissima Gnosticorum, et Manichaeorum deliria, aut Fraticellorum sententia. Mattheus iam asserit celeberrimus Bossuetus in hist. var. heres., pestem hanc nunquam extinctam et per saecula multa vagatam in Europa, modo infesisse Italiam, modo Gallias, modo Britanniam, ac caeteras Christianorum Provincias. Eiusmodi Heretici, olim Catharos sese appellabant, cumque, uti prius saeculo 13. id eam sibi nomen in Italia vendicavere, quod nempe easdem fere sententias adoptarent, usque doctrinis, corporibus, et omnibus hominibus quamdam puritatem tribuerent. Adhuc legitur (et legi ego ipsemet.) in Mercatorum foro Mediolani, Lapis, Oldrado Praetori dictus positus circiter annum 1233, in quo is laudatur, non solum ob Palatium Publicum illic constructum, sed etiam quod Catharos, ut debuit, uxit, pro ussit. Cathari ergo isti, progrediente tempore, ludibrii causa, ut puto, Gazzarii, seu Gazzari vulgo nuncupati sunt, corrupto, sedita opera indigno eorum nomine.

Quod vivere, Dolcini, eiusque sectatorum effusa licentia in abominanda quoque libidinem, a scriptore huius opusculi, minime inter eius errores, et crimina, recensetur. Et tamen hominum genus, et scelera, plus aequo interdum fama onerare consuevit. Attamen cum Dolcinus, eiusque Schola, principiis quibusdam uteretur, quae Gnosticis olim, et Manichaeis fuere communia, et e quibus fluebat improbus, adomnia luxuriae inquinamenta, nemo neget, quin fides facile habenda sit supra laudato Eymerico, de iis scribenti: omnia communia esse docebant etiam uxores. Sanctus quoque Antoninus par. 3. tit. 22. cap. 1. Bernardus Lucemburgensis, Blondus

Raynaldus ibi.

Blondus, aliique idem confirmant. Nunquam enim ad hoc Catholicae Doctrinae novatores et corruptores, tam studiose virorum ac mulierum turba confluit, quam cum sub principiis totis, libidini, aliisque vitiis porta reluditur. Anno 1307. at hic diserte scriptum Ferrinus, contra Dulcinum, Catholicae militiae arma praevaluere; atque in eodem anno, et illum ovem, suae temeritatis, et impietatis poenas dedit. In eam Chronologiam consentiunt Corius, Spondanus, et alii. Quare eius mortem non satis recte Odoricus Rejnoldus consignavit ad annum 1308., quod id Bernardus tradiderit, hic enim annum enumerabat, non a nativitate, aut a circumcisione Dñi, sed quidem ab Incarnatione. Longius etiam a veritate differt Brovius in annal. Ecl. qui Dulcini necem distulit usque ad annum 1310. sed pluribus lectorem distinere nolo.

Historia
Fratris Dulcini Heresiarchae.

„Historia, sive legenda nefandorum operum, et malorum gestorum, perpetratorum per maledictum et pessimum Heresiarcham Fratrem Dulcinum, cum suis sequacibus in villa, et loco Triverii, et aliis villis et locis circumstantibus, qui dicto anno Dñi MCCCVI. die 7. mensis Martii, venit cum sua pestifera comitiva super quemdam montem, existentem in montibus Triverii, qui ~~tunc~~ tunc temporis dicebatur mons Zebello, nunc vero, quia in cacumine dicti montis post expulsionem dicti Dulcini, et sequacium eius, fuit constructum, fabricatum, et consecratum sacellum, seu oratorium unum, ad laudem Dei, et Beati Bernardi, et aliorum sanctorum, appellatur mons S. Bernardi, quod nomen in perpetuum retinebit.

„ In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Amen.

"Anno currente MCCCVI. X. Mensis Martii, venit perfidus Haeresiarcha,
"Frater Dulcinus nomine nuncupatus supra Montem Zebellum (1.) de
"Triverio Vercellensis diocesis. Quoniam magnitudo rei, quae miraculose,
"et inexcogitate provenerit, cum aliquibus enarratur, legentes reddunt
"nos auditores dociles, benevolos, et attentos, nonnunquam et ipsos
"inducunt, ut eorum tempora prudenter dispensent, memorando
"praeterita, cogitando praesentia, et praevidendo futura, ut vitio=
"rum lubricis prosilientibus, salubria capiant, et iuxta vigilan=
"tiam solertiam firmentur; ideirco ad honorem summae, et
"individuae Trinitatis, opus aggredior sub compendio compi=
"latum narrare. Intendens novitatem, quae propter inesta=
"=quendam ...... tam modernis, quam posteris etiam me=
"=moriae commendare, quae quidem novitas venit contentata Vene=
"rabili Patre Dno Raynerio Pezzano (2) Advocato, Epo Ver=
"cellensi. Et ut ad species singulares descendam, est notabiliter
"sciendum, quod praefatus Venerabilis Pater Dnus Raynerius
"Epus Vercellensis, gradatim ascendit ad summus honoris in Ec=
"clesia Vercellensi, Divina gratia suffragante ~~etiam primo~~
"in ~~aetate~~ aetate Iuvenili fuit ~~Clericus Ecclesiae~~ clericus ecclesiae Vercellensis,
"deinde Cantor, Postmodum Thesaurarius, postea Praepositus, et
"subsequenter Archidiaconus dictae Ecclesiae, et promotus fuit
"et honoratus ~~gradibus~~ gradibus ad eum ingiis, non per eum porrectis,

---

(1.) Rebellum ubique appellat Carolus a Basilica Petri in sua Novaria sacra. Ad=
ditio. Certissime Mons Zebelli appellandus est.

(2.) Seu de Pezzano, e familia quidem Avogadra, sed
de Valdengo Raynerium affirmat Corbellinus, et Cusanus in vitis
Epõrum Vercellensium. Additio. Falluntur hi scriptores, nam Cer=
tissime fuit ex Advocatis Peziatinis. Petiana seu Pezzana est Pagus, mil=
liaribus circiter quatuor ab Urbe distans, qui olim erat Advocatae gentis.

Raynerius VIII.

"ad omnes huiusmodi dignitates, ita quod quinquaginta annos et
"ultra, successive constitutus in Dignitatibus antedictis, tenuit Ecclesiam
"in bono statu, pacifice et tranquille prout eius opera mani-
"festant clarius per effectum, quod longum esset narrare. Pos-
"modum vero defuncto bonae memoriae Dno Aymone Epo
"Vercellensi, qui fuit de Vicecomitibus (3) de Augusta, in anno
"MCCIII., idem Dnus Raynerius Archidiaconus inspiratione Divi-
"na, concordi Capituli totius voluntate, nemine discrepante, fuit
"electus in Epum Vercellensem, iuxta illud, quod legitur in Cano-
"none: habebant unusquisque suum officium militiae in Ec-
"clesia in qua mane per omnia traxit aetatem. Praesentata
"igitur electione praemissa Patri Sanctissimo Bonifacio Papae VIII.,
"idem Dnus Papa praemissum Epatum eidem Dno Raynerio instan-
"ti contulit de gratia speciali. Cum autem idem Dnus Epus col-
"latione facta, et suscepta, habitoque munere consecrationis, hono-
"rifice, sicut decet, Episcopatum ipsum, in omni tranquillitate
"teneret; quidam Frater filius Presbyteri Sulii de Tarentano (5.)
"~~nomine Dulcinus~~ Vallis Oscolae (6.) dioecesis Novariensis, de Romo

---

(4) Etiam Aymonem istum Avogadrae familiae adscribunt nonnulli quod Corbellinum,
et Ughellium, inonque tamen eum e Vicecomitum stirpe illum prodisse affirmat
Auctor noster, aetatem eiusdem tam proxime attingens. Addition Ne putes tamen
~~prodisse eundem Vicecomitum stirpe, quae deinde Mediolani Principatum~~ ex eadem
tenuit. Nam Vicecomites unde fuit Aymo erat nomen officii non familiae.
(5.) Vallem sacrum ordinem professus est Dulcinus (quidquid Riprandontius scribat) sed
religiosam vitam sub rudi, albaque habitu, et affectata severioris disciplinae regula
emulatus est, ut ex Raynerio discimus.
(5.) Seu Tragantano Ossulae Vico.
(6.) Vallem Osculae olim dictam ab oppido eiusdem nominis quod Ptolemeus circa
has alpes statuit, Carolus a Basilica Petri testatur, nunc Ossula appellatur.
& quidam Frater ~~filius~~ nomine Dulcinus, Vallis [illegible]

"homo incognitus heresiarcha pessimus, subito et insperate cum qui-
"busdam complicibus suis, de remotis partibus (7.) venit in Diocesi
"Vercellensi Anno Dni MCCCIV, et in Locis Gattinariae, et Serravallis,
"et aliis circumstantibus, cepit occulte, et malitiose conversari, et in ipsis
"locis quamplures tam mares, quam feminas seduxit, trahens ip-
"sos ad falsa dogmata, suam tam perniciosam sectam, et novam
"heresim, falsos errores, inexcogitabiles, et perditos loquens, dogmati-
"zare caepit, fidelium, imo simplicium, animas captivando. Et
"cum ipse frater Dulcinus cum quamplurimis sequacibus esset,
"in loco Serravallis, et intellexisset quod sequentores pravitatis
"hereticae, eum persequebantur, auxiliando sibi quibusdam
"de dicto loco Serravallis, qui sibi assistebant, aufugit indecum
"sua pestifera Comitiva, ex quo graves processus facti fuerunt,
"et formati tam per sequutores hereticorum, quam per Do-
"minum Potestatem Vercellarum contra dictum Ecclesiae Ser-
"ravallis, et contra homines dicti loci Serravallis; tandem con-
"demnati fuerunt, eo quod dicto fratri Dulcino, favorabiles
"fuerunt. Cumque a dicto loco Serravallis aufugisset, reduxit se
"in Vallem Sexidaris (8.) Diocesis Novariensis, in Domo cujus-
"dam rustici divitis, qui dicebatur Millanus Sola de loco Cam-
partoli

(7.) Per Dalmatiam, ac Tridentinos Alpes, propagasse primo suae sectae errores Dulcinum,
sed undique expulsum, constitisse demum in Novariae et Vercellarum finibus,
traditum ab aliquibus reperi.

(8.) ~~Etiam [illegible]~~ De hac Carolus a Basilica Petri: "flumen, et vallis Sicidae, multis dicta
"est, sed male, nam Sessitis antiquum nomen Plinius demonstrat, ex quo vernaculae pro-
"nunciationis vitio, primo quidem Sessda, uti in veteribus quibusdam scriptis reperi, deinde
"etiam Sessia, ut hodie dicitur, aut Sesia dictum est, nam et in veteribus scrip-
"tis, Sessitis ~~[illegible]~~ Insubres ~~[illegible]~~ Sessii appellantur. Insigne vero videntur qui antiquum
"nomen ignorantes, et latinam rationem aliquam imperitiae sequentes, Sicidam reddidere."

Raynaldus ll.

"Campertoli Diocesis Novariensis, sive Varally, qui ipsum Dulcinum
"de longinquis partibus evocavit, ibique pluribus mensibus stetit cum
"pestifera comitiva. Ad quem Dulcinum homines, et mulieres de diver-
"sis mundi partibus veniebant auditum suas falsas praedicationes,
"et erronea documenta: hic dubitando de persecutione, quae fiebat
"tam contra eos, quam contra hereticos, et infideles, recedendo
"ab inde, dictus semper dicto Milano Sola, et multis aliis per-
"sonis de dicto loco Campertoli, aliisque locis circumstantibus, cum
"omnibus eorum bonis, quas personas ipse Dulcinus traxerat ad
"suam falsam sectam, se reduxerunt ad quemdam montem, Dioe-
"cesis Novariensis, ubi dicitur ad Bolmoram, ibique plures domos,
"et mansiones construxerunt, et in quo monte pluribus mensibus
"permanserunt. Et cum magnus exercitus congregatus esset contra
"eos procurante praefato Dno Epo Vercellensi, et Inquisitoribus
"hereticorum, cum bullis Apostolicis (9.), in quo exercitu erant
"multi de Dioecesi Vercellensi, quos idem Dnus Epus miserat pro
"exterminio dictae sectae, et defensione Fidei Catholicae, et Populi
"Christiani. Videntes ergo ipse Dulcinus et sequaces sui, quod non
"poterant se bene defendere ab exercitu praedicto Christianorum, nec
"fidelibus resistere, qui eos persequebantur, arripuerunt fugam noctis
"tempore. ~~Et cum~~ crederent ~~ipsos tamquam~~ confusos ~~et disper-~~
"sos, totaliter recessisse, illucque, vel in partibus circumstantibus
"nullomodo et nullo tempore reversuros, ipsi doloci heretici ascen-
"derunt supra quemdam montem, ibi proximum, et fortissimum,
"qui a nulla parte poterat expugnari, et appellatur Mons Pa-
"rietis calvae, ibique convenerunt de diversis mundi partibus
"homines, et mulieres de secta ipsius Dulcini, tot, et tanti, quod

---

(9.) Honorii IV. anno MCCLXXXV. et Nicolai IV. anno MCCXC. con-
tra Pseudo-Apostolos, ut Eymericus narrat.

"quod fuerunt in numero 1400, et ultra, quorum omnium ipse
"Dulcinus erat Dominus, et Rector, et sibi in omnibus obediebant,
"et potius sustinuissent poenam magnam, quam eius mandata
"trasgredi. Et ibi domus quamplures, et habitacula construxe-
"runt. Congregata autem huiusmodi secta, in monte prae-
"dicto, coeperunt spoliare totam terram, a loco Varalli supe-
"rius, et cum quadam vice venissent ad spoliandum, Potes-
"tas Varalli, et homines dicti loci, et Locorum circumstan-
"tium dictae Vallis Siccidae, fuerunt ad resistendum (10.) ipsis
"hereticis. Et ipsi eos superiori, positis aliquibus in insidiis

---

(10.) In Miscellaneis scriptis Novariensibus, qui in Ambrosianam Bibliothecam in-
tulit, mihi olim amore coniunctissimus, et Museo Novariensi edito celebris La-
zarus Augustinus Cotta, vol. IX. extat exemplum publici documenti confecti
anno 1305. XXIV. August. In Ecclesia Scopae Dioecesis Novariensis, in quo sequentes
primores viri locorum, ac vallium finitimorum, simul convenisse, tactisque
Evangeliis percussisse invicem foedus, ut iunctis viribus ineluctabilem bellum
Gazzaris intentarent; ita vero exorditur: " Cum placuit Deo liberare fere totam
" vallem Sesiam inferiorem de Blandratorum tyrannide, iniqui heretici Gazari, eo-
" rum militis Vallem Superiorem Magnam invaserunt, in montibus Vallis Rossae, se
" fortificaverunt, et totam Regionem, rapinis, occidiis, incendiis, et nimiis sacrilegiis adim-
" pleverunt: Placuit S. Patri Clementi eadem cum novitate suae exaltationis ad Papatum,
" Indulgentiam publicare ad modum Cruciatae, contra Dulcinum et sequaces; hac de
" causa, homines, et Populi, et super eos, insignes familiae, quae propter factionum
" et bellorum calamitates, in hisce Alpibus confugium et pacem quaesiverunt, in Con-
" cilio generali Ligam perpetuam simul contractaverunt, statuerunt et deliberave-
" runt armis persequi istos nefandos devastatores, unanimiter, et concorditer usque ad
" ultimam sanguinis guttam, et hodierna die incipere obsidionem, et guerram con-
" tra hostes istos, perversos fidei, et libertatis destructores, usque ad exterminium."
Sequuntur nomina eorum, qui se iuramento obstrinxere, additoque Sabellionis
nomen:

Rayneri ill.

"multis, irruerunt cum multitudine onerosa in ipsos Potestatem, et
"homines dictae Vallis, cum armis, et lapidibus, ibique plures ho-
"mines occiderunt in conflictu, et aliis compluribus ad dictum Mon-
"tem Parietis Calvi, captivos duxerunt, et eos usque ad extremum
"redimi fecerunt. Inter quos captivos fuit Potestas prae-
"nominatus, dictus, qui erat Novariensis, nobilis, et de genere Brusatorum. (1)
"Postea vero destruxerunt omnes fere terras, et villas, quae erant a lo-
"co Varallis supra, Scalenasque spoliarunt, et loca plurima
"igne succenderunt, ita quod in illa Contrata fere per decem
"milliaria, pauci, vel nulli habitabant, et remansit Contrata
"illa derelicta, et gentes illius Contratae discurrebant per alienas
"patrias mendicando. Et si illi perfidi Canes inveniebant, a-
"liquos Christianos, aut eos occidebant, aut redimi faciebant.
"Per praedas, ac bonis donna, et oppressiones quamplurimas
"intulerunt, tam in Diocesi Vercellensi, quam Novariensi, post
"haec, et his similia, ascenderunt, ad locum Zebelli, pravam
"operam faciendo. Tandem ad tantam famem, et penu-
"riam pervenerunt, quod carnes murum, equorum, canum,
"et aliarum bestiarum brutorum, foenum coctum cum sa-
"gimine comedebant etiam tempore Quadragesimae, et nunsu-
"que dicto Monte, per annum, et ultra steterunt, et habitaverunt

---

nomen: Ego Jo. ~~Mantini~~ Mantea Notarius Publicus hoc Instrum. rogavi, et iuramentum a Con-
tractoribus accepi.

(1) Mr. Aurelius Corbellinus in vita Raynerii Vercellensis Episcopi, ait Brusatum hunc acerba
morte a Dulcino sublatum. Sed unde id hauserit, minime dant. Credibilius est eiusmodi
e vinculis, Redemptionis lege, cum caeteris, qui in hoc conflictu capti, pacta pecunia, in
libertatem asserti narrantur. Id enim suadebat ciborum penuria, qua summopere
laborabant heretici, ut ex tam nobili praeda maius pretium emungerent. Certe Au-
ctor noster, qui insana omnia extremae crudelitatis eorum vestigia tam sedulo relegit,
de hac caede prorsus silet.

„et habitassent, et ibi ulterius habitare non possent, quia fame, et mi-
„seria, multi ex eis moriebantur, et ipsi pestiferi, canes Dulcinus, et se-
„quaces in anno currenti 1306. die Jovis, decima Mensis Martii, sci-
„licet in dicto Monte personis debilioribus, relictis ibi ob culpa, et
„transeuntes montes magnos, vias incogitabiles fuerunt per loca
„difficillima, et nives altissimas, noctis tempore intraverunt Dioe-
„cesim Vercellensem, et ascenderunt super quendam montem fortis-
„simum, qui appellabatur Mons Rebellus, qui est super locum Tri-
„verii, dictae Dioecesis Vercellensis, nunc vero propter incolatum dic-
„torum hereticorum, appellatur Mons Gazzarorum, sive Fratris Dul-
„cinis. Et in adventu ipsorum hereticorum, fuerunt, ut de commu-
„ni creditum est opinione, et relatione ipsorum, mille et ultra, qui
„nulla victualia habebant nisi forte quaedam frusta carnium, et
„huiusmodi, quas secum tulerant, prout veraciter fuit repertum.
„In adventu autem ipsorum hereticorum, descenderunt ipsi Gazzari
„ad villam, et Ecclesiam Triverii, summo mane, de quo homines Tri-
„verii nullatenus advertebant, et improvisi erant, et expoliaverunt Ec-
„clesiam Triverii, exportando calices, libros, et alia bona, derobave-
„runt alias domos quamplures de Triverio, captivando quoque per-
„sonas dicti loci, et totam praedam, quam capere potuerant,
„reduxerunt ad Montem Rebellum, superius nominatum, qui nunc
„dicitur Mons Gazzarorum sive Fratris Dulcini. Homines tamen
„Triverii tanquam stupefacti, et in lecto constituti, nullam defen-
„sionem fecerunt, sed ipsos sine aliqua insecutione redire permi-
„serunt. Postea vero congregati, et in se reversi, fuerunt unanimes et pul-
„saverunt ad Stremitam (12.) Quidam vero iuvenis de Mosogranii

---

(12.) Deest hoc vocabulum in Ducangii Glossario, aliisque recentioris peregrinorum lexicis, quae evolvi. In aliquibus tamen Padum urbibus, adhuc vox ista usurpatur, et designat frequentem illum aeris campani sonitum, quo publico aliquo urgente periculo populus excitatur, vel ad arma

Raynerius 111. Stremita

"Alloro, quasi tamen audita Stremita, innuerunt usque ad confinium Molo-
"xii, et Trivero, et repererunt triginta quatuor de melioribus quorum-
"hæreticorum, quos Dulcinus posuerat in insidiis ad obviandum, et pro-
"vocandum, ut aliquis eos offendere properet, ipsos interfecerunt auxilio
"eorum de Trevero. Alii vero onerati spoliis, et prædis, sive bonis de-
"robatis, combustis quibusdam domibus, redierunt ad montem prænomina-
"tum. Unde homines locorum circumstantium fuerunt valde stupefacti,
"et perterriti. Cum autem prædicta innotuissent ad aures præfati
"Rever. Dni Epi Vercellarum devenissent, ipse tanquam bonus
"Pastor, cogitans statim posse eos superare, et lupos a suo grege
"expellere, tum quia non habebant victualia, tum quia erant
"in montibus asperis collocati, statim misit illuc nostrum
"gentes de terris suis, et aliunde, causa capiendi, et destruendi pesti-
"feros antedictos. Cum ipsi sic essent obsessi in monte præ-
"misso, videntes se quasi mortuos, irruerunt malitiose cum ar-
"mis, et balistis, contra Christianos, qui venerant contra ip-
"sos, ad debellandum eos, ibique multos occiderunt, et alios mul-
"tos ceperunt, quos redemptionem facere compulerunt, et sic
"multa victualia, et alia necessaria pro huiusmodi redemptio-
"nibus habuerunt. Carnes vero tota Quadragesima comedebant,
"semperque attenti erant, ut possent personas, et bona fi-
"delium capere, et prædari. Super autem ipso monte for-
"talicium magnum, et domos multas fecerunt, et foderunt quem-
"dam fontem, qui erat in medio montis, longe a fortali-
"tio prædicto, unum milliare, vel circa, et ipsum ordinave-
"runt ad modum unius putei, et ipsum cum lapidibus
"magnis cooperuerunt, et fecerunt sub terra a cacumine montis

---

arma capiat, aut in subsidium accurrat, et vulgari sermone dicitur Sonare cam-
pane a martello. Addtia etas adhuc dicimus, sonare a stormia.

"a cacumine montis praedicti usque ad dictum fontem, iter eorum,
"et ipsum etiam cooperuerunt, ne possent videri, neque capi a
"fidelibus. Et a nemine expugnari poterant, nec aliquem ho=
"minem timebant, dummodo tamen haberent victualia.
"Dominus autem Episcopus, tamquam fortis athleta, semper eo=
"rum superbiam conterere cupiens, indefesso labore viriliter
"eis restitit. Nam a principio per menses quatuor, vel cir=
"ca, in loco Mosii tenuit exercitum magnum de hominibus e=
"lectis, ad obviandum ipsis maligniis, ne forte descenderent de
"dicto monte, daturi offensionem aliquibus fidelibus, et rede=
"ferentur victualia aliqua eisdem, vel aliquae munitiones,
"sive etiam armaturae. Et cum in Kalendis Maii proxime
"sequentis, quandam maximam praedam facere cogitassent
"praedicti Dulcinus, et sui sequaces, de monte finxerunt se
"recedere quasi cum omnibus, qui ibi aderant, et praesenti=
"bus quibusdam carceratis dixerunt, quod non volebant am=
"plius stare ibi, quia non habebant victualia. Et dimissis ibi
"paucis hominibus, exivit fortalicium cum maxima comiti=
"va, et reductis carceratis in carcere ipso latenter intravit for=
"talicium cum suis sequacibus, et per aliam portam intrantes,
"se absconderunt, ne carcerati scire possent praedam, quam
"cogitaverant, et ordinaverant. Illi autem, qui remanserant
"cum pluribus carceratis, miserunt ipsis carceratis, ut recederent,
"quia poenitebat eos de malis, quae fecerant, et dixerunt ipsis
"carceratis: estis ad Capitaneum exercitum Domini Episcopi
"Vercellensis, qui sunt Mosii, et dicatis eidem, quod veniant huc
"cum tota sua gente, quia volumus sibi montem, et castrum
"remittere, et ipsi fratrem Dulcinum, et alios, qui hac noc=
"te, nobis videntibus recesserunt, quia victualia non habemus,
"et non possumus amplius ibi morari. Ipsi autem carce=

rati

Raynerius III.

«sumpserunt cum licentia, et venerunt Montem, narraveruntque Ga-
«zetanis, et hominibus Exercitum Domini Episcopi, praedicta quae
«sibi dixerant illi dolosi, et quae viderant. Illi vero tanquam
«viri prudentes iverunt illuc super Montem, causa capiendi
«eum, et fortalicium, et causa debellandi, expellendique illos canes pes-
«tiferos, ducendo equos et plaustrum secum prout narraverant con-
«versi. Et cum ibi tota nocte stetissent, et gravis pluvia cum frigore,
«et grandine advenisset, fortalicium intrare dubitando, quia de pro-
«ditione timebant, coeperunt descendere retro, et regredi versus Montem(?).
«Et cum illi canes maledicti, exeundo de insidiis, descenderunt de
«monte, et irruerunt more daemonum in praedictos homines Domini
«Episcopi, et multos ex eis occiderunt, aliosque ceperunt, quos redimere
«fecerunt ex corpore(?). Et de redemptionibus, et spoliis, quae
«ibi habuerunt, et lucrati fuerunt, multa victualia, et alia neces-
«saria habuerunt.

«Praefatus igitur Dominus Episcopus ex hoc valde stupefactus, misit consilio capitane-
«orum suorum, et aliorum nobilium, et bonorum hominum, ad Summum Pon-
«tificem cum litteris suis, causam praedictam explicando, qui gratiose con-
«cepit indulgentias suas plenarias omnibus Christi fidelibus qui personaliter irent
«ad debellandum, et expugnandum dictos haereticos, vel dare volentibus
«stipendia debita, et opportuna pugnare volentibus, per mensem con-
«tra praedictos canes, ipsosque haereticos condemnando, et anathemati-
«zando. Et cum praefatus Dominus Episcopus, confisus de auxilio
«Dei, et Beati Eusebii Martyris, et litteris Domini Papae (13.) quas
«ubique publicari fecit, paulo post capi coepit, et muniri quem-
«dam alium montem, cum mansione(?) pusillo(?) qui est a parte

---

(13.) Datae MCCCV. ut in documento supra relato, numero undecimo legitur. Odoricus Raynaldus minime eas recitat, nec annum designat, quo expeditae fuerunt.

Reynerius III.

"a parte opposita dicti montis Rebelli, ibique fieri fecit bastitam (14)
"fortissimam, et pulcherrimam, in qua posuit plusquam mille, et ducentos
"viros, et ultra. Et procuravit, quod Commune, licet foret difficile, con-
"duci fecit duas machinas ad dictam bastitam, quae die, noctuque
"trahebat ad dictum fortalitium Montis supradicti, et multa dam-
"na intulerunt tam personis, quam domibus ibi constructis per
"dictos hereticos. Commune vero Vercellarum, mediantibus indulgen-
"tiis Apostolicis, et procurante praedicto Dno Epo, fecit similiter bas-
"titam unam cum villis circumstantibus in quadam montis supra
"viam, quae ducit ad Sellam Stavelli, ita quod una propter
"aliam, erat plus secura, et gentes utriusque bastitae seu cum
"expediebat, adjuvabant, et sibi, cum opus erat, succurrebant. Prae-
"terea idem Dominus Episcopus compatiens populo, licet esset an-
"tiquus (15.) exercitum suum, et etiam exercitum Communis Ver-
"cellarum, personaliter visitavit, confortando Dominum Potestatem
"Vercellarum, et caeteros homines utriusque exercitus, qui etiam
"multi de remotis partibus venerant ad tam grande spectaculum,
"de cujus adventu, multi fuerunt congaudentes, et illi infelices
"perfidi Gazzari, perterriti fuerunt miro modo. Et cum per
"homines dictorum exercituum, tractarent, quandam aliam
"bastitam fieri contra praedictos canes, super quodam alio mon-
"te apud Sellam Stavelli, quae sella habet pulcram [et brevem] magnam
"planitiem, (16.), ad [illegible] inter ipsas partes, et ascenderunt,

---

(14.) Agger, seu promurale ex fustibus, palisque contextum, Italis Steccato, Trincea, Ex quo procul dubio, vox Italica Bastione. Ita in suo lexico militari, diligentissime elaborato, Carolus de Aquino Societatis Jesu, verbo Bastita.

(15.) Id est annis gravis.

(16.) Aream, seu planitiem.

Raynerius III

"qui fideles ipsum montem, sive sellam Stavelli, ubi est iter soli pulcherrimum
"sunt, et planum, videlicet causa muniendi ipsum montem, seu
"sellam Stavelli, et faciendo ipsam Bastitam prope sellam Stavelli;
"qui perniciosi Gazari fuerunt desuper et irruerunt in dictos quamplures fi-
"delium, et multi de utraque parte interfecti fuerunt, inter quos fue-
"runt mortui quinque ex Dominis Crypaconi, qui steterant ad
"gubernandum ~~aliam~~ alienum montem, qui dicitur della ~~Colverina~~ Caulorina.
"Multi igitur de utraque parte mortui, et multi vulnerati fuerunt,
"et projecti in quoddam flumen, qui postea fuit nuncupatus
"Rivus Carnosius, eo quod aqua illius fluminis erat rubra veluti
"sanguis, propter corpora interfectorum, et vulneratorum, quae
"projecta fuerant in praedictum flumen Rivi Carnaschi, et

Carnaschio

"decurrebat ipsa aqua rubea usque ad aliud flumen, quod dicitur
"Sessera. Comitatus igitur, et exercitus Dni Episcopi, et Communis
"Vercellarum descenderunt versus loca Mozzi, Trivero, et Crypaco-
"rii, et dicti pestiferi canes, ac alios montes ibi prope exis-
"tentes de suis gentibus muniverant, qui loca circumstantia, perso-
"nas, et bona, quando opportunitas eis aderat, destruebant, et super
"ipsis seu montibus, in quibus fuerunt bastitas, et magna fortilitia.
"Opera autem ipsorum Dulcini, et Sequacium, erant abominabilia et
"nefaria, et praedicationes eorum, haereticaque dogmata ipso-
"rum maledicta, et omnimode contra normam fidei orthodo-
"xae. Sui namque Dulcinus, dum ~~[illegible]~~ stetisset super mon-
"tibus antedictis, nec non dum stabat in valle Sicida, dixit, cre-
"didit, docuit et publice praedicavit multis vocibus, et praedicari
"fecit, prout notum compertum fuit, quod ipse, et sequaces sui po-
"terant, et eis licitum erat invadere, depraedari, mutilare, inter-
"ficere homines, et personas eorum, et Edictum Ecclesiae Roma-
"nae, nec non ~~incidere~~ incendere, destruere, capere et compellere Christianos ad
"redemptionem, et hoc sine peccato.

Raynerius p. iii.

"Item derobare, carcerare, et quaecumque mala inferre Christianis prout quam-
"mori facere, et destruere eorum fidem.
"Item quod status suus, et sequacium eius, erat perfectior et sanctior om-
"ni alio statu, qui est in Ecclesia, quia patiebantur persecutionem.
"Item quod Episcopus poterat relinquere Episcopatum, Religiosus Religionem suam,
"sacerdos Curatus curam suam, et Ecclesiam vir uxorem suam, uxor
"virum causa sequendi sectam suam et fidem.
"Item quod Clerici, Laici, Praelati, Religiosi et quicumque ordinati
"in Ecclesia Dei, in quocumque statu essent, ordine, vel dignitate
"poterant relicto eorum statu, libere, et impune transire, ad eo-
"rum sectam, et eorum vitam tenere sine peccato, imo veriusque
"meliorationem eorum vitae; quod absit a cordibus fidelium.
" Item quod ipse Dulcinus intelligebat, quod ipse, et illi, qui sunt, vel tunc
"erant de eius secta, et congregatione vere tenebant vitam, quam
"tenebant Apostoli primitivi Jesu Christi, et quod tenuerant ipsam
"vitam per multa tempora praeterita, quae erant eorum tempore
"reformanda.
"Item quod credebat quod non Dominus Papa posset excommunicare eos,
"pro eo, quod tenebant vitam Apostolicam. Et si Dominus Papa prae-
"ciperet sibi, et sociis suis, sub excommunicationis poena, quod re-
"linquerent eorum sectam, et modum vivendi, quem tenebant,
"quod propterea eum non dimisissent, nec vitam quam tenebant,
"asserendo ipsam vitam esse Apostolicam, et quod in iis non
"erat obediendum Domino Papae, etiam si vellet eos per censuram
"Ecclesiasticam cogere ad dimittendum vitam eorum, et modum
"vivendi, quem tenebant, et tenuerant per tempora retroacta,
"confitendo nihilominus, quod Dominus Papa poterat facere decreta
"et dignitates, habebat enim quemdam intellectum, et [illegible]
"opinionem suae praemissae vitae, a quo nullo modo recedere vole-
"bat.

Raynerius III.

"Item quod Praelati et Inquisitores heretice pravitatis, non poterant vexare citare eos, vel excommunicare eo quod tenebant dictam fidem, nec poterant cogere eos ad eam dimittendam, et hoc intendebat propter intellectum, quem habebat in quibusdam scripturis Veteris Testamenti, asserens quod non credebat, imo impossibile sibi videbatur, quod per aliquem posset sibi ostendi, nec esse melior vel verior sensus, vel intellectus, quam esset suus, quem habebat in scripturis supradictis, quem intellectum asserebat se non habere ab homine, vel propter hominem, sed per eius maximam opinionem, et conceptionem cordis sui.

"Item credidit, praedicavit, et docuit quod Dominus Federicus Rex Aragoniae debebat ingredi Romam in anno 1305, in festo Nativitatis, vel in mense Martii proxime sequentis, et fieri Imperator per Romanos. Et licet non venerit in dictis terminis, tamen credebat eum adhuc venturum, et fieri Imperatorem, et Reges debebant regnare tribus annis cum dimidio, et infra dictum tempus interficerent Dominum Papam, qui tunc esset, et multos praelatos et multos Ecclesiasticos, et Monachos, ac Praedicatores, Minores, et alios Religiosos, et esset magna guerra, et ipsi, ac toti Ecclesiae auferrent divitias, et dominium temporale, et reducerent universam terram ad novum Testamentum, et postea eligeretur, et esset unus Papa Sanctus, et quod ipse Dulcinus esset ille Papa Sanctus, si tunc viveret, et quod infra tres annos proxime ventura, ipse Papa Sanctus, et maxime ipse, si tunc viveret, reciperet tantam gratiam Spiritus Sancti, cum multis aliis, quantam receperunt Apostoli Jesu Christi, post ascensionem eius, in die Sancta Pentecostes, et quod ipse Papa Sanctus, quem se esse dicebat, erit ita sanctitatis, et tantae perfectionis, sicut et quantae fuit Sanctus Petrus Apostolus.

"Item quod intra dictos tres annos, ipse Dulcinus,

"Dulcinus, et sequaces sui praedicabunt adventum Antichristi, et quod
"ipse Antichristus veniret in hunc mundum finitis dictis annis
"tribus cum dimidio, et postquam venisset, ipse Dulcinus, et se-
"quaces ejus transferrentur in Paradisum, in quo sunt Enoch, et
"Elias, et conservarentur illaesi a persecutione Antichristi, et
"quod tunc ipsi Enoch, et Elias descenderent in terram ad Prae-
"dicandum Antichristum, deinde interficerentur ab eo, vel ejus
"ministris, et sic regnaret idem Antichristus per plurima
"tempora. Eo vero Antichristo mortuo ipse Dulcinus, qui
"tunc esset Papa sanctus, et sui sequaces reservati descendent
"in terram, et Praedicabunt fidem Christianam rectam omni-
"bus, et convertent eos, qui tunc erunt vivi, ad veram fidem
"Jesu Christi.
"Item dixit praedicavit, et vult quod illi de sua Secta,
"et congregatione, qui fuerunt a Praelatis Ecclesiae, et Inqui-
"sitoribus hereticorum, iudicati heretici, et relicti Iudicio sae-
"culari, et postmodum combusti, et alii morti traditi
"sunt, et fuerunt salvati, si perseveraverunt usque in finem
"in doctrina, et credulitate ipsius Dulcini, et quod iverunt
"in Paradisum, vel statim ad Purgatorium, quod nequis-
"simum est credere apud fideles.
"Item dixit, et confessus fuit quod tribus vicibus In-
"quisitorum hereticae pravitatis, et qualibet vice abrenun-
"tiavit dictae suae sectae iniquissimae, et quod numquam
"servavit abrenuntiationes praedictas, nec servare intendit,
"sed praemissis abrenuntiationibus non obstante, semper
"tenuit, et regit dictam sectam, et tamen propter hoc
"non incurrit aliquod periurium, nec recognoscebat,
"se fecisse in aliquo contra praemissa iuramenta, quae
"fecerat, nec credebat in hoc aliquatenus peccasse, eundum

Raynaldus ibi.

"secundum opinionem suam nefandissimam.

"Item dixit quod sunt anni 60, in quibus coepta
"erat haec secta praedicta, et quod Gerardus Secarellus de Parma
"fuit rector dictae sectae, et ipse Dulcinus cum eo, et quod i-
"psi et homines dictae domus sectae, erant missi a Deo
"ad reformandam Ecclesiam, quae perierat per superbiam,
"avaritiam, et luxuriam et multa alia vitia, et specialiter
"ipsi Gerardus, et Dulcinus erant ordinati a Deo ad re-
"gendam, et gubernandam dictam sectam, et hoc ha-
"bebant per maximam, et malam opinionem cordis
"sui, et quod credebat ipsum Gerardum esse salvum, li-
"cet fuerit condemnatus hereticus et combustus. (17.)

"Item quod illi de sua comitiva, osculabantur sibi pedes,
"eo quod erat melior, et sanctior quolibet homine mundi,
"et quod licebat sibi comedere carnes in tota Quadragesima,
"in diebus Veneris, et Sabbathi, et in Vigiliis praeceptis ab Ec-
"clesia, et hoc sine peccato, quia non habebat alia suffi-
"cientia ad edendum, et quod perseveravit in hac vita,
"modo vivendi, credentia, doctrina, et secta annis 16. elapsis.

"Postquam igitur errores sectae praemisimus, narrati sunt
"supra cum multis aliis malis superius enarratis, adhuc restant
"multa alia mala narranda, et explicanda, quae per ipsos
"nequissimos Gazaros, et hereticos fuerunt patrata.

"Ipsi namque Gazari, dum erant in Monte Zebelli
"praedicto, multas de fidelibus Jesu Christi, suspenderunt
"in furcis, inter quas fuit innocens quidam parvulus
"innocens, aetatis decem annorum vel circa. Item multos

(17.) Anno 1300. 18. Julii teste Francisco Pegna in commentariis ad Eymericum.

"multos alios suspenderunt videntibus uxoribus, et parentibus, quia
"non volebant se redimere arbitrio praedictorum virorum.
"Quosdam fame in carcere necari fecerunt. Cuidam muli-
"eri praegnanti, manum, et brachium amputaverunt,
"quae in continuo peperit super dicto monte, et foetus na-
"tus statim periit sine baptismate. Villas Mori, Tri-
"verii, Cossulae, Flachiae, et plures Cantones in Corega-
"torio, ac plures in Montitiliano, et Curino, totaliter de-
"struxerunt, et combusserunt. In Ecclesia Triverii, ignem
"posuerunt, imagines, et picturas Ecclesiae deformaverunt,
"lapides sacros de altaribus extraxerunt, statuae ligneae
"ad honorem B. M. V. Virginis fabricatae brachium amputa-
"verunt, libros, calices, ornamenta Ecclesiae praedictae
"omnia rapuerunt, domum diruerunt campanile
"dicti loci Triverii, campanasque fregerunt, vasa con-
"fraternitatis, et omnia bona sacerdotis ceperunt, ip-
"sasque res omnes in capsas, asportaverunt, et reduxe-
"runt ad Montem superius memoratum; qui dicebatur
"Mons Rebellus, nunc vero Mons Gazzarolum
"In Ecclesia Mori, multa mala fecerunt, tentaverunt lapides
"de Altari maiori diruere, et Mappam, quae cooperiebat ip-
"sum altare, exportare voluerunt, et multa alia bona, sed
"volente Deo non potuerunt extrahere de Altari; campanile
"tamen, quod erat pulcrum, destruxerunt. Quid plura?
"ipsi enim, tot, et tantas caedes, stragesque hominum,
"mutilationes membrorum, destructiones locorum, rapinas,
"praedas, proditiones, et innumerabilia alia mala in per-
"sonis, rebusque fidelium perpetrarunt, quod ca-
"lamus deficeret in scribendo, priusquam possent,
"tot, et tanta mala per eos commissa, singulariter

Rajneriis jiii

„aliter mossam, quoniam postquam fuit formatus Adam
„nulla secta fuit in mundo reperta, tam execrabilis, tam
„abominabilis, tam horrenda, vel quae tam modico
„tempore commiserit tot, ac tanta mala, et nefanda
„opera, prout commiserunt ipse Dulcinus, et sequaces
„eius, dum steterunt in montibus suprascriptis. Et ad
„haec mala facienda tam mulieres, quam viri erant
„promptae pariter, et securis; immo saepissime mulieres
„vestimenta, et arma virilia deferebant, ut per hos ma-
„ior ipsorum exercitus appareret, hisque potius terrentur.
„Et ideo homines Diocesis, et Civitatis Vercellarum erant
„ita perterriti, quod a facie ipsorum omnes, quantum
„poterant effugiebant, immo saepissime pauci de ipsis
„multos de fidelibus persequebantur, et expugnabant usque
„ad mortem, et totaliter confundebant. De mense vero
„Decembris annorum subsequentis, Comitanei bastitam
„Vercellarum, qui ibi erant in custodia, quadam nocte
„reliquerunt, et Bastitam cum tectis combusserunt, et
„Bastita Dni Epi, quae erat in Monte praedicto opte
„opposita contra ipsos nefarios praenominatos Gazaros, collo-
„cavit, ibi erant homines Dni Epi, septingenti et
„ultra in praedicta Bastita in civibus, et sine victua-
„libus, et cum periculo maximo. Itaque nullus valebat
„succurrere eis, nec accedere ad costam atque maximo
„discrimine personarum. Sed Deo volente, praefati ho-
„mines Dni Epi, transmisso eis nuncio per Dnum
„Epum nuncio, ut expediebat, per cacumina mon-
„tium, ubi erant nives, ipsi homines de dicta bastita
„Dni Epi, boni, et incolumes Divina gratia eos pro-
„tegente, descenderunt ad locum Mosii, et aliis villis circumstantibus

"circumstantes. Tunc autem relictae sunt omnino villae Quiriii
"Mori, Coazulae, Flubiae, et homines, et mulieres praedictorum loco=
"rum, cum eorum familiis, sunt dispersi per Civitatem,
"et Diaecesim Vercellarum, quidam mendicando, quidam
"exercendo personas suas, et artem cuiuscumque, quidam
"vero evadendo prout melius poterant. Tunc praefatus
"Dnus Epus considerans quod hyems erat, et praedicti he-
"retici pestiferi vivere non valebant dicto tempore in
"praedicto Monte sine penuria; tum in loco
"Bedulli, tum in loco, et territorio Mori, et etiam su-
"per quodam Monte, qui dicitur Rupella, tum in terri-
"torio Mortilliani, scilicet villis subiugis Ecclesiae Vercella-
"rum, et dicto Dno Epo, et in montibus eorum, quinque
"Bastitas fieri ordinavit, Christianorum undique confluen-
"tium suffragio mediante, et castra sua, et fortalicia fe-
"cit melius solito muniri, et custodiri, gentes suas tam
"per se, quam per alios, admonuit, et admonendo con-
"fortavit, consilia et auxilia opportuna eis dedit, quan-
"documque vidit, et credidit expediens, non parcendo
"in aliquo suis expensis, et laboribus. Passus, vias, et itine-
"ra multa faciebat custodiri cum omni diligentia, ne
"dictis hereticis victualia portarentur quovis modo, vel alia
"mercarentur, nec etiam aliunde eis suffragia, succursus,
"vel auxilia aliqua pervenirent; propterquod fuerunt
"adeo restricti ipsi Gazari pessimi, quod radices her-
"barum, et folia comedebant, si quae tunc invenebant.
"Homines igitur Communitatis Mori, ut possent obti-
"nere victoriam contra maledictos Gazaros, et defendere ac
"servare fidem Christianam, fecerunt votum Deo, et B.
"Mariae Virgini, quod semper celebrarent solemniter fes-

tum

Raynerius III,

"in Die Jovis Sancto, quae dicitur Coena Domini: et
"homines Graveri fecerunt pariter votum prout su-
"pra, quod semper celebrarent solenniter festum in Pa-
"rasceve, ob reverentiam passionis Jesus Christi. Ipsi
"namque Gassari voluntate Dei, precibus Dni Epi, et
"fidelium Christianorum, se inclinantes, devenerunt ad tan-
"tam miseriam, quod comedebant carnes tam
"humanas, quam canum, et aliarum bestiarum co-
"medebant, et quod est horribile ad dicendum, mortuo
"aliquo ipsorum Gassarorum in bello, et huiusmodi a-
"liis capiebant carnes suas, et ponebant ad coquendum
"et comedebant propter penuriam, et magnam fa-
"mem. Et in tanta captivitate fuerunt restricti per
"tres menses, et ultra, obsessi super dicto Monte, quod
"nimia multi duraverunt existendo in magna neces-
"sitate. Et multi ex eis moriebantur, quorum cor-
"pora partim comedebant vivi, et partim projicie-
"bant, in locis desertis dicti montis Zebelli, a feris, et a volucribus
"comedenda.

"De mense vero Martii proxime sequentis, praefatus Dnus
"Epus ordinavit exercitum generalem in tota ~~sua~~
"terra contra perfidos Gassaros antedictos, quia videbat ter-
"ras suas fere totas destructas esse, et homines dictorum
"locorum mortem sustinere. Et ideo confisus de Divina
"Clementia, ac subsidio Beati Eusebii, omniumque San-
"ctorum, volens tentare fortunam, fecit ipsos Gassaros
"potentissime et semel, et pluries in hebdomada Sancta com-
"pugnari. Et in die Jovis Sancta homines qui pugna-
"bant contra dictos Gassaros, acceperunt dictam bastitam,
"quae erat apud locum, qui dicitur Stavellus, et in pla-

na

„Stavelli duravit pugna quasi per totam diem Jovis Sanctam, et magna pars ipsorum perfidorum interfecta fuit.
„Et etiam multi ex Christianis vulnerati fuerunt taliter, quod multi infideles proiecti fuerunt in quodam
„rivo, qui nunc dicitur Carnascu, et aqua itaque dicti rivi erat rubra veluti sanguis propter interfectos, qui ibidem proiecti fuerunt. Eandem in die
„Jovis Sancta ~~[struck]~~ praedicta, quae fuit anno
„Dñi 1307. die 13. supradicti mensis Martii (18.), post
„longa praelia, multosque labores, dictus frater Dulcinus
„personaliter captus fuit super montibus Rasiverii una
„cum Margarita de Tridento, eius Socia, et Longino
„de Bergamo, qui erat de Cataneis de Pergo, vel de
„Lecco, et erant maiores in dicta secta post Dulcinum,
„quos praefatus Dñus Epus desiderabat affectuose vivos
„habere, ut pro meritis eorum, praemia digna reciperent, qui tot malorum fuerunt auctores. Aliique
„multi perfidi cum ipsis capti fuerunt, et captivati.
„Demum fortalicium, et castra eorum combusta, dirupta,
„et dissipata fuerunt, ipsa die. Ibique ipsa die plures
„quam mille ex ipsis, tum flammae, tum in flumen
„submersi, ut praefertur, tum gladiis, morte crudelissima dati fuerunt. Et sicut ipsi qui de Factore Deo
„Patre, et fide Catholica, ludibria faciebant, in ferro fame, igne, peste et omni miseria, in die Caenae Domini,
„ut praefertur, ad omne opprobrium, et mortem duxerunt
„crudelissimam, et turpissimam, prout demeruerunt devenerunt.

(18.) Legendum 23. ut infra etiam scribitur, cum Pascha eo anno in XXVI. Martii inciderit.

fuit

Raynerius III.

"Dominus autem Epus habuit tantam laetitiam, et fuit tan-
"tum gaudium in Civitate, et Diocesi Vercellarum de capi-
"tione, et strage ipsorum, quod vix posset lingua expri-
"mere, et calamus denotare. Praedictorum autem exercituum
"Duces et Capitanei fuerunt pro Dño Epo, et nobilis Dñus Ja-
"cobus, et Dñus Petrus de Quaregna, et Thomas de Casanova
"Advocatus. Post captionem autem huiusmodi, dictus Dul-
"cinus una cum praefato Longino, in die Sabbathi Sancta,
"in Castro Bugelli fuerunt praefato Dño Epo praese-
"ntati. Cui Dñus Epus ipsos cum fortibus compeditibus,
"manibus, collo, et pedibus ipsorum, iussu Summi Pon-
"tificis fecit diligenter custodiri in suis carceribus, ex-
"pectans quod praefatus Summus Pontifex Romanus vi-
"delicet Dñus Clemens Papa V. ordinaret, quid fieri deberet
"de eisdem, ad quem propter hoc, suas litteras destinavit.
"Quibus sic cum multis custodibus, et multis periculis,
"et expensis, in carceribus custoditis per tres menses (19.)
"vel circa, praefatus Dñus Papa suas litteras destinavit, con-
"tinentes quod ubi ~~delinquerant~~ deliquerant, stipendia meritorum
"suorum reportarent. Tunc praefatus Dñus Epus convo-
"catis Praelatis, personis Religiosis, Ecclesiasticis, et Laicis
"Jurisperitis quamplurimis, et habita diligentissima
"deliberatione, maturoque consilio de praemissis, Praedic-
"tos Dulcinum, Longinum, et Margaritam de Tridino,
"tradidit Judicio saeculari. Itaque dicta Margarita primo

(19.) Duo tantummodo menses, et dies octo intercesserunt a praedicto Dulcini Carcere, ad extremum eiusdem supplicium, captus namque die XXIII. Martii, igne poena mulctatus est ad primum Junii, ut paullo post narratur:

"prima fuit combusta super quadam columna alta posita
"in arena Servi (a) et plantata ibi, et ordinata, ut ab om-
"nibus videretur. Et ita combusta fuit praesente ipso Dul-
"cino, vidente comburi eam. Postmodum Dulcinus, et Longinus
"praedicti, ligatis manibus, et pedibus ipsorum, super plau-
"strum positi, in loco alto, ut ab omnibus videri possent,
"positisque ante eorum conspectum vasibus igne plenis,
"ordinatisque ad calefaciendas tenabolas, ad comburendum
"carnes ipsis, adhibitisque carnificibus, qui cum tenabolis
"ferri candentis, carnes eorum laniabant, et frustatim
"in ignem ponebant, ductique fuerunt per plures vias,
"ut eorum poena longior, et gravior esset, et multi,
"quos laeserant in personis, et habere, videntes tantam stra-
"gem, talemque iustitiam fieri de eisdem, consolatio-
"nem habuerunt de vindicta, poenaque eorum, et aliis
"transeat in exemplum, bonis ad laetitiam, malis vero
"ad supplicium, et totius sectae praedictae pravorum,
"detrimentum, et opprobrium sempiternum. Praedictae
"autem poenae illatae fuerunt, praedictis Dulcino, et
"Longino in locis diversis, videlicet Dulcino in Civitate
"Vercellarum, ipsum ducendo cum cruciatibus, et tor-
"mentis supradictis, per vias vicos et plateas dictae Civi-
"tatis; Longino vero in loco Bugellae. Et tormenti-
"bus ipsorum, nec etiam dicta Margarita, unquam vo-
"luerunt convenire preces, sibi peractio, nec alio quovis

(a) Additio. Servus alias Cervus. Fluvius qui oritur in extremis montibus Vallis Andurnii Diocesis Vercellensis, discurrit prope Bugellam, et tandem in Sysitem influit haud longe a Civitate Vercellarum.

Raynerius III.

modo converti ad Dominum Jesum Christum, et adversam fidem Catholicam, sic sic miserabiliter, in eorum pertinacia, et cordis duritia perseverant.

Igitur praeclarus Dei Episcopus, uti bonus Athleta, Curiae Domini Nostri Jesu Christi tot contulit dignitates, et honores, cui etiam Omnipotens Deus tantam gratiam contulit, ut pene nequam haeresim, et rabidam dissiparet, cum ~~nunquam~~ numquam in Mundo visa fuerit similis in malitiis, astutiis, et crudelitatibus, vel audita: imitando vestigia Beatissimi Martyris et Patroni mei Eusebii, qui delevit haeresim ~~Arianorum~~ Arianorum, qui tunc temporis regnabant, et fidem Catholicam polluebant, damnabant, et quantum poterant expugnabant; sic ipse Reverendus Dominus Episcopus Raynerius, qui fuit septuagesimus tertius a Beato Eusebio Epo memorato, cui post tam longa tempora merito successit in loco pariter et sede, praedictum Dulcinum haeresiarcham, sectamque sectantium abominabilem, et nefandam, mosque complices, et fautores, Deo dante, qui ipsos canes pestiferos, in suis manibus miraculose conclusit, et meritis Beati Eusebii, extirpavit pariter, et contrivit, adeo quod non est verisimile, quod unquam perniciosa illa secta resurgat, cum sit sine capite, et de eis respicientur mortui, et interfecti morte crudeli (20.) plus quam mille trecenti. Steterunt autem ipse praedictus Dulcinus, ~~et sui~~ sequaces postquam ~~ascenderant~~

---

(20) Hinc dilucide colligitur scriptorem fuisse hanc historiam eo tempore, quo res gerebantur, cum de iis tamquam sibi praesentibus Auctor loquatur.

"Sacra superius nominata super dicto monte Zebello, qui
"dictos suos Rebelles, uno anno, et plus quia ascenderunt
"anno currenti 1306. die Jovis 10. Martii, et sequenti anno
"in eadem die Jovis Sancta, quae fuit 23. ejusdem mensis
Martii, capti, mortui, et devicti fuerunt, et deducti ad op-
"probrium sempiternum. Captus autem fuit praedictus Dul-
"cinus haeresiarcha, et supra, anno praemisso 1307. die prima
"mensis Junii, factaque fuit victoria, et vindicta praedicta per
"Dominum Episcopum antedictum, Pontificatus sanctissimi Patris
"Dni Clementis V. qui anno secundo, eo existente in sua
"curia, in Civitate Avenionis, cujus idem summus Pontifex
"erat Archiepiscopus, qui fuit ad summi Pontificatus apicem e-
"vocatus; qui summus Pontifex quando de exterminio
"praedictae sectae, quam nimium mirabiliter habebat
"exosam, compatiens doloribus, laboribus et expensis, ac
"perditionibus personarum, et rerum quas perdiderunt
"Dnus Epus, ubique tamquam benemerito, retribuere
"cupiens, qui tam viriliter, et fideliter laboraverat in
"vinea Domini Sabaoth, multos honores, multasque gra-
"tias contulit (21.) Dno Epo memorato, ac ejus actoribus,
"Praedictis domino Jacobo et Petro de Quarenia, Thomae
"de Casanova Advocato, quos idem Dnus Epus ad prae-
"sentiam summi Pontificis designavit, eorum praemia
"recepturos, quia tamquam Capitanei dicti Epi, prae-
"cipuas operationes exstiterunt praedictorum bonorum,

(21.) Legi possunt in Ferrario, et Ughellio tria diplomata, quibus Clemens V. gratum animum suum ostendit erga tantum catholicae fidei propugnatorem, simulque graves tam obstinati belli expensas munifica largitate pensavit.

Rasponsum[?] iii,

"et multos labores in servitio Sacrosanctae sedis Apostolicae, et
"fidei Orthodoxae propi fuerant, procurantes, et personaliter
"existentes, in exterminio praemissorum haereticorum, et
"in victoria praefata.

"MCCCVI. Die Jovis Sancta x. mensis Martii, praedictus ~~Dul~~"
"~~cinus~~ Frater Dulcinus haeresiarcha venit super montem Zebelli, qui
"est super montibus Trivorii cum perfidis sequacibus suis
"MDC vel circa, et sequente anno die Jovis Sancto, quae
"fuit XXIII. mensis Martii MCCCVII. captus et delatus fu-
"it cum suis pestiferis omnibus sequacibus. (6)

"Item notandum quod expulso Dulcino cum suis sequacibus
"de dicto Monte Zebello, ut supra narratum est, Rectores Ecclesia-
"rum Longinqua, et alii sacerdotes, qui coniurabant Daemones
"et spirituales nequitias propter grandinem, mittebant, ut fertur
"et fuisse dictum fuit ab antiquo ipsos maligmos spiritus
"in montem Gofarum, putantes dictum montem fore inha-
"bitabilem, et ibi prope nullos homines habitare, et nullas
"ipse terras habitabiles et laboratas. Quapropter, seu alia causa,
"quolibet anno multoties ipse locus Trivorii spoliabatur a gran-
"dinibus, et spiritibus malignis, omnibus bonis campestribus,
"taliter quod parum vel nihil recolligebant, et ob id oporte-
"bat homines quamplures ipsius loci Trivorii mendicare, et
"locum, ac terras suas relinquere, et absentari. Idcirco homi-
"nes, et nomula[?] dicti loci Trivorii, Divina inspiratione
"voverunt Omnipotenti Deo, et S. Bernardo, quod si a dictis
"grandinibus liberarentur, et cessarent spirituales nequitiae

(6.) Hic desinit historia Fratris Dulcini ab Anonymo conscri-
pta. Reliqua quae sequuntur, sunt addita a Notario Romerio[?],
sicut etiam notavit Muratorius.

"reguitiae eos spoliare bonis suis compestribus, quoi in honorem Dei,
"et Sancti Bernardi fecerunt sacellum in cacumine dicti montis
"Rabelli, postea dictis Gasparonum, et nunc appellatur Mons S.
"Bernardi; et donata, ac favente Deo factum, constructum, et
"aedificatum fuit dictum sacellum in cacumine montis prae-
"dicti, inde consecratum cum duobus Altaribus, et multis pic-
"turis, et imaginibus B. Mariae Virginis, et aliorum sanctorum
"ad honorem Dei, deintus, coopertumque lapidibus, et totis
"pulchrum, decens, et honorabile. Et in die festo Sancti Ber-
"nardi, qui celebratur die 15. Mensis Junii, populus Erivorsi,
"Moni, & Cossati, et Cossolae, ad dictum ~~montem~~ sacellum
"cum suis Presbyteris, sive curatis, necnon cum vexillis, et
"Crucibus in dicta die, videlicet una persona pro quolibet
"foco dictorum locorum, vadunt, et ascendunt devote in
"processione. Et in eadem die ultra dictas processiones,
"multi homines locorum Crepacorii, et aliarum Villarum
"circumstantium, ad dictum sacellum ascendunt pro conse-
"quendis indulgentiis ibidem a Summo Pontifice concessis,
"et pro accipienda Caritate, quae ibidem annuatim distribuitur
"per homines dicti loci Erivorsi. Ipsa namque die Sancti
"Bernardi, in dicto sacello, multae celebrantur missae, et Villa,
"et homines dicti loci Erivorsi non ex aliqua obligatione,
"sed sponte, et ex eorum devotione libera, distribuunt in
"dicto monte per singulos annos Charitatem panem videlicet
"annis libras et ultra pro quolibet persona ibi existente.
"Et deinde ultra praemissa ipse populus Erivorsi cum
"suis Curatis, vexilla et Cruce, vadit et ascendit annuatim ter,
"in processione ad dictum ~~montem~~ sacellum, videlicet di-
"ebus S. Annae, S. Margaritae, et S. Grati, in quibus diebus
"celebratur per curatos praedictos missa in dicto sacello,

Rosignerius III.

"Sacello, et circumdatur cum populo ibidem assistente, ipsum Sacel-
"lum processionaliter, et devote, portando in dicta circumdatione,
"Imaginem S. Bernardi, quae est in dicto Sacello, aliaque
"solemnia, et necessaria faciendo, quorum hominum memoria
"non extat in contrarium. (c)
"Addita sunt supradicta, post historiam Fratris Dulcini per
"Dominum Johannem Bonesium Notarium publicum de
"Triverio. Quae omnia notoria sunt, et manifesta, ad laudem,
"et honorem Omnipotentis Dei." Finis."

6. Hujus historiae exemplar archetypum, aliquando extitisse
in Archivio seu Capituli, seu Episcopatus, constat ex
Generio nostro, qui fol. 192. eam summatim recitat ex
tabulis Ecclesiae. Extat in Archivio Civitatis Charta diei
19. Julii 1306. in qua legitur Commune Vercellarum per-
solvisse militibus pugnantibus ad vallem Triverii ad-
versus perfidum Dolcinum, lib. 120. Papiens. Carolus a Ba-
silica

(c) Quae in hoc additamento leguntur, adhuc durant. Nam ad
hanc usque diem, oratorium illud, quod dicitur erectum in cu-
cumine montis Zebelli, S. Bernardo dedicatum, superstes est, magna
fidelium devotione frequentatum, qui potissimum die 15. Junii,
cum S. Bernardo Augustano Archidiacono sacra, ac turmatim ex cir-
cumiacentibus Paraeciis, conveniunt, pro exterminatione Gazzaro-
rum, et Spiritualium nequitiarum, ut ipsi aiunt, Deo gratias acturi,
supplicationibus Eleemosynas addentes, quae in ea die, publico com-
munium sumptu, erogantur, sicut in additamento. In eo
monte adhuc visuntur Speluncae arte excavatae, quae olim
Gazzaris erant pro nido, nenon acervi lapidum, et caemen-
torum, qui manifesto indicio sunt, ibi fuisse castra
Gazzarorum.

Basilica Petri Nov. sac. fol. 1460 Examen narrat historiam ex quodam Commentariolo (sunt ejus verba) de rebus Fratris Dolcini, qui apud Inquisitorem Vercellensem repertus est rudi quidem stylo, conscripto, sed tamen eo tempore, quo res acciderunt.

Raynerius III.

7. Hoc bello feliciter per Raynerium confecto, Clemens V. pro tantis in Ecclesiam meritis, vicem redditurus, eumdem pluribus cumulavit privilegiis, nempe quod in visitationibus moderatas procurationes in pecunia exigere valeret: quod immunis esset a quibuscumque oneribus, et decimis: et quod in Diaecesibus Vercellensi, Novariensi, Astensi, Taurinensi, Eporediensi, ac, haberet conferendi Ecclesiastica Beneficia. Diplomata recitant Ferrerius, et Ughellius, ex Tabulario nostro, ut sequitur.

1. „ Clemens Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Raynerio Epo Vercellensi salutem, et apostolicam Benedictionem. Considerantes magnae devotionis affectum, et tuorum excellentiam meritorum quibus te amabilem quod Apostolicam sedem, ob - - - - - tuorum exhibitionem quorum reddidisti, diligentius arbitrantes, necnon affirmantes damna, rerum et debito, quae tu, et Ecclesia tua Vercellensis, pro exterminatione iniquitatis filii Dolcini, et sectae ejus, qui in partibus illis, heresim exercerant, incurristis, ac volentes propterea tuis, et eiusdem Ecclesiae laesionibus, de aliquo opportuno consolationis remedio, benignius providere, tuis devotis supplicationibus inclinati, fraternitati tuae, ut pro huiusmodi reparandis damnis, et iacturis illatis, ac pro debitis eisdem contractis, levius supportandis, possis quoad vixeris, Ecclesias, et Monasteria, et loca Ecclesiastica, ac personas tuarum Civitatis, et dioecesis, prout tibi competit, et antecessoribus tuis competiit ab antiquo, quoties tempus visitationis ingruerit, per

Raynerius jii.

confecerit

„aliquam, seu aliquas personas, id confueris, visitare, ac pro-
„curationes moderatas, ratione huiusmodi visitationis tibi
„debitas, in pecunia numerata recipere, et ab Ecclesiis, et Mo-
„nasteriis, bonis, et personis eisdem taliter visitatis, aucto-
„ritate praesentium, exigere, non obstantibus quibuscum-
„que constitutionibus, et consuetudinibus, vel statutis contra-
„riis, seu privilegiis, et indultis Apostolicis, quibuscumque
„concessis, de quibus, eorumque totis tenoribus, de verbo ad
„verbum, oporteret in nostris litteris fieri mentionem, et per
„quae praesentibus non expressam, vel taliter non in-
„sertam, effectus huiusmodi gratiae impediri valeat vel
„quomodolibet differri. Nulli ergo omnino hominum liceat
„hanc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei, ausu
„temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpse-
„rit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri
„et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Dat. Pic-
„tavii IV Non. Iulii, Pontificatus nostri anno secundo„ hoc est
anno 1307.

2. „Clemens Episcopus Servus servorum Dei, Venerabili Fratri
„Raynerio Epo Vercellensi salutem et Apostolicam benedictionem.
„Cum, sicut opus, et fide dignorum testimonio accepimus
„personarum, exorta dudum, et iam Deo adiuvante, ex-
„tincta persecutione per detestabilem Dulcinum, et sectam
„eius, in Diocesi Vercellensi, et partibus illis, discrimina in
„patrimonialibus, et eiusdem Ecclesiae bonis, tam stabilibus,
„quam mobilibus, castris et villis irrecuperabilem laesionem,
„sub- - - - - - iacturam, non absque multorum eiusdem
„Ecclesiae vasallorum periculo personarum, ac pro tuo
„magna debita nonnulla contraxisse, propter quae tota
„Ecclesia ipsa, in facultatibus non modicum diminuta, con-

o ipsa,

pulsa

Raynerius III.

„consueta onera supportare non possitis, vel potestis, nec ad
„eorundem damnosum reparationem et debitorum solutio-
„nem faciliter respirare. Nos ob id, ut tibi, et eidem Eccle-
„siae ~~tuae~~, in hac parte utilius consulatur, volentes te et
„Ecclesiam ipsam, de alicujus consolationis solatio relevare
„te a quibuslibet Pontificalibus collectis, contributionibus et
„procurationibus Legatorum Apostolicae sedis Auctoritate
„tibi et ipsi Ecclesiae impositis, aut etiam in posterum
„imponendis, quoad vixeris, Apostolica auctoritate eximi-
„mus, atque absolutionis de gratia speciali, fraternitati
„tuae, tenore praesentium concedentes, ut nec per no-
„stras, nec per Legatorum Apostolicae sedis litteras, impe-
„tratas hactenus, etiam si iam sit per eas ad provisionem
„processum, vel de caetero impetrandas, etiam si contine-
„atur in ipsis, quod earum impetrationibus quaelibet A-
„postolica indulgentia non obstet, vel quantumcunque
„alias pro eis praecise scribatur in illis, nisi plenam et
„expressam de praesentibus fecerint mentionem, providere
„re ulterius, quoad vixeris, in provisionibus, collectis, et
„procurationibus memoratis, praedictae sedis Legatis aliqua-
„tenus tenearis, nec possis ad huiusmodi provisiones, collectas,
„et procurationes, a quibus te duximus absolvendum, per prae-
„dictas literas contrarias interdicti, et Excommunicationis sen-
„tentias contra te quomodolibet forsitan promulgatas, de
„gratia sedis Apostolicae relaxamus, ac eas promulgan-
„das decernimus ex tunc irritas, et inanes, et nullius penitus exis-
„tere firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
„paginam nostrae exemptionis, absolutionis, et concessionis, re-
„laxationis, et constitutionis infringere, vel ei ausu teme-
„rario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpse-

rit

Raynerius III.

"indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli
"Apostolorum ejus, ~~indignatio~~ se noverit incursurum. Datum
"Pictavii IV. Non. Julii Pontificatus nostri anno secundo."

J. v. Clemens Episcopus servus servorum Dei, Venerabili
"fratri Raynerio Episcopo Vercellensi salutem et Apostolicam
"Benedictionem. Eximiae devotionis affectus, quem ad nos, et Romanam Ecclesiam habere dignosceris, promeretur, ut Apostolicae Sedis consueta benignitas, personam tuam in his, quae digna postulas, favorabiliter prosequatur, et tibi se reddat ad gratiam liberalem. Volentes igitur tuam honorare
"personam, et per honorem tibi exhibitum pluribus
"volens providere, Fraternitati tuae auctoritate nostra
"concedimus hac vice, prout ad te pertinet, et faciendi per te, vel alium, seu ~~per~~ alios ex nunc in
"tua Vercellensi ac Novariensi, Astensi, Eporediensi,
"et Taurinensi Cathedralibus, et in Sancti Gaudentii Novariensis, S. Secundi Astensis, et in S. Joannis Modoeciensis,
"Dioecesis Mediolanensis, nec non in singulis tuarum
"Vercellensis Civitatis, et Dioecesis, in quibus duo, vel plures
"Beneficiati habentur, Ecclesiis in singulis, videlicet earumdem Ecclesiarum singulas personas idoneas in Canonicos recipi, et in fratres, ac providendi earum cuilibet, in
"Praebenda, seu Beneficio Ecclesiastico, et duabus ex eisdem
"personis, aut aliis in duabus earumdem Ecclesiarum, uni
"et una, alteri in altera earum, de dignitate una cum,
"vel sine cura, si quae in Ecclesiis ipsis vacant, ad praesens, alioquin Praebendas, beneficia, et dignitates hujusmodi, si non vacant ibidem reservandi eadem auctoritate, tuae collationi, personis ipsis, eodem modo, cum

vacaverint

,,cum vocaverint, conferendi, et providendi eis de illis, recipiendi personas easdem, vel procuratores earum, in corporalem possessionem earundem Praebendarum, Beneficiorum, et Dignitatum, quae ut te conferri contigerit eisdem, ac iurium, et pertinentiarum ipsarum, et defendendi inductas, recipiendi personas illas, quibus de dictis praebendis, Beneficiis, et Dignitatibus duxeris providendum, ad Praebendas, Beneficia, et Dignitates earundem, cum vocaverint, prout est moris admitti, ac personis ipsis de Canonicatuum, Praebendarum, Beneficiorum, et Dignitatum praedictarum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, et obventionibus universis, integre responderi, ... contradictores auctoritate eadem, appellatione postposita, compescendi, non obstantibus de certo Canonicorum numero, et quibuslibet aliis statutis, et consuetudinibus contrariis earundem Ecclesiarum, iuramento, confirmatione sedis Apostolicae, seu quacumque firmitate alia roboratis, aut si aliqui Apostolica, vel alia quavis auctoritate, in eisdem Ecclesiis in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisione cuique facienda de dignitatibus, Canonicatibus, et Praebendis, aliis Beneficiis Ecclesiasticis, in eisdem Ecclesiis specialiter, vel in illis partibus generaliter dictae sedis, vel Legatorum eius, litterae sint obtentae, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus, praeterquam auctoritate nostra, in eisdem Ecclesiis, receptis, aut praebendas, Beneficia, et dignitates, expectantibus, personae praefatae eidem, sed nullum per hoc eis,

Augusius [illegible]

„ nec hoc esse quoad assecutionem aliorum Canonicatuum,
„ Praebendarum, seu Beneficiorum, et Dignitatum prae-
„ iudicium generetur, aut si Venerabilibus Fratribus, nos-
„ tris Novarien., Astens., Yporien., et Taurinensi Epis,
„ aut dilectis filiis Capitulis praedictarum Ecclesiarum,
„ vel quibusvis aliis communiter, vel divisim, a praefata
„ est Sede indultum, quoad receptionem, vel provisionem
„ aliquorum minime teneantur, quodque ad id com-
„ pelli, aut quod interdici, suspendi, vel excom-
„ municari non possint, sive quod de Canonicatibus,
„ Praebendis, seu Beneficiis, et Dignitatibus earumdem
„ Ecclesiarum, vel ad eorum collationem, provisionem,
„ aut quamvis aliam dispositionem, coniunctim, vel separa-
„ tim spectantibus, nequeat aliquibus provideri per litte-
„ ras Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac
„ de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentio-
„ nem, seu quibuslibet aliis dictae Sedis indultis ge-
„ neralibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant,
„ per quae praesentibus non expressam, effectus huius-
„ modi nostrae gratiae impediri valeat quomodolibet,
„ vel differri, de quibus, eorumque totis tenoribus, in
„ nostris litteris habenda sit mentio specialis, vel si perso-
„ nae praefatae, aut Beneficiatae existant, liberam aucto-
„ ritate praesentium concedimus facultatem. Datum Pic-
„ tavii IV. Non. Iulii, Pontificatus nostri anno secundo."

Nunc ad ea, quae Vercellarum gesta Communis concernunt,
regrediamur.

3. Vercellenses anno 1306., teste Irico fol. 104., Ecclesiam de
[illegible] altam, oriente anni cuiusdam dira obsidione
premere aggressi sunt. Nec tamen interea sociis suis de-
fuere.

Rajineriy III.
Placent.

dispere. Narrat Chron. Parm. rer. Ital. to. 9., et Chron. Placent. rer. Ital. to. 16. apud Murator. hoc anno Albertum Scottum Placentiae Dominum, de quo supra, facto exercitu, in quo aderat Galeatius Vicecomes Matthaei filius, adversus Papienses, Vercellensium foederatos, nonnulla Papiensium castra expugnasse, agrumque diripuisse; sed supervenientes Vercellenses cum sociis, inter quos et Joannes Montisferrati Marchio, eum inde depulisse, factaque incursione, agrum Placentinum ad portas usque Civitatis, ingenti abducta praeda, devastasse.

9. Anno 1305. die 18. Januarii, Joannes Montisferrati Marchio, dum Eridanum adhuc Vercellensium armis praemunitus, diem clausit extremum in Castro Clavasii aetatis annorum 29., nulla stirpe relicta; condito sub eadem die testamento, (quod recitat Sirius fol. 102.) in quo Montisferrati heredes scripsit Dominam Violantam sororem suam, Imperatricem Graecorum, et filios eius; interim tamen recommendavit totam terram suam et Marchionatum in custodiam, protectionem, defensionem, et gubernationem Communis Papiae, et Dni Manfredi Marchionis Salutiarum, et Dni Comitis Filipponi de Langusco Comitis de Lomello, ut eam regant, gubernent, et defendant usque ad eventum heredis. Egregius utique Princeps, et bellicae indolis, qui procul dubio gesta Patris aequasset, si diutius in vivis remansisset. Errat tamen Sirius asserens fol. 106. Vercellas et Novariam a Joanne in suam redactas fuisse potestatem. Nam est certo certius huic Principi in Vercellensis et Novariensis nullum fuisse jus praeter foedus, et amicitiam. Scribit praeterea ibid. Sirius, tantam benevolentiam apud

Rayneriy III.

apud subditos sibi paraspe Joannem, et Emanuelem Vercellarum Phisicum, veluti eos mortis reum, quia ipsum sanitati non reddiderat, interfecerint, interfectumque comiarint. Cum Joanne extincta est mascula soboles Alerami.

10. Eodem anno 1305. Papienses, quorum fidei, Joannes moriens, Testamentum Marchionatum commendaverat, intercesserunt, et quaestio de Exiduo, inre dominationis ob armis diremptum est, et Exidui obsidio soluta. Exstat in Archivio Civitatis Charta compromissi diei 22. Maii, qua Manfredus Salutiarum Marchio, Marchionatus Montisferrati Gubernator, de consilio sapientum, et Optimatum Montisferrati, et Exidui quaestionem hereditatem, definiendam committit Dominis Philippo Longino Comiti Palatino de Lomello, et Guidoni de la Turre. Ecce.

" Anno Nativitatis Dni MCCCV. Indict. III. die XXII.
" Mensis Madii in Castro Pontis Sturae. Nobilis vir Domi-
" nus Manfredus Marchio Salutiarum, Gubernator Mar-
" chionatus, et Terrae Montisferrati, et hereditatis quondam
" Illustris viri Dni Joannis Marchionis Montisferrati, prae-
" sentibus, volentibus et consentientibus Dnis Bonifacio de Ilio,
" Jacomo de Gabiano, Jacomo de Ozano, Conrado de Fu-
" nio, Uberto de Mirolio, Jacino de Montilio, Henrico de S.
" Stephano, Mileo de S. Stephano, Nicolao de la Sala,
" Jacomo de Ilio, Sadino Advocato de Sancto Jorgio
" Persivallo de Cortello, Gisono de Coconato, Melchiorio
" Merlo, Ramerio Nasia de S. Salvatore, Jacomo Morallo
" de Vignali, et Maphco bastardo de Montisferrato sa-
" pientibus, et Consiliariis, et Vassallis dicti Marchionatus,

Rayneriis III

"Marchionatus, et Ioanne de Novello, Ugazone de Novello, Iacio Conrado, Iacomo de Sulo, Alberto de Garana, Iacomo Madio, Iacomo Portonario, et Magistro de Stalle, Ambaxatoribus, et sapientibus loci Ercidini, ad preces et instantiam Dnorum Alberti de Porta Laudensi, Militis Marcelli, Ildebordi et Alberti de Codio Iudicis, Ambaxatorum Communis Papiae, et de consilio ipsorum, nomine ipsius Marchionatus, et hereditatis, promiserunt infrascripto Francino Notario, publicae personae stipulanti, et recipienti nomine, et vice, Communis et hominum Civitatis Vercellarum, stare in arbitrio, et sententia de iure proferenda per nobiles viros Dnum Philippomum de Langusco Comitem Palatinum de Lomello praesentem, et Guidonem de la Turre absentem Arbitros electos per ipsum Dnum Marchionem, de omnibus et super omnibus querimoniis, quaestionibus, litibus, controversiis, et discordiis quae sunt, et moventur, seu esse, et moveri possent modo aliquo inter ipsum Dnum Marchionem nomine dicti Marchionatus, ex una parte, et dictum Commune et homines Vercellarum ex altera, nomine et occasione loci Ercidini, et eius districtus, iurisdictionis, et pertinentiarum ipsius loci; eo modo quod liceat dictis Arbitris, super praedictis cognoscere, sententiare, diffinire summarie, et de sore, quolibet tempore feriato, et non feriato, partibus praesentibus, et absentibus, legitime tamen citatis, quibus feriis dictus Dnus Marchio dicto nomine, ex nunc sponte renuntiavit, et omne, et totum id quod sententiatum, et pronuntiatum fuerit de iure, per dictos Arbitros super praedictis, dictus Dnus Marchio

Raynerius III

"Dictus Marchio nomine quo supra, promisit infrascripto
"Francino recipienti nomine quo supra, attendere
"et observare, et ratum, et firmum omni tem-
"pore habere, et tenere, et contra non venire mo-
"do aliquo, sub poena marcharum decem millia
"argenti, qua poena soluta, vel non, rato nihilo-
"minus manente, et ratis, et firmis permanentibus
"omnibus his, et singulis, quae pronuntiata, et in-
"terlocuta fuerint per arbitros suprascriptos, quam
"poenam, si in eam inciderit, promisit dictus Do-
"minus Marchio dicto nomine & quo supra, dare, et sol-
"vere ut supra dictum est, una cum expensis
"omnibus, quae fierent pro ipsa poena petenda, et ex-
"igendo de expensis suo sacramento faciendo, non
"ei crederet; et inde infrascripto Francino Notario reci-
"pienti nomine quo supra, omnia bona, dicti Mar-
"chionatus, pignori obligavit. Quod vero compro-
"missum dictus Dominus Marchio, suprascripto compromisso,
"et suprascripto nomine voluit, et ordinavit valitu-
"rum usque ad Kalendas augusti proxime ~~venturi~~
"venturi, quem terminum dicti Arbitri possint pro-
"rogare usque ad festum Paschae resurrectionis Domini,
"et tantum minus, quantum eis placuerit, et eis
"melius videbitur expedire. Hoc acto, et expresso, in prae-
"senti compromisso, in principio, medio, et fine, quod
"omnia, et singula iura, tam in compromisso vel quasi,
"vel inquisitionis, quibus dictus quondam Dominus Ioan-
"nes Marchio Montisferrati poterat, et Civitati
"ante poneret tam occasione iuris quam occasione prae-
"dictorum morum, quam alia quacumque de causa

& Dicto nomine, infrascripto Francino Notario recipienti nomine
quo supra dare

~~de causa~~ Rajneriis III.

"de causa, et quae eidem pertinebant, et pertinere videban-
"tur, quacumque ratione, vel causa possit dictus Mar-
"chio nomine quo supra, uti coram dictis arbitris,
"scutti ipse Dominus Joannes Marchio Montisferrati
"poterat, et potuisset tempore vitae suae, et si conti-
"gerit intentionem non probari super praedictis,
"infra praedictum terminum, seu terminos, quod
"locus Credini sit, et esse debeat in eo statu, in quo
"nunc est penes dictum Marchionatum. Dominus
"Bozzanellus de Alfiano iuravit in animas dictorum
"Dñi Marchionis, et Vassallorum Montisferrati, prae-
"dicta omnia, et singula attendere, et observare, et non
"contrafacere, vel venire modo aliquo, seu causa, re-
"nunciando omnibus probationibus, et depositionibus tes-
"tium contra praedicta, omni alii iuri, exceptioni, de-
"fensioni, et consuetudini, Legum, Canonum, auxilio
"contra haec omnia, et singula, et inde dictus Dñus
"Marchio praedicto consensu, et nomine quo supra,
"hanc Chartam fieri iussit. Interfuerunt Hanrigotus
"de Sparoga, Petrus de Cricorro, Comes Palatinus de Lo-
"mello, Dñi Bonifacius de Solutio, Georgius de Solutio
"fratres, Boronus de Corezolis Prior ordinis hospitalis
"S. Joannis Ierosolymitani in Lombardia, Leonus de
"Loazonis, Obertus Legulus Iudex, et Raymundus de Ber-
"tramenghis Iudex, et plures alii inde testes. Ego Fran-
"ciscus de Ostrava Notarius Publicus hanc Chartam mi-
"hi fieri iussam scripsi"

11. Sequenti die in eodem Arbitros consenserunt Rizardus de
Petra Sancta Vercellarum Potestas, Simon Advocatus de Ca-
lobiano, Ionselmus de Palestro, Gottofredus de Cerridono,

Vassalli

Raynerius III

Henricus de Quarto, Franciscus de Quarto, Nicolaus de Clilo, Ubertus Bertuotus, et Egidius de Arborio, nomine Civitatis, et Communis Vercellarum. Quod deinde ratum habuit Commune ipsum sub 9. Julii ejusdem anni. Id constat ex duobus Chartis Archivii Civitatis 23. Maii, et 9. Julii, quas transcribere supervacaneum arbitramur, cum contineant illud ipsum quod legitur in compromissi Marchionis Salutiarum, more recitato.

12. Exinde coram hujusmodi Arbitris, Causa hinc inde prolatis Chartis, et documentationibus agitata fuere, quas eodem Archivio videre licet. Sed cum identidem Salutiarum Marchio protestaretur se non consentire in aliquo ex his quae fiebant, nisi in quantum ipsius compromissum valeret et extenderetur; suspicio Vercellensis incessit ne forte Marchio, Compromittendi auctoritate careret. Quare ubi rem consulere censuerunt, prout legitur in sequenti documento ejusdem Archivii.

„ In Nomine Domini. Anno a Nativitate ejusdem
„ MCCV. die Dominica XXIX. Augusti, Indictione III. in
„ Castris Papiensium sitis prope Mortariagum, subtus Pa=
„ vilionem Viri Magnifici Dni Philippini de Langusco Co=
„ mitis Palatini de Lomello, praesentibus Dno Pino de
„ Vernatio Potestate et Capitaneo Papiae, et Dnis Ardi=
„ cino de Marnono, et Bonifacio de Zoza, Scriptoribus Po=
„ testatis Mediolani, et aliis testibus Rogatis. Coram Ma=
„ gnificis, et Potentibus viris Dnis Philippino de Lan=
„ gusco Comite Palatino de Lomello, et Guidone de Caspi=
„ se Capitaneo Totius militiae, ac societatis partis Eccle=
„ siae Lombardiae, Arbitris electis a Domino Manfredo
„ Marchione Salutiarum, nomine, et parte Marchionatus
„ Montisferrati ex una parte, et a Domino Jacobo de Gos=

Manfredo

mario

Raynerius III.

„sindico Communis Vercellarum, nomine ipsius Communis
„et altera, de omnibus quaestionibus vertentibus inter ipsas
„partes, occasione terrae, et territorii, et iurisdictionis CrDini;
„et prout in ipso compromisso, hoc anno facto plenius
„continetur. Ibique vir providus Guizzardus de Masis, Nun=
„=cius, et Ambaxator nobilis viri Dni Tommasi de Marcan=
„na Potestatis, sapientum, Consilii, et Communis Vercellarum,
„exposuit qualiter tempore, quo tractabatur de compro=
„misso praedicto fiendo inter partes praedictas, dictum fuit
„per Dnum Simonem de Colobiano, et per alios sapientes
„Vercellarum, praedicto Domino Comiti Philippano, quod
„sapientes praedicti Vercellarum non credebant, quod com=
„promissum posset fieri per dictum Dnum Marchionem
„Salutiarum, valiturum, et tunc dictus Dnus Comes respondit,
„quod bene fieri poterat compromissum, et quod illud com=
„promissum, quod per ipsum Dnum Marchionem fieret,
„ipse Dnus Comes faceret, totaliter attendi, et observari, et
„quod ipse Comes cum Dno Guidone supradicto, super
„dicto Compromisso procederet, et pronunciaret, nulla excep=
„tione, seu oppositione in contrarium faciendis. Et
„post haec procedendo partes in causa, semper in qua=
„libet processu protestatus est Sindicus dicti Dni Marchio=
„nis, quod non consentit in aliquo, his quae fiunt,
„nisi in quantum Compromissum ipsius Marchionis va=
„let, et extenditur; ita quod ipse Dnus Marchio non con=
„fidens de hac quistione Crdini, videtur velle opponere,
„tempore sententiae, et ante, quod praedicti Arbitri
„pronuntiare non possunt, quia Compromissum non
„valet; et sic, si dicti Arbitri vellent pronunciare oc=
„=casione dicti Compromissi, quod diceretur non valere,

Raijnerius XIII,

"non valere, Commune Vercellarum decepturum esset, et faceret
"et fecisset expensas inutiles in quaestione praedicta. Quare
"cum Potestas, et sapientes Vercellarum ad requisitionem
"dicti Dni Comitis praedictum fecerint Compromissum sub
"verbis, et promissionibus praedictis, requirit dictos Ambaxatores
"praedictos Dominos Comitem Philipponum, et Guidonem
"nem de la Turre, quod eis placeat, et velint arbitrari,
"et pronunciare de quaestione praedicta, non obstante quod
"oppositum sit, vel opponatur, vel opponi possit, dictum
"Compromissum, vel aliqui processus facti, et pendentium
"causa praedicta, non valere. Qui vero Dni Philipponus,
"et Guido de la Turre arbitri ut supra, dixerunt, et respon
"nonem talem fecerunt praedicto Guizardo de Massis Nun
"cio et Ambaxatori, praedictorum Dnorum Potestatis et sa
"pientium Vercellarum, quod eorum intentionis, et vo
"luntatis est, et quod de eis placet, et volunt arbitrari et pro
"nunciare de quaestione praedicta, non obstante quod
"oppositum sit vel opponatur, vel opponi possit, di
"ctum Compromissum, vel aliqui processus facti, et
"fiendi in causa praedicta, per aliquam personam non
"valere, vel tenere, et quod facient et curabunt toto eorum
"posse, quod ea omnia et singula quae arbitrabuntur,
"et pronunciabuntur in quaestione praedicta, observen
"tur, et executioni mandentur omni occasione et ex
"ceptione remotis. Et de praedictis omnibus, praedicti
"Dni Comes Philipponus, et Guido de la Turre arbitri
"ut supra, et dictus Guizardus, dixerunt mihi Jacobo de
"Polla notario infrascripto, facere publicum Instrumentum
"praedicto anno, et die. Ego Jacobus de Polla Notarius

"Notarius Civitatis Mediolani, Portae Novae, Contratae
"S. Martini ad Naxxigiam, filius quondam Dñi Alberto, prae-
"dictis interfui et rogatus tradidi, et scripsi."

13. Ex hoc documento comprobatur quod legitur apud Co-
rium ad hunc annum. Narrat hic scriptor, quod men-
se Junio, cum Veronenses, et Mantuani intenderent
armis exules Bergomenses, in Patriam restituere, a Co-
mite Philippono Languscho, qui cum copiis auxilia-
ribus Mediolanensibus, Vercellensibus, Novariensibus, Cre-
monensibus, Laudensibus et Cumanensibus, Coravagium atque
eius obsidioni proximos, depulsi, dicto conatu supersederunt;
et quod postmodum probito Placentiae foederatorum conventu,
decretum fuit, et mense Augusti foederatorum ex-
ercitus, oppido Martinengum, in armis fuit adversus Bri-
xienses, Veronenses, et Mantuanos, ad quem subinde con-
venerint statuto tempore Papienses, Vercellenses, Novarien-
ses, Placentini, Dertonenses, Bergomenses, Laudenses, et Cremonen-
ses, numero 60 m.

14. Anno 1306. Philipponus Comes de Langusco, et Guido Tur-
rianus, Arbitri et supra in quaestione de Gridino, om-
nibus maturo examinatis, et discussis, litem in proposito
Vercellensibus adiudicarunt, prolata sententia, quam
mox damus ex Archivio Civitatis.

"In Nomine Domini Nostri Jesu Christi. Amen. Anno
"a nativitate eiusdem MCCCVI. die Jovis XXVIII mensis Martii Indictione
"IV. Cum multae, variae, et diversae quaestiones, lites, contro-
"versiae, et discordiae essent, verterentur, et moverentur,
"et versae, et motae essent, et adhuc maiores esse, verti,
"et moveri presumitur inter Commune, et homines Vercel-
"larum, seu Dnum Potestatem, Consilium et Commune

Bäyneriu[?] ...

Commune Vercellarum ex una parte, et Marchionatum Montisferrati, sive Dominum Marchionem Illustrem Marchionem Saluciarum, Gubernatorem dicti Marchionatus Montisferrati, nomine ipsius Marchionatus Montisferrati; ex altera, nomine et occasione loci Tridini, et eius districtus, iurisdictionis, et pertinentiarum ipsius loci Tridini; quarum occasione dictae partes se compromiserunt, et compromissa fuerunt in Magnificos, et Potentes viros, Dominos Philippum de Langusco Comitem Palatinum de Lomello, et Guidonem de la Turre, ut constat per Publica instrumenta compromissorum factorum per dictas partes, videlicet per Instrumentum compromissi facti per dictum Marchionatum Montisferrati, seu per ipsum Dominum Marchionem Marchionem Salutiarum, nomine ipsius Marchionatus Montisferrati de voluntate Vassallorum dicti Marchionatus Montisferrati, traditum, et scriptum per Franciscum de Otrano[?] Notarium, MCCCV. Inditione III. die Sabbati XXII. mensis Madii; et per aliud instrumentum compromissi facti per praedictum Dominum Potestatem, et Commune et homines Vercellarum MCCCV. Inditione III. die Veneris IX. mensis Iulii, traditum, et scriptum per Philippum de Palaco Notarium publicum; et cum praedicti Domini Potestas, Commune et familiares[?] Vercellarum constituerunt et fecerunt suos certos Nuncios, Sindicos, et Procuratores, Dominos Iacobum de Cosmario Iurisperitum, et Franciscum de Mussis, et quemlibet eorum in solidum, ut constat per publicum Instrumentum, traditum, et scriptum per Simonem de Auro, Notarium et Cancellarium Communis

Rügnering III

||Communis Vercellarum MCCCV. Indictione III., die Mercurii
||XXVI. mensis Maii. Et cum praedictus Dnus Manfredus
||Marchio Salutiarum, nomine ipsius Marchionatus
||fecisset, constituisset, et ordinasset Dnos Guillielmum
||de Rano, et Thomam de Gabiano, et quemlibet eo-
||rum in solidum, suos et dicti Marchionatus Mon-
||tisferrati, certos nuncios, Sindicos, et Procuratores etc. ut
||plenius continetur in quodam alio publico Instru-
||mento, tradito, et scripto per Iacobum de la Bassa de
||Parma Notarium MCCCV. Indictione III. die Mercurii
||XVI. Mensis Iunii. Et inde coram praedictis Arbitris,
||oblatus fuisset Libellus infrascripti tenoris, qui talis est.
||In Nomine Domini. Coram Vobis Magnificis Viris
||Dnis Comite Philippono de Langusco, et Guidone de
||la Turre, Arbitris electis, super contentionibus, et dis-
||cordiis vertentibus, seu quae verti sperarentur inter
||Commune, et Homines Vercellarum, ex una parte,
||et Potentem Virum Dnum Manfredum Marchionem
||Salutiarum, Gubernatorem Marchionatus Montisferrati,
||nomine, et vice dicti Marchionatus, ex altera, occa-
||sione Burgi, territorii, et iurisdictionis Tridini; pro-
||ponit Iacobus de Cosmario, sindicatorio, et Procurato-
||rio nomine Communis et Hominum Civitatis Ver-
||cellarum, quod existentibus Communi et Rectoribus
||Communis Vercellarum in possessione, vel quasi,
||Burgi et Territorii Tridini, et meri et mixti imperii,
||et omnis iurisdictionis, et imponendi fodra, et taleas
||in Commune, et Homines dicti Burgi, et Territorii;
||Tunc Magnificus Vir Dnus Ioannes quondam Mar-
||chio Montisferrati, iniuste intravit dictum Burgum,

[illegible]

,, et Praedictos Commune, et Rectores Vercellarum spoliavit,
,, et privavit possessione, vel quasi. Quare petit, ut arbitre-
,, mini, et pronuntietis Commune, et Homines Rectores
,, Vercellarum debere restitui, et restituatis ei possessionem,
,, vel quasi, exercendi merum, et mixtum imperium, et om-
,, nem iurisdictionem, et imponendi fodra, et Collectas
,, Communi, et hominibus, et singulares personas, et Uni-
,, versitatem dicti Burgi, et Territorii de Esedino, non
,, obstantibus contradictionibus dicti Dñi Marchionis, Sa-
,, lutiarum, dicto modo, et nomine, nec alterius alicuius
,, personae, nec Universitatis. Item praefatum Dñum Mar-
,, chionem Salutiarum, nomine dicti Marchionatus
,, Montisferrati, et ipsum Marchionatum privandum
,, esse, et privetis omni iure, quod dictus quondam Dñus
,, Marchio Montisferrati habebat in praedictis, si quod
,, habebat, et si non habebat, ad aestimationem praedic-
,, torum dandum praedicto Sindico, praedicto nomine,
,, et per eum ipsi Communi Vercellarum, seu ipsi
,, Communi. Item petit expensas factas, et protesta-
,, tur de faciendis. Protestatur tamen quod non as-
,, tringit se ad praedicta omnia probanda, sed solummo-
,, do ea, quae sibi sufficiant. Super quo libello, seu
,, petitione, legitime lis contestata fuit, et positiones
,, datae per utramque partem, et responsiones factae
,, ad ipsas Positiones, et Capitula, et interrogatoria data
,, per utramque partem, ut supra, et testes producti
,, per quamlibet ipsarum partium, super Capitulis,
,, et interrogationibus ab utraque parte porrectis. Unde
,, Praedicti Arbitri, volentes dictas quaestiones, fine de-
,, bito terminare, habito super his consilio infrascripto-
rum

„infrascriptorum omnium sapientum, in concordia videli-
„cet Dnorum Uberti Rosvanarae, Jacobi Butirae, Alber-
„ti de Godio, Jacobi de Modestia, Petri de Laudessis,
„Ardizi de Annono, Juliani Magoni, et Bonifacii de
„de Zara, Jurisperitorum, qui diligenter viderunt, et exa-
„minaverunt praedictam petitionem, factum, et Posi-
„tiones, quas fieri voluerunt per utramque dicta-
„rum partium, et dicta testium productorum per
„quamlibet dictarum partium, et qui diligenter vi-
„derunt, et intellexerunt, et examinaverunt omnia, et sin-
„gula, quae coram ipsis Arbitris, et ipsis Consi-
„liariis dici, ostendi, et allegari voluerunt per quamli-
„bet ipsarum partium, seu per eorum, vel aliquos
„eorum Advocatos. Christi Nomine invocato, et Beatis-
„simae Virginis Mariae, et omnium Sanctorum et
„Sanctarum Dei. In primis de Consilio dictorum
„sapientum omnium, et singulorum in concordia di-
„cunt, et pronuntiant, sententiant, et arbitrantur, et prae-
„cipiunt in his scriptis sedendo, praedictum Commu-
„ne et Rectores Vercellarum debere restitui, et restituendos
„esse, et restituunt in possessionem, et quasi, praedi-
„ctorum, et exercendi merum, et mistum imperium,
„et omnem iurisdictionem, et imponendi fodra, et tolla(s)
„in Commune, et Universitatem, et homines, et singu-
„los personas dicti Burgi, et Territorii de Crodino,
„non obstantibus contradictionibus praedicti Dni Mar-
„chionis Saluciarum, praedicto modo, et nomine, nec
„aliquibus alterius personae, nec Universitatis. Item
„dicunt, pronuntiant, sententiant, et arbitrantur, et prae-
„cipiunt praedictum Dnum Thomam de Gobiano, no-
„mine, & petitionem, oblatam coram ipsis Arbitris, et
Litis contestationem super ipsa petitione factam, et
positiones, quas

Raggruagli,

"nomine quo supra, et per ipsum Dnum Thomam, dic-
"tum Dominum Marchionem Salutiarum nomine prae-
"dicti Marchionatus, et ipsum Marchionatum ipse absolven-
"dum, et eum absolvunt ab omnibus aliis in dicta petitio-
"ne comprehensis; salvo quod per praedicta non fiat
"aliquod praeiudicium alicui parteum, nec praedicto
"Marchionatui, in proprietate praedictorum omnium,
"et singulorum in dicto Libello ~~expressorum~~ comprehensorum, nec aliquo
"suo iure, in alio Iudicio. Praedicti Dni Arbitri se-
"dentes in Ecclesia S. Bartholomei Tridini, in omnibus
"et per omnia dixerunt, pronuntiaverunt, sententiaverunt,
"et arbitrati fuerunt, et praeceperunt, restituerunt, absol-
"verunt in omnibus, et per omnia ut supra legitur,
"suprascripto anno MCCCVI. die Iovis XXIV. mensis Martii
"indictione IV, praesentibus Dno Thoma de Gobiano, et
"Guillielmo de Ozano, Iudicis, et Procuratoribus praedicti Dni
"Marchionis Salutiarum, et Marchionatus Montisferrati,
"et Absentibus praedicto Dno Marchione Salutiarum, et Ia-
"cobo de la Dona de Parma, eis tamen legitime citatis et
"requisitis, et item praesentibus Ianuario de Mossis Iu-
"dice, et Promotore Communis Vercellarum, et Absentibus
"Dno Potestate Vercellarum, et Iacobo de Gosmario, simi-
"liter Sindico Communis Vercellarum, eis tamen legiti-
"me citatis, et requisitis. Actum in loco Tridini, in Ec-
"clesia S. Bartholomei dicti loci. Interfuerunt testes Dnus
"Oliverius de la Turre filius quondam Dni Leonis, et Fra-
"gnonus Litta filius quondam Dni Alberti Littae, et Al-
"bertellus Crivellus filius quondam Dni Mirani Crivelli,
"Omnes Civitatis Mediolani, et Dnus Guizardus Sembardus,
"filius quondam Dni Guillielmi de Sembardis, et Salvinus

"et Salvinus de Fazeta, filius quondam Dni Gasparii de Faze=
"ta, et Petrus de la Villatta filius quondam Dni Gasparii de
"la Villatta de Civitate Papiae; omnes testes rogati et
"vocati..... Ego Maseus de Zara Notarius, filius
"quondam Dni Uberti de Zara Civitatis Mediolani
"praedictis omnibus interfui, et rogatus hanc Chartam
"mihi fieri inpaui subscripsi"

Et ita Ecclesiam dominus suis restitutum est.

15. Hoc eodem anno 1306. Mattheus Vicecomes, teste Corio, iterum belli sortem experiri voluit. Congregatis itaque octingentis equitibus, et peditibus mille quingentis, necnon Veronensium, et Brixiensium auxiliis suffultus, Papiam improvviso visus est occupare. Erat tunc Mediolani Potestas Franciscus Advocatus Colobiani, frater Simonis, et Uberti, (minime Uberti) quem paulo post videbimus Episcopum Vercellensem. Vercellenses re intellecta, Mediolanum accurrerant. Potestas ergo magno Mediolanensium, et sociorum collecto exercitu Papiam contendit. Ast Mattheus ut id cognovit exercitum dimisit, et desperatis rebus, clam fugiens, Piscariam Episcopus Brixiensis inermis recepit.

16. Dum haec aguntur, Theodorus Paleologus Andronici Comneni Graecorum Imperatoris, et Violantis, (Irenem dixerunt Graeci) Joannis defuncti sororis filius, ob eodem Joanne heres designatus, et a legatis ad id Constantinopolim directis, nomine totius Marchionatus, expostulatus, in Montemferratum pervenit, magna ex parte à Manfredo Salutiarum Marchione, sub tutelae specie occupatum.

17. Anno 1308. prima Maii, Albertus Austriae, Rodolphi Caesaris filius, Romanorum Imperator, a Joanne Sueviae duce, fratris filio, nepharie interemptus est; eique a Septemviris, concordibus suffragiis subrogatus

Rajnerius Ep.us

subrogatus est Henricus VII. Luxemburgicus sub 22. Novembris, eiusdem anni, non multa quidem ditione praeditus, sed vir pius et fortis. Advocati interea, non solum Vercellis, sed Eporediae quoque, insignia edidere zeli documenta, quo hanc pius in Ecclesiam semper exhibuit. Habemus ex archivio nostro, quod hoc anno Ugo Ep.us Eporediensis litteras dedit Clementi V. Pontifici Maximo, quibus mire commendans virtutem Petri Advocati Quaresmiae (hic est Petrus, qui contra Dulcinum Haeresiarcham, Rajnerio Ep.o, et Ecclesiae, egregiam navavit operam, de quo meminit Historia, ipsius Dulcini tempora recitata) Nobilis Vercellensis, Laboresque susceptos pro Ecclesiae Eporediensis iuribus defendendis, obsecrat ut ipsum cum filiis, peculiari complectatur affectu, et gratiis prosequatur. Eodem anno, et mense Octobri, teste Corio, magnus conventus Mediolani habitus est, cui interfuerunt omnium foederatarum urbium legati. In eo actum est, et communi sententia decretum, ut foedus inter ipsos, ad decem annos renovaretur confirmaretque.

18. Anno 1309. diem ultimum obiit Carolus II. cognomento Claudus, Neapolis Rex, magna liberalitatis, Clementiae, et pietatis fama post se relicta. Suscepit Robertus eius filius secundogenitus Dux Calabriae, de quo pluries in decursu redibit sermo. Eodem anno ingentes motus Placentiam agitarunt; quis tandem excusso Palavicinorum iugo, Albertus Scottus, Civitatis dominium recepit. Guido Turrianus Placentiae dominatione deiectus, magnam in Scottum, et Placentinos, expeditionem parat. Adiuvat Vercellenses, teste Corio, auxiliaribus copiis: nonnullae exinde arces expugnatae, vastatis

a Scottus,

Raynerius III.

vastatus Placentinus ager, et multa adducta praeda; sed nil praeterea. Nam erumpente Scotto, foederatorum exercitus in fugam pellitur. Hoc lubentis Turrianorum fortunae initium fuit, quae non multo post graviora accepto istu quassata est. Guido Turrianus Cassonum, seu Castonum Turrianum Archiepiscopum Mediolanensem, aliosque Turrianos consanguineos suos, proditionis insimulatos, in vincula conjicit, atque Angleriam, carcere custodiendos mittit. Ob id a Cardinali Pelagura Legato Apostolico, fuit sacris exterminatus, atque urbs ipsa interdicto subiecta. Paganus Turrianus Patavii Episcopus, et cum eo Philipponus Languscus Dominus Papiae, Simon de Colobiano Dominus Vercellarum (quem Muratori Quadro 8. fol. 46. dicit Tiran. Dicam (Cremae) Antonius Fisiraga Dominus Laudae, et Guillielmus Brusatus Dux Novariae, probe intelligentes quo res tam mali exempli spectaret, propere Mediolanum accesserunt, ut partes ad concordiam revocent. Eis intercedentibus, id unum a Guidone aegre oblivieri potuit, ut Archiepiscopus, caeterique Turriani, qui sub custodia detinebantur, carcere exempti, ad confinia Mediolanensis dominii ablegarentur. Exinde Cassonus Guidoni implacabilis, adventum in Italiam Henrici Regis sollicitare coepit. Quod quam exitiale fuerit Guidoni, cunctoque Turriano nomini, videbimus postea infra.

19\. 1310. die 19. Novembris, Raynerius Episcopus meritis, et annis plenus ad Deum transiit, confectis prius suae postremae voluntatis tabulis sub 13. Iulii praecedentis,

Raynerius filii.

praecedentis, unusque per Jacobum Morardum Notarium Vercellensem; cum Henricus VII. iam Italiam intraret, Guelphicis partibus continuo allatoris. Asserit Ughellus Raynerii corpus, incorruptum repertum fuisse anno 1330. Porro non multum fortasse a vero aberravit, qui dixerit hunc Raynerium esse ipsummet Raynerium II, quem supra post Martinum, electum diximus Episcopum Vercellensem anno 1268. Nam praeterquamquod commune est nomen, et eadem familia de Pezzana, constat etiam, quod si anno 1268. iam erat Episcopus dignissimus, quippe qui anno 1303. quo factus est Episcopus Vercellensis, quinquaginta annos, et ultra, ut probatur ex hystoria eius supra prolata, ideo summa cum laude quidem transegerat in omnibus Dignitatibus Ecclesiae Vercellensis, Canonici, Cantoris, Thesaurarii, Praepositi, et demum Archidiaconi, et anno 1278. iam erat Archidiaconus, sicuti liquet ex documento prolato supra in Aymone numero 6. Notat autem Ughellus ex Regesto Vaticano, quod post obitum Martini, cum Capitulum dissideret in Electionem novi Episcopi, cuius una pars Jacobum de Corrago Canonicum Vercellensem, altera Raynerium Advocatum elegerat, Gregorius X. electionem irritam declaravit, et Aymonem de plenitudine potestatis, ab Augustana sede adhunc transtulit.

20. Raynerio sedente, florebat Ugutio Vercellensis de Borromeis, seu Borromeus, Episcopus Novariensis ab anno 1303. ad 1329.; de quo videndus Carolus a Basilica Petri in sua Novaria Sacra a fol. 426. ad 463. Floruit etiam Borromeus de Borromeis Ugutionis frater, qui

Raynerius III.

qui apud eundem Coroliam, legitur functus munere tum Vicarii Generalis, tum Castellani Vallis Sopulae: Nobilissimam Borromaeorum, seu Borromeorum familiam, fuisse olim una ex praecipuis Civitatis Vercellarum, et inde Mediolani transplantatam, ubi aliquot abhinc saeculis, magna cum laude, et gestorum gloria, insigniter floret, nemo dubitaverit. Exstant in Archivio Civitatis plura documenta, quae rem testatissimam faciunt. Porro cum per ea tempora factiones Guelpha, et Gibellina, fere ubique valide inter se contenderent, Ugutionem quidem, uti Communem Patrem, neutri adhaesisse, scribit Corolius citt. fol. 440. Verum si perpendamus, ei contra Dominus Guelphos Mattheum Vicecomitem cum Gibellinis auxilio fuisse, et praeterea post adventum Henrici VII. constanter pro Vicecomitibus stetisse, et ob eodem Henrico pluribus privilegiis et gratiis muneratum fuisse, cogimur dicere Gibellinae factionis fuisse.

Ubertus

Ubertus.

Anno 1310.

1. Hunc annum 1310. insignem fecit adventus Regis Henrici in Italiam. Praemiserat Rex Legatos suos ad Lombardorum Civitates, qui nunciarent se quamprimum ad recipiendam Italiae Coronam affuturum. Scissa tunc erat Italia, cruentis Guelphorum, Gibellinorumque factionibus. Guelphi plerisque in Civitatibus, ejectis Gibellinis dominabantur. Principes Guelphae

Albertus.

partis in Lombardia, erant Guido Turrianus Mediolani
Dominus, Simon Advocatus de Colobiano, qui non
solum Vercellis, sed et Casali, et Novariae, imo et Cre-
mae, teste Moratorio, dominabatur: Antonius Fis-
raga, et Philipponus Languscus, ille Laudae, hic Pa-
piae principatum obtinentes. De his paulo acerbio-
ri calamo scribit Ferretus lib. 4., cujus historia edita
est in tom. 9. Rer. Ital. En ejus verba: erat tunc,
(in adventu Henrici) violentus Mediolani dux, Guido de la
Turre, illamque trux sedem, post lapsum Mathei, octo

* Maphei

ferme annis, tyrannide ~~sua~~ de Verbo possederat, nec minus etiam
Pergamum saevus tyrannis oppresserat. Vercellas autem et
Novariamque Simon de Colobiano, pari modo premebat:
Papiam Philipponus etc.

2. Qualis vero fuerit, saevientibus Guelphorum et Gibel-
linorum factionibus, conditio Urbis Vercellarum, ex
Schradero paucis describit Pignorius in adnotat. ad rubr. 10. lib.
pri. historiae Albertini Mussati, quae prostat to. 10. Rer.
Ital. ~~Pignorius~~ his verbis: „ Meminit, inquit Pignori-
„us, hujus gentis (Advocatorum) Schraderus monum.
Ital. lib. 2. p. 327. his verbis: afflicta quondam mi-
sere, civium intestinis discordiis factionibus par-
tibus divisa Titionum et Advocatorum. Et sane
„ oportuit, subdit Pignorius, Vercellas quippe pessime
„ habitas a civium dissidio, Maiorum nostrorum
„ aevo, cum scriptor nemo quis apud me MS.tus hanc
„ haberet: cum magis deflendus sit miserabilis hodie
status tam nobilis civitatis praedictae. Erant civi-
lis in ea civitate discordia rerum prodiga homi-
-numque perditio, in tantum inter partem et par-
tem

Albertus.

et partem praevaluit, et unam Civitatem seditiosi Cives in duo castra redegerint, igne et ferro cuncta vastantes; et sic unitate profligata, Civitas gloriosum nomen significatum amisit." Haec ille "(Schraderus) De Vercellis, Urbium aliquot orbis praecipuorum, ortum et statum enarrans." Haec ibi Pignorius. Simon de Colobiano Advocatorum gentis Princeps, Vercellensisque Reipublicae dolosus moderator, ab anno 1299. quo Vercellis exactus est Galeatius Vicecomes, Matthaei filius, et cum eo Tizzones, caeterique Gibellinorum partium homines, licet ex Guillielmo Ventura. Chron. Astens. cap. 15. rer. Ital. to. XI. retulimus supra.

3. Audito itaque adventu Regis Henrici, Simon de Colobiano, Antonius Fissiraga, et Philipponus Langosius, in dicto Concilio Mediolanum se contulerunt, quid agendum esset, in Curia Guidonis, communibus suffragiis deliberaturi. Quid in eo egerint, quidque consilii caeperint, accurate refert scriptor synchroni apud Murator. rer. Ital. to. 9., Ferrettus lib. 4., Joannes de Cermenate cap. 12. 14. et 15. ex quorum ore placeat excipere.

" Ex omnibus Guido Mediolanensis (ait Ferrettus)
"valde Caesaris adventum perosus, eo quod idem potentiam praevalebat, Philipponum, et Albertum
"Sincongna, et Antonium, quos pari vitio tyran-
"nidis reponebat, quid agendum tanto rerum dis-
"crimine, anxius consultor exquisivit etc. Conve-
"niunt denique Principes quivis apud Laudem,
"ibique sobrie percunctantes, quid imminenti periculo,

Albertus

"periculo, cautius peragendum fore, deinde ut ob-
"vium est, alios imprimis Lombardiae Duces per-
"tentare etc. Hinc magis memorati quinque
"Duces, dum ad scelus tyrannicum, complices non
"haberent, ea se, salubrem sui status opem redimere
"destinant. Mobebat quidem Antonius Augustum
"venientem prorsus includi, illique totis viribus
"adversari, quod et Guidoni, Simonique visum est,
"Philippoui vero thesauris apertis Germanum Princi-
"pem placandum esse. At neutrum Albertus landans,
"ingenio potius, quam viribus, aurogue incitan-
"dum dixit, qualis est servilis amor in Dominum,
"qualis ve populus Tyrannum narrat, benevolentia se-
"fovet. Praeterea non ignorabat speciem vulgi exal-
"tantis ambitum, Caesarum votis supplicibus pe-
"roptam; ob quam rem a Populo se destitui ve-
"rebatur inscio. Sciebat quoque Caesarem nullis au-
"ri tributis, nullave factione traduci posse; unde
"admittendum benigne illum, adnipumque, dolis
"verandum, aut vi repellendum fecilius persuasit.
"Ad hoc post discussum mentis libramen, caeteri
"opcasere, remque tacitam adhibentes, tenaci vin-
"culo foederis irretiti ad suas sedes propere redeunt"
Haec Ferettus. Audiamus nunc Joannem de Cermenate, qui
"accuratius rem persequitur" Interim, inquit, audito
"Henrici Regis adventu, Primores Guelphicae factionis
"Lombardiae, Mediolanum vocati, in aula Guidonis
"de la Torre conveniunt, ut super tanto rerum even-
"tu, si fortuna consentiat, aliqua salubris consilio capta-
acceptetur "tastetur via. Verum ibi nihil pro se geritur, immo dis-
"crepantes

Uberty.

„imo discrepantes in consilio, quisquam vero se arguit,
„plusquam iurgiis, quam consilio, pluribus diebus tempus
„terunt. Cuius rei primum auctor fuit Comes Philip-
„po de Langusco, qui tum Papiae, Regnantis Nobi-
„lium factionis primas, et Rector erat. Hic se satel-
„litem Regis vocat, seque et domum eius, multis Im-
„perialibus donis, et gratiis decoratum asserens, minime,
„inquit, Dño meo rebellis ero. Haec audita vox Comi-
„tis, insolens minime plerisque visa est. Quippe sicut
„se, nihil sollicitudinis gerere generum eius Guidonem, sol-
„liciti timoris non modicam causam sibi fore cre-
„debant, cuius obtinendi dominatus, in adventu Regis pa-
„rum spei erat. Stupentibus itaque caeteris, Antonius
„de Fisiraga, in cuius cura, et potestate, Laudensis civitas
„erat, licet absque titulo privatus viveret dives in urbe
„sua. Postquam nihil, inquit, ad id cuius gratia voca-
„ti sumus, agi video, ipso de quo minime dubitabam,
„ingrediente, per se quisque agat. Quaeremus et nos
„in Aula Regis, locum. Tunc verum Guillielmum Ca-
„valcaboven, cuius Cremonae pollebat auctoritas, nobi-
„litate gentis, necnon divitiarum, et amicorum co-
„pia, et cum eo Simonem, advocatum de Colobia-
„no, suae partis principem in Vercellis accepimus,
„in eo colloquio ad propositum Comitis summoven-
„dum, frustra plurimum laborasse, multis inductis
„causis periculosum asserentes, huius Regis adventum,
„cui affirmabant, de facili posse resisti, dum adresi-
„tendum unanimes sint, qui ex nobis praeesse
„volunt civibus suis. Tandem hi Guelphorum Liga-
„rum Principes, nullo ut fertur, per commune col-
loquium

Ubertus-

„colloquium fundato proposito; incoulte domum redeunt.
„Sunt qui asserunt Comitem Philipponum, Simonem
„Advocatum, Antonium Zisilagam, et Guillielmum Caval-
„cabovem, quos supra memoravi, nullis aut paucis alii-
„=is adhibitis, cum praefato Guidone, priusquam Me-
„diolano discederent, alia cepisse consilia, quem ve-
„lut solandi aegrum curis adierant, ipsumque in cu-
„biculari camera solitarium, et susanientem, Comes Phi-
„=lippo, cui caeteri negotium dederant, tali sermone ag-
„gressus est: Tempus est, inquit, Guido discrete agere, ne
„post factum, poenitendum sit. Itaque quoniam, an
„si resistere expediat, an obedire Regi, quidque tutius,
„aut utilius nobis sit, adhuc incertum est, ~~nid qui~~ explo-
„randum est, quam cautionem uti. satis opportunitatis
„fortuna in hoc saltem fida, nobis dedit. Si viri su-
„mus, neque consilii, neque facti tempus deerit nobis. Cita-
„ti simus cum Principes Lombardorum, et occurramus
„ad adventum Regis, saltem cum superatis Alpibus,
„Astensem descendat in agrum. Ibimus videre, ac aspice-
„mus Regis. Si ad eum faciles nobis erunt aditus, bre-
„vi perpendemus, an duri, aut molles sint nobis animi
„motus ejus, adhaereatne hostibus nostris, an sentiat sen-
„tiat quid opportunitatis, et obsequii conferre propinquis sibi
„urbibus exploratis, satis opportunum consilium, ac deli-
„berandi tempus erit nobis. Interim intentis amico-
„rum, atque sociorum subsidiis, instauca, quae susci-
„=pelimus, Mediolani pro se, ac tempore curetur nobis.
„Nos autem apud Regem morabimus, ut nos ab-
„sentia suspectum habeat.„ Haec Joannes de Cermenate
qui teste Muratorio, scripsit circa hunc annum.

Ubert.

4. Aliqua huc pertinentia, adnotata legimus in Historia Bernardini Corij ad hunc annum, in haec verba. "Al se-
"guente, inquit, Aprile mandò Henrico i suoi oratori in
"Italia, a far intendere la sua prossima venuta. Per la
"qual cosa, il Vescovo di Costanza, venne a Milano, ed
"a Monza. Il che niente piacque a Guido Turriano, il
"quale quanto gli rispondesse, non si trova. Nondimeno
"di Milano domandò i fautori, e capi della parte Guelfa
"di Lombardia, come fu il Conte Filippo Langosco, suo
"suocero, Signor di Pavia, Antonio Fissiraga in Lodi, Gu-
"glielmo Cavalcabò in Cremona, e Simone Avvocato,
"che di Vercelli parimente teneva il principato, e con
"loro avuto diligente consiglio, essi non furono lodato-
"ri che si ricevesse l' Imperadore, ma il Turriano
"come turbato, cominciò a dire: Io non vi ho do-
"mandato per la distruzione mia, nè de' vostri amici,
"ma solo, che si pigliasse la via, in qual modo potes-
"si vietare a costui, il venire in Italia, conciossiachè
"questa venuta, solo abbia a causare l' ultima nostra ro-
"vina . . . . . siamo dunque solleciti a difendere la
"nostra Patria con le ragioni nostre. Finalmente i Prin-
"cipi dei Guelfi, lasciando la risoluzione imperfetta, ri-
"tornarono alle loro Città, e Guido rimase in grandissima
"angustia." Haec Corius.

5. Dum haec in Lombardia, diversis agitantur studiis, Rex Henricus superatis Alpibus Taurinum pervenit, mense Octobre Exeunte. Hoc comperto Magnates Lombardiae quid factiosi adversae partis molirentur apud Regem, publico Edicto, et gravissimis propositis poenis, egressum e proprio Epatu omnibus interdixerunt. Id habemus, ex

Albertus

ex relatione Nicolai Epi Botrontinensis, facta Clementi V. de Itinere Italico Henrici VII. quae extat. to. 9. rer. Ital. ibi: Henrico existente in Taurino, in Mediolano, in Vercellis, et in omnibus locis eorum, ordinatum fuit per eos, qui tunc dominabantur, sub poena gravissima, quod nemo Extraneus nullus exiret. Verum Ricardus de Tizionibus, Gibellinae Vercellensis partis caput, huiusmodi interdicto contempto, ad Henricum Taurini adhuc commorantem, Guelphos accusaturus accessit: in illo loco (prosequitur Nicolaus Episcopus Botrontinensis.) Dominus Ricardus de Tizionibus de Vercellis expulsus, non obstante prohibitione, quod nullus suorum Extraneus exiret, venit cum centum armatis equitibus Taurinum, dicens Publice, quod destructus erat et sui, et expulsus, et confinatus propter partem Imperii, et quod sicut Domino suo, de illo modico, quod ei remanserat, paratus erat ei servire usque ad mortem.

6. Taurini pariter convenerant Principes Lombardorum Henricum, Philippus Langusius, Simon de Advocatis, et Antonius de Laude. Eorum adventum, et negotiationes apud regem, describit Albertinus Mussatus lib. 1. Rubr. 10. tom. 10. rer. Ital., his verbis: Increbrescente itaque fama per universas Italiae Urbes ad infero, superoque mari, in utrasque Galliae montes, Germaniae Principes, Populorumque Teutonicorum fraequentias, alpes transilisse Regis conductum, insperrimant undique contraria in studia, variis oblocutionibus decernentes etc. Ex his primi Longobardorum Magnates, Philipponus Papiae Comes, Simon de Colobiano Vercellarum (Guilelmottus Brusatus Novariae) et Antonius de Fisiraga Laudi, dominatores, paribus

Ubertus.

paribus votis, consilijsque cum delectorum civium legationibus, ad curiam perrexere, ibique comiter suscepti ad Regisque consilia vocati, diversa plurimum spatio, diversa versantes, demum Regem allocuti sunt, statusque instantes Civitatum praefatarum salubris Populis suadere conati, illum se suis producturos potentia suffragijsque ad religionem Longobardorum obtinendam Provinciam propriis spondebant, animum Regis quibus poterant attrahere suis studentes votis. Quibus et ipse virtute Regia, responsa dedit: bono animo essent, se populis suis, ipsisque quietem daturum etc.

Id paullo enucleatius enarrat Nicolaus Episcopus Botrontinensis, testis ocularis Lo. cit. Postquam enim retulerat accessum ad Regem Ricardi de Citionibus, statim subdit: Postea venerunt ad Regem illuc, Comes Philippone cum tota militia Papiensium, qui fuerunt, ut audivi, plusquam quadringenti: Simon de Advocatis de Vercellis cum ducentis militibus ad arma; et Dnus Antonius de Laude cum Centum armatis et plus, ut dicebatur. Isti tres post Dnum Guidonem de Turre, in Parte Guelphica dicebantur maiores, productiores et Domini suarum civitatum. Consilium ipsorum fuit, quod nullam partem expositam in aliqua Civitate reponderet, donec esset Coronatus.

enucleatius

7. Mense Novembri eiusdem anni 1310. Circa festum S. Martini, Henricus Taurino Astam profectus est. Ubi quam frequentes indiscriminatim convenerant Guelphi, et Gibellini. Mattheus Vicecomes inter caeteros, sub plebeio amictu, uno tantum Comite itineris secum assumpto, per ignotas vias eluis hostibus, qui eum observabant, incolumis ad

Mertus.

Regem pervenit. Sed et Cassonus Turrianus Archiepus Mediolanensis, Turrianis iratus, Manfredus de Beccaria, Papiensis, Plurisque Gibellinae partis Mattheo se adiunxe=runt. Adsunt etiam primores e Guelphis, Bonus Philipponus Languscus, Simon Advocatus de Colobiano, et Antonius Fisiraga; qui omnes emisso fidelitatis iuramento, se in potestate Henrici futuros pollicentur. Hanc paucis complectitur Nicolaus Epus Butrontinus cit: Henri=cus, inquit, venit in Ast circa festum S. Martini. In eodem loco venerunt ad eum Archiepus Mediolanens. et Dnus Mattheus Vicecomes, et Manfredus Beccaria de Papia, qui tunc erant expulsi etc. Tunc etiam superius nominati Bonus Philipponus, et Simon Vercellensis, et Antonius de Laude, Dni Regis consilium iuraverunt, et fidelitatem fecerunt, et Plures alii Prelati, et Laici, quos nescio nominare, inter quos fuit Epus Astensis, Novariensis, et Taurinensis.

6. Mattheus, antequam Regem conveniret, iam eius gratiam adeptus erat. Praemiserat siquidem Franciscum Garbagnatem Mediolanensem, qui et ipse Guidonis ob impotentiam patria exulabat, virum sagacem, et industrium. Hic tanta solertia animum Regis pervasit, ut brevi eius nactus familiaritatem, Matthei laudibus credulas aures impleverit, persuaseritque. Matthei adventus negotium confecit. Erat homini ingenium versatile, atque ad fallendum aptissimum. Itaque cum ante Regem constitisset, talem gravitatem sermonis, mitissimi animi simulatione, et ab omni dominandi cupidine alieni, se exhibuit, qualem Garbagnatus expresserat, ita ut Regi per omnia probatus, opinionem

Ubertus

opinionem recte viri de se cunctis Germanis ingesserit; quam deinde ampliorem effecerunt Gibellini, quorum, teste Merula, dux erat Riccardus Tizzonus Vercellensis, qui catervatim ad Mattheum accedentes eum virum egregium, partium Imperialium propugnatorem acerrimum, et ob id patria pulsum, bonisque omnibus expoliatum, ubique praedicabant; quin contra aliquid proferre potuerint, qui ibi aderant magni nominis viri, Philippus Langoscus, Simon de Collobiano, et Antonius Fissiraga, Mattheum perditissimum hominem, ut ipsi dicebant, ac veluti auctorem omnium Lombardiae malorum, haud falso criminantes.

9. Verum haec, et quid praeterea Astae actum sit, placuit a Corio, scriptore accuratissimo, audire: " In
"Asti, inquit, dimorando il Re molti giorni a persua-
"sione, e sollecitudine del Garbagnate, s'accese di gran
"voglia di vedere Matteo Visconte, in modo, che per un
"suo nuncio, comandò a Matteo, che se n' andasse alla
"presenza sua. Egli temendo delle insidie dei nemici,
"in abito plebeo, e con un solo famiglio per lunghi,
"e solitarii cammini giunse in Asti, e entrò in casa del
"suo fedelissimo Francesco. Nella suddetta città, per co-
"mandamento del Re, erano già concorsi molti prelati
"di Lombardia, tanto della parte Guelfa, quanto Ghi-
"bellina, i quali ricevettero Matteo Visconte, non a mo-
"do di Signore; ma come mandato dal Cielo, e poi
"il giorno seguente l'accompagnarono avanti alla Maes-
"tà del Re, insieme con Riccardo Tizzone, uomo di gran-
"de stima, e fautore della parte Ghibellina. Quivi
"Matteo, inginocchiatosi disse: Io bacierò i piedi della

Albertino

„vostra pace. Ed avanti che levasse, in questo modo comin-
„ciò a dire: egli è pur giunto, o serenissimo Re, il desiderato
„giorno della vostra felicissima venuta, mediante la
„quale tutti i fautori, e servi vostri in Italia aspet-
„tano dal Sacratissimo Impero, la liberazione della
„iniqua servitù, nella quale i Sevissimi Tiranni,
„in obbrobrio della vostra Corona, ci hanno costri-
„ti, in tal modo, che da ogni banda in Lombardia
„gli amici dell'Impero, per le grandissime estorsioni,
„non possono più habitare, nè similmente potran-
„no, mancandone la Clemenza, e la giustizia della
„Maestà vostra, a cui piedi prostrato in nome di
„tutti, umilmente chiedo misericordia. A queste paro-
„le il Re, amanamente rispose: non dubitare Matteo,
„figliuol mio, che la tua fede non sarà vana;
„perciocchè la nostra intenzione non è di tollerare,
„che alcun nostro amico sia oppresso; ed in breve
„ci faremo opportuna provvisione. Di poi, con gran-
„dissima grazia d'Enrico, e benivolenza di molti cir-
„costanti, il Visconte levato, si tirò da canto. Don Fi-
„lippo Langosco, Simone Avvocato, Antonio Fisilaga,
„Principi, e fautori dei Guelfi, non solo si finsero
„gli amici abbracciamento di Matteo; ma il Fisilaga, con
„turbata voce, voltando la faccia a Matteo, disse: Mat-
„teo, tu che sei stato principio, e cagione di tutti i
„mali d'Italia, e quasi commune pestilenza, e ca-
„pital nemico d'ogni tranquillità; ed in qualunque luo-
„go hai regnato, con le tue perversissime opere, quasi
„come una semenza di guerra, e discordia, hai turbato
„ogni quiete, e pace, e nella tua signoria non hai

Albertus.

„non hai mancato di travagliare ognuno, ed ancora con
„la tua tristizia, cerchi di rinnovare quel tempo. A co-
„stui, Matteo con grand' umanità rispose: ecco il nostro
„Re, il quale a ciascuno darà la pace: è venuto il tempo
„di por fine a nostri mali. Udito queste parole Enrico,
„sorridendo disse: è già fra voi fatta ~~mezza~~ la pace."
Subdit deinde Corius enarrare Frederici amicitiam initam Mattheum
inter et Cassonum Archiepum Mediolanensem, aliosque
Turrianos, qui a Guidone proscripti erant: „concorde-
„volmente dunque, ait, fecero pace, e remissione d'ogni
„ferita, cacciata, ingiurie ~~incorse~~ incorse fra loro, e i loro An-
„tecessori, promettendo Matteo di non essere contro lo sta-
„to, ne contado di Milano, di Bergamo di Como, di
„Cremona, di Novara, di Vercelli, di Lodi, di Dertona, di
„Pavia, e delle loro Castella, ne del Castello di Crema,
„senza beneplacito dell' Arcivescovo, anzi di dar loro
„aiuto, purchè volessero essere in amicizia dell' Arci-
„vescovo, e dei Collegati. E così Matteo rinunziò nelle
„mani di lui, a ogni Vicariato, Capitanato, dominio,
„~~ed~~ e amministrazione, che avesse in questa Città, nel-
„le mani del predetto."

10. Hisce artibus dum Mattheus, mansuetudinis specie praeditus,
Regem, cunctosque sibi demereretur, Guidoni irreparabile mo-
liebatur exitium ~~omnibusque~~ Guelphorum partium. Quod
sane non latebat Languscum, Simonem Advocatum
et Rizigazam; qui propterea omnem adhibebant
operam, ut Matheo personam, quam induebant de-
traherent, sed frustra, Henrici mentem iam nimiam
praeoccupato, et aversus eos in suspicionem adducta. Nar-
rat Nicolaus Episcopus Botrontinensis, unus verba ipsa lau-

dabimus

Ubertus

quod Henrici suspicio eos prosequerat, ut eos attente oculis custodiri iusserit, ne elaberentur. Nihilominus Simonem Advocatum, eiusque fratrem Ubertum Vercellensem Epum, quos non mediocre metuebat, in speciem velut amicos omni studio, pluribus collatis honoribus, satagebat sibi demereri, et benevolos reddere.

11. Dum haec aguntur, moritur, ut vidimus, Raynerius Epus Vercellensis, eique communibus utriusque Capituli suffragiis Ubertus Advocatus Colobianus, Simonis frater, subrogatus est, vir militaris, sed non minus pius et religiosus.

12. Mense Decembri eiusdem anni 1310, Rex Henricus relicto Casale, deinde Vercellas contendit, ubi magnifice a Simone, eiusque fratre Uberto Epo Vercellensi, acceptus, ad Monasterium S. Andreae hospitatum deductus est. Ibi omnem curam adhibuit ut pacem Advocatos inter et Titiones componeret, et quidem omnino feliciter, ut pandit sequens documentum Archivii Civitatis.

il Vescovo Uberto non era fratello di Simone di Colobiano

" In Nomine Domini Regis Pacifici. Amen. Anno
" Nativitatis eiusdem MCCCX. Indictione VIII. die XV. men-
" sis Decembris, Pontificatus Dñi Clementis Papae V. anno
" VI. Per hoc praesens publicum Instrumentum cunctis appa-
" reat praesentibus, et futuris, quod Serenissimus Dominus
" Henricus Dei gratia Romanorum ~~Imperator~~ Rex semper Au-
" gustus, volens ~~concordia~~ misericorditer ad pacem reducere
" Cives Civitatis suae Vercellarum, qui erant hactenus in duas
" partes divisi, quarum una vocabatur Advocatorum,
" altera Titionorum; convocatis, et praesentibus coram
" ipso Dño Rege, Dñis Humberto Electo Vercellensi, Philip-
" pono de Langusco Comite de Lomello, Simone de Colo-
biano,

„de Colobiano, Domini de Casanezio Potestate Vercellarum,
„et quamplurimis in magna quantitate meliorum et Po-
„tentiorum dictae Civitatis, et Credentiariorum eiusdem
„publicum, et Commune eiusdem civitatis representan-
„tium, ex parte ipsius Dni Regis, per Reverendum in Chri-
„sto patrem et Dnum Pipinianum Dei gratia Epum Por-
„tuensem in praesentia dicti Dni Regis, et de ejus vo-
„luntate extitit, ab eisdem requisitum, quod pro pace
„facienda in Civitate praedicta eiusque territorio, et distri-
„ctu, et pro bono statu ipsius terrae, et conservatio-
„ne pacis ordinandae per ipsum Dnum Regem, et ad-
„huc ut firmius teneatur, et observetur, darent eidem Dno
„Regi plenam, generalem, et liberam bailiam, potestatem,
„et auctoritatem ordinandi, et disponendi de tota Civita-
„te, eiusque districtu, ac super guerris, et discordiis ver-
„tentibus inter partes praedictas, et earum sequaces, et
„super dependentibus, et emergentibus ex eisdem, mutandi
„et disponendi secundum, et placuit ad suam omnimodam vo-
„luntatem. Qui praedicti omnes et singuli Potestas con-
„silium et Cives responderunt liberaliter, et sine contradic-
„tione aliqua, quod ipsi volebant, et placebat eis, quod i-
„dem Dominus Rex haberet praedictam auctoritatem, pos-
„se, et bailiam ordinandi, et disponendi super pace
„et omnimodo statu Civitatis, et Civium ac districtus
„Vercellarum, ad suam liberam, et omnimodam volun-
„tatem, concedentes eidem Dno Regi, nomine suo, et om-
„nium aliorum Civium, et habitantium dictae Civi-
„tatis, et districtus eiusdem, praedictas potestatem, au-
„ctoritatem, et bailiam, promittentes nominibus qui-
„bus supra, eidem Domino Regi, ratam, gratam, fir-

mam,

Ubertus.

"firmum, et stabile, perpetuo habituros quidquid per ipsum
"Dnum Regem, vel alium ejus nomine, et mandato in-
"per praedictis, et eo tangentibus fuerit ordinatum. Ac-
"tum est hoc Vercellis in Domo S. Andreae, praesentibus
"ellis Venerabilibus dnis Gastone Archiepo Mediolanensi,
"Papiniano Epo Parmensi, Gerardo Epo Basiliensi, Hugu-
"tione Epo Novariensi, Amedeo Comiti Sabaudiae, Petro
"de Claromonte, et Magistro Henrico de Goldonia, et plu-
"ribus aliis testibus ad praemissa vocatis, et rogatis.

" In eodem anno die, et loco, coram eisdem testi-
"bus, Riccardus de Tizionibus, Henricus de Tizionibus, & Boni-
"facius de Sonomonte, Rolandus de Guidalardis, Simon de
"Centoribus, Vualinus de Tizionibus, Humbertus de Tizioni-
"bus, Michael de Bonivolis, et omnes et singuli in praesentia Ma-
"iestatis ipsius Dni Regis, propter hoc specialiter consti-
"tuti, interrogati, et requisiti, per ipsum Dnum Parmens.
"Epum, nomine et de mandato dicti Dni Regis, quod
"pro pace praedicta facienda, et statu Civitatis Vercel-
"lensis, et Districtus eiusdem in bonis reformando ut su-
"pra ac omnibus, et singulis per dictum Dominum
"Regem peragendis, ut superius dictum est, et dispo-
"nendi et ordinandi, darent sibi plenam, generalem,
"et liberam potestatem ordinandi, ac disponendi de
"tota Civitate, et ejus districtu prout sibi videbitur ex-
"pedire. Ipsi omnes et singuli unanimiter, et con-
"corditer, ac voluntatibus suis spontaneis responderunt,
"quod ipsi volebant, et placebat eis, quod idem Dnus
"Rex haberet praedictam auctoritatem, posse, et bai-
"liam ordinandi, disponendi super + pace, et omnimo-
"do statu Civitatis, et Civium ac Districtus Ver-
cellorum.

& Rolandus de Guidalardis, Ubertus de Bondonis, Grandus Centoris, Delphinus de Guidalardis, Nicola de Centoribus,

Ubertus.

"Vercellarum, ad suam liberam, ac omnimodam voluntatem, concedentes eidem Dño Regi, nomine suo, et aliorum, "et omnium aliorum Civium, et habitantium dictae "Civitatis, et districtus ejusdem, praedictos auctoritatem, "potestatem, et bailiam, promittentes nominibus quibus "supra, eidem Dño Regi, se gratum, ratum et firmum, "et stabile perpetuo habituros, quidquid per ipsum "Dnum Regem, vel alium ejus nomine, et mandato super praemissis, et ea tangentibus fuerit ordinatum.

" Item anno et indictione quibus supra, die XVI. Mensis "Decembris, Dnis Balduino Archiepo Treverens. Gastone Ar:"chiepo Mediolanens, Papiniano Epo Parmens, Gerardo Epo "Basilicens. Simone Epo Gebennens, Henrico Epo Tridentino, "Hugucione Epo Novariens, Humberto Electo Vercellens, "Amedeo Comite Sabaudiae, Guidone de Flandria, Golbrano fratre dicti Dni Regis, Manfredo Marchione Saluciarum, Carolo comite Lavig.... Marcello Marchione Malaespinae, et Philippono de Langusco Comite de Lomello, et pluribus aliis fide dignis testibus, ad prae: "missa vocatis et rogatis. Dictus Dnus Rex fecit convo:"care coram praesentia Maiestatis suae, Nobiles et "discretos Simonem Advocatum de Colobiano, Jacobum "et Gothofredum de Cerridono, Henricum de Quinto, "Petrum de Quaregna, Rainerum de Gualdengo, Simo:"nem de Bolzola, Riccardum de Colobiano, Jacobum "Dni Abbatis de Arborio, Humbertum filium Dni Boni "senioris, Carolum de Arborio, Humbertum Bertinotum, "Nicolaum de Clivolo, Martinum de Montonolio, Prae:"vostum de Moxo, Petrum de Mortario, Robaldum de "Baroncio, et Fredericum Cocorella, et Lanfranchum

„Petrinotum, item Ricardum de Tizonis, Iohannem Berlopa-
„dum de Tizonis, Salvaginum de Tizonis, Delphinum
„Tizonum, Ubertum Tizonum, Iorium de Bulgaro, Hor-
„tensium de Castellengo, Humbertum de Bondonis, Pe-
„trum de Bondonis, Rogerium de Bondonis, Rainerium
„de Bondonis, Rolandum et Bonifacium de Gualdonis,
„Bonifacium de Senomonte, et Nicolaum de Senomonte,
„Ioanninum de Ast, Iohanninum Cagatossicum, Iosephum
„et Iohannem de la Mota, Vercellinum de Risis, et
„Delphinum de Guinardis; quibus universis et singulis
„suprædictis comparentibus, coram dicto Dño Rege, ipsi
„omnes, et singuli promiserunt ipsi Dño Regi, per
„pacta expressa, et sub obligatione omnium bonorum
„suorum, et ad sancta Dei Evangelia iuraverunt, cor-
„poraliter tacta, ea universa et singula, quae idem
„Dominus Rex, super prædictis omnibus, et singu-
„lis, et ea tangentibus, ordinare, pronunciare, sententiare,
„declarare, et interponere voluerit semel, et pluries, atten-
„dere et servare firmiter, et complete, omni exceptio-
„ne postposita, et remota.„

„ Qui quidem Dominus Rex ei contrahentibus præ-
„sentibus omnibus, et singulis personis suprascriptis, vo-
„lens misericorditer, ad pacem reducere ipsos, et alios
„cives dictae Civitatis, discordantes, ~~ad pacem~~
„tam Regia potestate ~~et ipsius~~ et auctoritate, quam, ex
„potestate sibi super hoc per dictos cives concessa,
„pronunciavit, ~~et~~ praecepit, et statuit ut inferius
„continetur.

„ In primis quod inter omnes cives prædictos,
„et inter partes prædictas, sit, et vigeat perpetua pax,

Ubestry.

"pax, et unitas, amputatis et depositis hinc inde quibuslibet
"discordiis, dissidiis, et rancoribus, et odiorum fomitibus, necnon
"fautoribus verbis, et actibus partialibus quibuscumque.

" Item quod iidem Cives invicem sint pacifici,
"et modesti, et pacifice conversentur, et vivant, absti-
"nentes ab omnibus dictis, et factis, per quae pax eo-
"rum violari possit, aut quomodolibet perturba-
"ri.

" Item quod omnes Cives invicem sibi condonent,
"et remittant omnes injurias et offensas, hactenus alteru-
"trum in personis, vel rebus illatas, et quamlibet emen-
"dam, et restitutionem eis hujusmodi injuriarum et
" offensarum ratione debitam, a quibus nihilominus
"omnibus idem Dux Rex auctoritate, et potestate
"praedictis, ex nunc omnes, et singulos ipsorum ab-
"solvit, et liberat perpetuo.

" Item quod illi ex memoratis civibus, qui exu-
"labant a Civitate praedicta, occasione praedictae
"discordiae, ex tunc revertantur ad bona, et jura pro-
"pria, eaque recipiant, et habeant, et eis gaudeant
"plene, et libere sicut prius sine contradictione cu-
"juscumque, ad quae nihilominus idem Dux Rex
"eos ex nunc restituit, et vult, et decrevit, pro res-
"titutis habere, ita etiam, quod nulli eorum in bo-
"nis, et juribus praedictis obstet praescriptio, de tempore
"quo Civitatem exiverunt praedictam.

" Item quod omnes Cives praedicti hanc pacem,
"et suprascripta omnia, et singula observent, et faciant
"cum effectu, sub poena librarum centum auri, et
"Indignationis ejusdem Dni Regis, et debito praestito ab eis

Uberdos.

"super hoc iuramento.

" Item quod illi ex dictis Civibus, qui nunc sunt, in ipsius
"Dñi Regis praesentia constituti, pro se, et suis omnibus paceni
"huiusmodi, pacis intervenientibus osculis, et praedicta om-
"nia ex nunc acceptent, approbent, et emologent, et a suis
"sequacibus, et fautoribus curent, et faciant pro viribus ob-
"servari.

" Haec autem ut praemittitur, dictus Dñus Rex, super
"discordiis praedictorum, ad praesens pronunciavit, et statuit,
"retenta, et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia
"et singula interpretandi, declarandi, supplendi, et cor-
"rigendi, ac super aliis quando, et quotiescumque volue-
"rit, pronuntiandi, et statuendi prout viderit expedire.

" Qui omnes, et singuli Cives suprascripti, audita, et intellecta supra-
"scripti Dñi Regis sententia, ipsam et omnia eius Capitula, sponte
"et gratanter acceptaverunt, et approbaverunt, et emologaverunt,
"condonantes sibi, et remittentes ad invicem, omnes offensas, et
"iniurias, et restitutiones, et quaecunque praedictas, ac in signum
"pacis ad invicem osculantes.

" Item anno et indictione, quibus supra, die XVIII mensis Decembris
"in Cappella domus praedictae, praesentibus Dñis Papiniano, Epõ
"Parmensis, Amedeo Comite Sabaudiae, Gerardo Epõ Basiliensis, et ...
"potestate Vercellarum, praefatus Dñus Rex, volens paci et quieti
"Praedictorum Vercellensium, plenius, et solidius providere, aucto-
"ritate et potestate praedictis, relaxavit omnia bona, quibus
"suprascripti fuerunt hactenus a dicto tempore citra, Civesque
"dicti, qui exulabant a Civitate praedicta, spoliati, sive pro
"contumacia, sive pro offensa, sive pro contumacia sive
"vel poena, vel alia quacumque causa, ob quod de-
"lictis seu talleas quocumque modo impositis remisit eisdem

uberius

"remisit eisdem, absolvens eos a praedictis omnibus, et a poenis et mul-
"ctis, quas huiusmodi occasionibus incurrissent, et a quibuslibet con-
"demnationibus, sententiis, et poenis propter hoc latis, vel statutis
"in eos. Actum anno, die, et loco quibus supra.

" Ego Antonius Bernardus de Mercato de Genua Bellicensis
"Diacesis, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae, ac Sacri Imperii
"Auctoritate publicus Notarius iis omnibus praesens fui, et hanc
"Chartam manu propria scripsi, signo meo consueto signa-
"vi, et tradidi feliciter rogatus"

13. "Hanc praeteream praeteriis omittit Jerettus lib. xi. hinc, ait, Asta relicta etc. Vercellas perveniens, Novariam appulit, ubi pri-
usquam accederet, Simon de Colobiano, qui Vercellas
Dudum privatus tenuerat, susceptis exulibus, Regi paruit
Sed cunctatius Nicolaus Epus Botrontinus: In casali, inquit,
cum in pace essent, nihil aliud Henricus fecit, nisi
quod iuramentum fidelitatis ab eis recepit. In Casali, et
ante, quia Consilium praedictorum Philippani, Simonis
Vercellensis, et Antonii erat, ut praeviderit, quod nullum ex-
tra positum secum intromitteret, consilium autem alio-
rum erat contrarium, et voluntas Dñi Regis, caute et
secrete dictos tres custodiri faciebat, ita tamen quod ipsi
ignorabant, nec quis advertebat, nisi illi, quibus com-
missa erat dicta custodia; de Casali volens recedere Rex,
dictus Simon de Vercellis ibidem potens, et Domino suppro-
gabat ut procederet: Dñus Rex noluit, non bene spe-
rans de eo; sed ultra cum eo procedens versus Vercellas,
Padum cum summariis, et curribus, sine navigio tran-
sivit; quod omnibus Patriotis mirabile videbatur, Ci-
vitatem Vercellensem introivit, et expulsos secum reduxit.
Ibidem unum Vicarium de Sancto de Moladellis, qui

Ubertus

, qui Guelphi sunt, divisit, consanguineum Dñi Comitis Sabaudiae. Ibique pacem inter eos fecit, et bona concordia, receptisque fidelitatibus Dñi Epi Nobilium, et Communis, versus Novariam direxit gressus suos.

14. Porro plura statuta a Capitulo Vercellensi, condita, ad pacem inter Canonicos servandam, et ad Dei cultum augendum conducentia, iam confirmaverat sub 12. eiusdem Decembris, Ubertus Epus: quae extant in Archivio Capitulari.

15. Pacatis Vercellis, Henricus eodem mense Novariam, proximam Civitatem, se contulit. Ibi pariter, scissis in partes Guelphorum, et Gibellinorum civibus, omnia perturbatione, et tumultu plena erant. Princeps partis Guelphae, quae dominabatur, erat Guillielmus Brusatus, cui favebant Caballatii: Ex adverso pro Gibellinis stabant Tornielli cum asseclis. Uguttio Epus cum iis pariter sentiebat. Eos feliciter Henricus, adiuvante praesertim Epo, ad concordiam reduxit, revocatis in patriam exulibus: Pacis conditiones extant Corios.

16. Lateri Regis adherebat Ubertus Electus Vercellensis, nondum consecrationis munere decoratus. Sedente Rege, magna Pompa, splendidoque apparatu, ipso Rege et Regina praesentibus, in Ecclesia Fratrum Praedicatorum ab Cassono Turriano Archiepo Mediolanensi, Epus consecratur. Laetis Conviviis Regali munificentia adornata, atque effusissimis largitionibus, a Rege, et a Regina, solemnitas celebrata est. Id discimus ex Nicolao Epo Botrontinensi supr.: In Novaria, inquit, Vercellensem Henricus fratrem Ex Epo. Predicatorum adduxit (?) sacrari ordinavit. In Novaria tunc dominabatur unus Guelphus, Dñus Guillielmus nomine de Brusatis, antiquus (senex). Iste (?) sibi obviavit, nescio bene, nisi usque in Vercellas, quia fuit antiquus,

antiquus, et debiles. Pace inter eos et concordia facta, quia Dnus Archiepus Mediolanensis erat aliquantulum Dno Epo Vercellensi durus super consecratione sua, Rex et Regina ipsum Archiepum rogaverunt, ut dictum Epum Vercellensem, in praesentia eorum consecraret, quod et fuit in Ecclesia Fratrum Praedicatorum in Novaria. Quales Reverentiae sibi fuerunt, quae dona dicto Epo dederunt Rex et Regina et quas expensas fecerunt in dicto ~~facto~~ festo quantum ad convivia et alia, ipse scit, cui factum est, et quicumque interfuerunt. Quomodo autem dictus Epus dicto Regi post suam consecrationem, et honorem receptum ab eo, servivierit, et fidelitatem servaverit, insignia Regis Roberti in Vercellis posita, et in suo hospitio specialiter, et per eum, et suos, ut fama est, hoc ostendunt. Recordor incidentaliter, quod ante receptum nuncium de Pisis, audivi ab Imperatore per paucos dies, quod in isto mundo non erant duo Prelati magis ingrati quam Archiepus Mediolanensis, et Epus Vercellensis, et quod inter omnia, quae plus habebat cordi, unquam Sanctitati vestrae supplicare circa facta Praelatorum, hoc erat, quod Sanctitas vestra sciret, quid fecerit pro istis duobus, et quid fecerunt contra eum. Carpit hic auctor Ubertum, quod ingentibus benefactis a Rege cumulatus, ab eo deinde ad Regem Robertum defecerit. At id sibi imputet Henricus, qui callidis artibus a Matheo in fraudem impulsus, nimio favore totus in eius partes concesserat, et priori relicto instituto, despectis omnibus, qui partium Guelpharum erant, instar Guelphorum eorum in se concitavit. Ex-cinde Henricus Mediolanum ingressus est die 23. eiusdem Decembris, a Guidone Turriano, multisque utraque

Albertus

portis splendido exceptus occursu.

17. Anno 1311. imbente Rege Turriani, et Vicecomites, qui diuturno Schismate, se, urbemque fatigaverant, ad concordiam revocati sunt. Pacis conditiones recitat Merula lib. 9. Die 6. Ianuarii Henricus in Templo S. Ambrosii, solemni pompa, serto ferreo de more Redimitus, in Regem Longobardorum, et Italiae Coronatur. Interfuere, testa [illegible], Archiepiscopus Trevirorum, Archiepiscopus Ianuensis. item Episcopi Brixiensis, Vercellensis, Novariensis, Bergomensis, Laudensis, Aquensis, Patavinus, Vicentinus, Tarvisinus, Veronensis, Mantuanus, Comensis, Rhegiensis, Mutinensis, Parmensis, Placentinus, Lucensis, Tridentinus, Constantiensis, Basiliensis, et Desthonensis: Nemon Dux Austriae, Marchio Montisferrati, Comes Sabaudiae, Delphinus, Henricus Flandriae, Marchiones, Salutiarum, Carretti, et Malaspinae, Ianuensis, Matthaeus Vicecomes, et Guido Turrianus: item Legati Romanorum, Ianuensium, Placentinorum, Veronensium, Mantuanorum, Brixiensium, Parmensium Laudensium, Papiensium, Cremonensium, Vicentinorum, Trevisanorum, Novariensium, Vercellensium, Eporediensium, Patavinorum, Comensium, Rhegiensium, Mutinensium, et ex omni ferme Italia, praeter Alexandrinos, et Astenses, qui nuper Roberto Regi se dederant. Corius scribit Henricum, coronam accepisse de manu Castoni Archiepiscopi Mediolanensis. Idem dicit Muratorius in Annal. adhuc nuncum; quod cum nemo praeterea ingenue apertum indicaverit, cum Muratorium inveniri latere non potuerit, hoc nempe obiisse Archiepiscopum Mediolanensium una cum Episcopo Vercellensi, id sitidem afferentibus scriptoribus coevis, quorum historiae, ab eodem Muratorio in Collectionem rerum Italicarum illatae sunt,

illatae sunt, et Praecipue Nicolao Epo Botrontinensi, qui testis fuit in Rem praesentem, cuiusque Relatio de Itinere Italico Henrici VII. Clementi V. inscripta, prostat ta. 9. rer. Ital. a column. 887, ad 934. ibi: in die Epiphaniae, ait, per Archiepum Mediolanensem, et Epum Vercellensem, quem ad hoc specialiter voluit habere Henricus, tanquam suum Epum, qui sic tunc a Rege et Regina vocabatur, et Pluribus aliis Praelatis praesentibus, Coronam ferream in Ecclesia B. Ambrosii, ~~susfepit~~ suscepit.

Ubertus.

18. In ea quidem celebritate, denuo inter Vercellensem, et Brixiensem Epos, controversia de dignatione, excitata est, nempe uter, utpote dignior sedere deberet, a dextris Regis, et proximus Coronationi inservire. Causam obtinuit Vercellensis Epus, decretis ~~eidem~~ eidem iuxta morem diutius observatum, primis subselliis, et Coronae Regalis ministratione, uti una cum Archiepo Mediolanensi confecta est est sequenti diplomate, quod Autographum conservatur in Archivio Epatus, ex quo illud vulgavit Ferrerius, et Ughellius in Epis Vercellensis.

„ In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate

„ eiusdem MCCCXI. Indictione IX, die VI. mensis Ja-
„ nuarii in Festo Epiphaniae Dni, in Civitate Mediolani,
„ in Ecclesia S. Ambrosii Mediolanensis, in praesentia Pa-
„ trum Venerabilium, Dnorum Castoni Archiepi Mediola-
„ nensis, Archiepi Senonensis Archiepi Treverensis, Epi Laodicensis,
„ Ag: Epi Gebennensis, N. Epi Astensis, N. Epi Taurinensis, Uberti
„ Epo Vercellensis, ornensis Aymo. Epi Novariensis, Pogi. Epi Parmensis, Epi
„ Cremoni, Epi Brixiensis, Epi Laudensis, Herz. Epi Tridentini Cancellarii Dni Imperatoris, et Illustrium Virorum
„ Dnorum Ducis Austriae, Ducis Bavariae, Valer. Comi-

tis

Ubertus-

"Comitis de Luxemborg, et plurium Comitum de Alema-
"nia Guidonis Comitis Flandriae, Amodei Comitis Sabau-
"diae, Ugi Delphini, Theodori Marchionis Montisferrati, et
"plurium aliorum Baronum, Comitum, et Marchionum
"Lombardiae, et coram testibus Dno Guillelmo de Moxo
"Canonico Vercellensi, Jacobo de S. Paulo Cive Ver-
"cellensi, et pluribus aliis clericis, et laicis ibidem con-
"gregatis in multitudine copiosa, occasione Corona-
"tionis Serenissimi Regis Romanorum, Dni Henri-
"ci Imperatorem solemniter coronandi. Constitu-
"tus idem Dnus Rex ibidem ad suscipiendum devo-
"te benedictionem, inunctionem, et coronationem Co-
"ronae Ferreae iuxta solitum morem constituendorum
"Romanorum Imperatorum, et sicut celsitudinem Regi-
"am condecebat, cum pervenisset ad eum, delatio-
"nem sibi factam, ex parte Venerabilis Patris Dni
"Uberti Vercellensis Epi et Comitis supradicti, quod
"idem Dnus Epus Vercellensis, esse debet, et stare, et se-
"dere consuevit a dextris Dni Mediolanensis Archiepi
"in Conciliis, Consecrationibus, et aliis Tractatibus, et
"parlamentis solemnibus, in quibus suffraganei Me-
"diolanensis Ecclesiae requiruntur, sicut apparet etiam
"in Atrio, seu Broleto Mediolanensi, in Ecclesia S.
"Teclae, et quod ex longissima, et inveterata consue-
"tudine, et observantia, iuxta morem dictis appro-
"batum, ad Epum Vercellensem tanquam ad prae-
"cellentem, et honorabiliorem suffraganeorum Lom-
"bardiae, sedere pertinet post Metropolitanum, iuxta
"Regem Romanorum, Imperatorem constituendum
"propinquiorem adesse coronationi praedictae, et in

"praedictae, et in solemnitate Diadematis, ac praedictae
"Coronae Regalis, et Imperialis, Capiti propinquius mi-
"nistrare, ad dextram lateris Serenitatis Regalis, et Impe-
"rialis. Licet Epus Brixiensis se ingereret, et offerret potiorem.
"Volensque Epo, et Ecclesiae Vercellensi reverentiam exhibere,
"ac Sedis, et sui ordinis praerogativam debitam con-
"servare, iuxta morem Constantini Praedecessoris sui,
"qui magis Venerantur honorari, et exaltari, quam
"proprium imperium, Terrenamque Exhonorandam,
"Dum dicto Brixiensi Epo, a praedicto praerogativae
"beneficio, excluso. Cum ipse dictus Vercellensis Epus
"Coetrus suffraganeus Mediolanensis Ecclesiae, ordine de-
"bito antecedat, praemissa diligenti deliberatione, at-
"que deliberato consilio Procerum, Comitum, et Ba-
"ronum suorum, Praefatus Dnus Rex, Imperator
"Constituendus, volens ius Vercellensis Ecclesiae, illibate
"servari, cum praedicto intelleret esse verum, voluit,
"et decrevit Praefatum Dnum Epum Vercellensem
"esse et constare a dextris suis, et Praedicto Mediola-
"nensi Archiepo in Consilio, et officio Benedictionis
"suae, et Coronationis praemissae, decernendo idem
"Dnus Rex, quod praedictus Dnus Epus Vercellensis
"adsiet, et ministret in coronatione ipsius Dni
"Regis, et Epus Brixiensis in Coronatione Reginae. Et
"ideirco vocari ipsum Dnum Epum Vercellensem
"fecit per Sll. Virum Dnum Amedeum Comi-
"tem Sabaudiae, per haec verba, a dicto Domino
"Comite, iussu dicti Domini Regis Romanorum
"Probata, videlicet: Mi Bne Dne Epe Vercell. veniatis ante
"quia Dominus Meus vult conservare vobis ius vestrum

Ubertus

"et Ecclesiae Vercellensis; et locari eum fecit ad dexteram
"suam, eundo ad Processionem de Claustro ad Ecclesiam;
"deinde in Ecclesia ante Altare S. Ambrosii, ad dexteram
"Domini Archiepiscopi memorati, in officio coronationis
"praesente Dño Epo Brixiensi. Et sic idem Dñus Uber-
"tus Vercellensis Epus, praesente Dño Brixiensi, et aliis suf-
"fraganeis de Lombardia, Mediolanensis Ecclesiae, lo-
"cata sede sua in loco competenti, a dextris Dñi
"Mediolanensis Archiepi stetit, sedit, et legit 3am lec-
"tionem, seu orationem, quae sibi per Archiepiscopum
"delata, et ordinata extitit, primo autem aliis Epis
"Lombardiae, de his quae lecta, et dicta fuerunt in of-
"ficio coronationis jam dicto: Item recepit de
"manu ejusdem, ensem, quem Imperatori accin-
"xit, et sceptrum Regale, virgam, et pomum au-
"reum, sive deauratum. Quod quidem sceptrum,
"virgam, et pomum, postea manu sua dextra por-
"rexit, et dedit ipsi Regi: insuper Coronam benedic-
"tam per praefatum Archiepiscopum Mediolanensem,
"idem Dñus Epus Vercellensis una cum Dño Archie-
"po supradicto, capiti ejusdem Regis imposuit et fir-
"mavit, et solus post Archiepiscopum, signis (tam in un-
"ctione Henrico Regi facta, quam in aliis, ad solem-
"nitatem Coronationis Imperialis fulciendis) oppor-
"tunis eidem Regi factis, et impositis, ad latus dicti
"Regis dextrum, sedit; et deinde expleto Coronationis
"officio, ad sedem suam subsequentem post Altare
"firmatam, et ordinatam .... Imperatorem cor-
"....... ubi sedenti ipso Imperatore cum Impera-
"trice Regina .... rediit ad sedem suam,

Ubertus.

"..." et locum a dextra Archiepi memorato. . . . .
" . . . . . et officii insigni honoratione. . . . .
" . . . iuris sui, et honoris . . . .
" . . . . infractam fuerint. Ego Dominus de Rubino
" de Cholando, Imperiali Auctoritate Notarius. . . . .
" . . . . . omnibus interfui, et rogatus hanc Chartam
" . . . . firmavi et scripsi. "

19. Ex quo Diplomate, manifesto liquet Henricum non privilegium, aut gratiam Epō Vercellensi contulisse, sed quod suum erat Ecclesiae Vercellensi, iusto iudicio manere perfunctum, adiudicasse iuxta praerogativam quae eidem sedi inerat ex longissima, et inobtrata consuetudine, petita a temporibus usque Constantini, et quidem Constantini Magni, nam caeteros Constantinos, tunc tandem imperasse, cum Longobardi iam plures annos Vercellis potiebantur, nemo est qui ignorat. Unde liquide constat (liceat hoc mihi, hic obiter adnotare ex alibi dictis) aevo Constantini Magni, non solum Ecclesiam Vercellensem proprios habuisse Epos, sed istos praeterea iam tunc fuisse praerogativa sedis, et ordinis, ac etiam praecellentioris, Metropolitis semper, nam nulla alia per id tempus, sedis praerogativa, seu praeeminentia agnoscebatur, praeter Metropoliticam.

20. Porro hanc praecellentiorem dignitatem Ecclesiae Vercellensis supra caeteras Lombardiae, compertissimam fuisse opportet Mediolanensibus ipsis. Nam Henricus in hoc diplomate, huius praecellentioris dignitatis testem adducit Biroldum Mediolanensem, quem approbavit ac in Ecclesia. Nonnemo fortassis quaeret, quid sit

Ubertus,

hic Beroldus Mediolanensis? Hoc nomine designari Beroldum insignem scriptorem Mediolanensis (floruit circa annum 1130.) qui Ecclesiae Mediolanensis ritus universos, accurate descripsit, nemo dubitaverit. Ejus codex Ms. hos de re, adhuc asservatur apud capitulum Metropolitanum, et ex eo Murator. rer. Ital. par. 1. to. 1. edidit Elenchum Epîscorum suffraganeorum Ecclesiae Mediolanensis, cui inscriptum: Ordo antiquus Epîorum Suffraganeorum Sanctae Mediolanensis Ecclesiae. = Quotiescumque Synodus celebratur a Pontifice Mediolanensi, suffraganei ejus, hoc ordine sedent a dextris illius et sinistris. Similiter etiam quando Consecrationes Episcoporum ecclesiis fiunt, eodem modo sedent, quasi in modum Coronae. Et quidem pa sedes a dextris, est Epi Vercellensis. Refert Puricelli monum. Ambr. n.o 20. quod olim in Basilica Ambrosiana Mediolanensi, erant sedes Marmoreae muro infixis, singulis Epis destinatae juxta ordinem a Beroldo descriptum: Sedes Archiepiscopus, ait, medium tenebat, et adhuc tenet locum. Sedes utrinque aliae marmoreae, muro infixae, hinc inde novem succedebant, singulae singulis in ordine, rectaque linea respondentes Epis, quos eodem in pariete superne pinxerant picturae adhuc cernuntur. Epalium ejusmodi sedilium prominent adhuc aliqua ex ipsomet pariete eodicia. Epi autem illi superne picti, et canonum quisque annum, capa se, descriptam habentes, hoc ibi ordine nominantur. A latere quidem dextro, Vercellensis Novariensis Laudensis Derthonensis, Astensis, Taurinensis, Augustanus, Aquensis, Saonensis. A sinistro autem Brixiensis, Bergomensis, Cremonensis, Intemiliensis, Saonensis, Albingaunensis, Papiensis Placentinus, Cumanus. Epi in ultimum

ubertus.

nimirum iste olim erant Mediolanensis Ecclesiae Metropolitanae suffraganei, et Provinciales: certasque ac definitas in hac Basilica Ambrosiana posito, habebant sedes, quibus vocati in Concilium, insiderent, tamquam ex ordine Cathedralium, quas ipsi obtinuissent. Caesius quoque enarrans D. Ambrosii opera, in Ecclesiae Mediolanensis dignitate provehenda, primum locum inter omnes suffraganeos, tribuit Epo Vercellensi. Decimum hunc locum tributum fuisse, et deberi Epo Vercellensi, tamquam praecellentis, et honorabilioris in omnium suffraganeorum Lombardiae, diximus habemus, et dispictum eodem Henrici diplomate. Hic mos vigebat adhuc aevo Jo. Stephani Epi Vercellensis (sedit ab anno 1599. ad 1610.) ipso teste in vita S. Eusebii edita Vercellis 1609. de primor. Civit. Vercell. fol. 31. circa finem, ibi: Ut in Coronatione Imperatorum, primum locum, sic in Conciliis, Provincialibus, primas semper in Mediolanensi Ecclesia inter suffraganeos, Vercellensis Epus tenuit sedes.

21. Duo adhuc adnotare placeat ad relatum diploma illustrandum. Annus quidem, qui ibidem signatur ab Incarnatione, non a die 25. Martii ut assolet sed a prima die Januarii computandus est. Nam scriptores synchroni, ad unum omnes conveniunt Henricum, Mediolani coronam suscepisse die 6. Januarii, anno aerae Vulgaris 1311.; praeterquamquod certum est Henricum, Italiam introisse mense Octobris anno 1310., qui annus computatus ob Incarnationem, seu a die 25. Martii, adhuc durabat mense Januario sequenti, quo Henricus Coronatus est. Porro in Diplomate nominatum

Ubertus

nominatum legimus Valer. Comitem de Lucemburg. Hic
Valeranus, alias Galleranus frater Regis Henrici, quem
nominatum pariter habemus in instrumento Papi=
=zitae Advocatos inter et Zitiones, de qua supra nume=
ro 12. quique in obsidione Brixiae, hoc ipso anno
interfectus occubuit. Ad historiam redeamus.

22. Paucis a Coronatione diebus, magna contentio Me-
diolani, Germanos inter et Mediolanenses orta est. Diu
armis pugnatum est, ingenti hinc et inde strage edi-
ta. Tandem praevalentibus Germanis et Mattheo Viceco=
mite clam in incendio sufflante, Guido Turrianus ve=
lutae commotionis auctor, urbe pellitur: eius aedes
diruuntur, et solo aequantur. Guido Profugus, primo
Alexandriam, deinde Cremonam se contulit. Inde a Cae-
sare Mediolanum accitus; imperatis non paruit. A-
pud Caesarem tamen, ob contumaciam Guidoni ira=
=tum, intercesere Philipponus Longus, Simon de Co-
lobiano, et Antonius Fisiraga: Consiliariis itaque, ait
Albertinus Mussatus, de gest. Henr. VII. in. Ital. to. 10,
superintendentibus, diu inter se versantis, salubre fore, ab
radice morbum curandum: Guidonem Caesari recon=
ciliandum, indulgendum ei, ut tuto ad Principem ac-
cedere sit fas, ut bonis restitutis, intra Mediolanenses
indemnatus cohabitet, et fortuna Orphanum, suspi=
cionis tollendae causa, impiam utrinque fido
vinciant. Harum conditionum tractatores Philip=
=ponum Comitem Guidonis soceri, Simonem
de Colobiano Vercellensem et Antonium de Fisi=
raga Laudensem, interponendos, qui et Cremonenses
pertentent etc. Exemplo ipsis Cremonenses suasa

Ubertus.

nam (et illo profugus Guido pervenerat) Ubertus Guidonem respondisse, se a Cremonensibus ut hospitem, ad vitae refugium, susceptum omnia cum ipsorum arbitrio commisisse, se nil posse aliud habere, nisi sicut ipsi de se fideque statuerint. Ob id Cremonenses grave in se susceperunt bellum, quod pariter deinde ad Laudenses, et Brixienses transiit. Antonius Fissiraga, cum Laudam ire cuperet, nonnisi datis sponsoribus Philippono Langusco, et Simone de Colobiano, a Caesare id impetrare potuit: Post haec, ait Nicolaus Episcopus Botrontinensis ipse, Dominus Antonius petiit licentiam eundi in Laudam etc. Dominus Rex, receptis fideiussoribus pro eo, quod ad talem diem reverteretur, licentiavit eum. Fideiussores sui fuerunt Comes Philipponus, et Dominus Simon de ~~Colobiano~~ Vercellis. Porro Henricus ut tantos viros sibi devinciret, dedit Comiti Philippono (sunt verba eiusdem Auctoris) Comiti, et Simoni de Vercellis, mille libras Imperialium in feudum, cum redditibus suis, recipiendis in Vercellis.

23. Post haec Gastonus Turrianus, Archiepiscopus Mediolanensis cum patrio Guidone, omnia pacatiora viderentur, ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam, consultosque pariter libertati Ecclesiasticae, Concilium Provinciale Bergomi habuit die 6. Julii, huius anni 1311. Plura atque salutarissima Decreta ibi edita sunt, quae prostant To. 9. rer. Ital. a col. quingentesimaquadragesima quinta, ad quingentesimam octogesimam in Rubricis 34. distributa. Inter caetera habetur decretum adnotatione dignum contra Regulares sub Rubrica vigesima secunda. De Regularibus

Usuperf.

vero convenientibus ad suscipiendas capitulariter discipli=
nas; de quo Cl. Saxius in Epistola eidem Concilio praefixa
ad Cl. Muratorium, haec habet: quod autem, ait, peculiari
adnotatione dignum videtur id est, colligi ex hoc Concilio
quod intactus adhuc in Metropoli nostra, mos ille priscus
vigeret, ut Regulares familiae, ordinario iuri Episcopi sub=
jicerentur: Clariss. enim Thomassinus in aureo opere de
antiq. et nov. Eccl. Discipl. part. 1. lib. 3. cap. 28, Testimo=
nia congerens ad hanc firmandam superiorum tem=
porum praxim, non ultra saeculum 13. progreditur.
At in Mediolanensi Provincia, subsequente etiam saeculo
perdurasse docet haec synodus, in qua non modo de cele=
brando Conventuali socio, divinis peragendis officiis,
honestoque gerendo, in Regularium aeque ac Saecularium
Collegiatis ecclesiis, de inviolato servando Monasteriorum,
ac reliqui Cleri patrimonio, praedictisque statutis poe=
nis indiscriminatim decernitur, sed ea etiam indicun=
tur, quae ad interiorem claustri disciplinam spectant.
Praecipitur enim peculiari Rubrica, ut cuiuslibet Mo=
nasterii Domus, et Ecclesiae Regularis Collegiatae Praelatus,
personaliter per se ipsum, aut per alium cum suis
fratribus, et Conventus unusquisque, et quaelibet Abbatissa, Prio=
rissa, vel Ministra loci religiosi, ubi Abbatissa non fue=
rit, cum suis Monialibus, et sororibus, bis ad minus
in septimana, tempore Quadragesimae, et Adventus, reli=
quo vero tempore saltem semel in hebdomada pro culpis,
et excessibus, Capitulum in loco debito, celebrare studeant
Conventualiter etc. In Praelatos vero, seu Praelatas Provin=
ciae, id negligentes, aut subditos contumaces, per An=
tistitem, vel eius Curiam, fore acriter procedendum

Ubertus.

iubet, atque interim nonos eorum dominatu declarat. Series itaque in Ecclesia nostra, involvique privilegio exemptionis Regularium credendum est.

24. Inter alios huic Synodo praesentes, leguntur Dnus Eusebius de Tronzano Vicarius, et Procurator Venerabilis P. Dni Uberti D. G. Epi Vercellensis: et Dnus Martinus Archidiaconus Vercellensis, Sindicus et Procurator Capituli Ecclesiae Vercellensis; et Universi Cleri Civitatis et Diaecesis Vercellensis. Item Dnus Eusebius de Tronzano (idem qui supra) Vicarius Dni Epi Novariensis (is erat Uguccio Borromeus Vercellensis) Procurator Cleri Civitatis et Diaecesis Novariensis. Hic Eusebius, qui dicitur Vicarius utriusque Epi Vercellensis, et Novariensis, fuit Major Cathedralis Ecclesiae S. Mariae Majoris Vercellensis, e nobilissima Vercellensi gente de Tronzano; vir sane Egregius, doctus, et pius. Multis annis utramque Diaecesim Uberto et Uguitione Epis ad alia distractis, laudabiliter Vicario nomine administravit. Vercellis quidem cum Ubertus inter armorum strepitus, et ipse armis deditus per se ipsum spiritualibus istis vacare non posset, non solum Vicarii Generalis, sed etiam Visitatoris Generalis munera, quoad Ubertus vixit, obivit, pluribus saluberrimis editis Decretis, quibus Disciplina Ecclesiastica, difficillimis illis temporibus, partim instaurata est, partim, ne penitus dissolveretur, defensa. Anno 1318. statuta condidit, quae adhuc extant, Collegiatis S. Agathae, et S. Stephani Bugellae. Supersunt etiam statuta quae anno sequenti 1319. observanda praescripsit Collegiatis S. Eusebii de Blanzate, et S. Laurentii de Liburno.

26. Henricus, rebus utriusque Mediolani compositis, eodem

Ubertus;

anno 1311 in Cremonenses primum, deinde in Brixienses ar-
-ma movit. Uterque Populus Guidonis Turriani Impulsu, Im-
perialia jussa abnuebat. Cremona brevi expugnata est:
Brixia dura obsidione fatigata tandem deditionem fecit.
Utrobique crudelissime saevitum est, in tecta, bona, et per-
sonas praecipue eos, quae Guelphae factionis erant. In-
terea adnitentibus Philippono Languscho, et Simone de Co-
lobiano, Philippus Sabaudiae, Achaiae Princeps, Vercellen-
sibus et Novariensibus, nomine una Imperio, ab Henrico prae-
fectus est. Quo facto, Princeps nomine tenus, reapse
vero Languscus, et Simon, ut prius rerum summa po-
titi, omnia ad arbitrium in hisce civitatibus admi-
nistrari coeperunt. Hoc Henrici factum deplorat Ni-
colaus Epus Botrontinensis, sup. veluti parti Imperiali
criticae: Recordor adhuc, ait, quod Rex aliqua fecerat ad
Brixiam, quae si Deo placuerunt, non tamen omnibus
hominibus, et scio quod mihi displicuerunt. Primum fuit
quod Dno Philippo Sabaudiae, ad petitionem, et pro-
motionem Comitis Philipponi, et aliorum partis
Guelphae dominium dedit Civitatis Papiensis, Vercellensis
et Novariensis. Et de hoc habere debuit viginti quinque
millia florenorum, quae pars Guelpha solvit, non
ipse. Ed paulo aliter, sed cumulatius narrat Albertinus
Mussatus Sup. lib. 7. Rubr. pa, ibi: Philippus Sabaudi-
ensis Princeps, in discessu Caesaris e Lombardia, instan-
tia dein fidelium Philipponi Comitis de Languscho Pap-
-iensis, Simonis de Colobiano Vercellensis, et Guillelmotti
Brusati Novariensis, Vicariatus Papiae, Vercellarum, ac
Novariae a Rege petiit, et obtinuit dato aere Camerae
Regiae trium et viginti millium florenorum, procu-

[illegible]

Ubertus.

earum civitatum contributionem, provisionemque debita ad Coronationis progressum, praefatis Philippono, Simone, et Guidobaldo, tantumdem ac in dis certos principi eam dicto restitutoros, despondentibus. Hoc Princeps proposito, civitatis easdem gubernandas susceperat, ut nominatis optimatibus, earumdem favorem impenderet. Ipsi namque titulo Vicariatus servato Principi, homo (?) praestita, Populis praeerant, et pro libitu, ut ante Caesaris adventum, dominatus obtinebant. Eamdem hisce in Civitatibus, Gibellini iterum excogitare coeperant. Pagani Langusius, Manfredum Gibellinae partis Principem comprehendi iussit, et Vercellas custodiendum misit: Vercellis quoque Tisiones sursum extollere coacti. Philippus ut haec audivit, ne in suspicionem Caesaris veniret, Vercellas profectus multum laboris et industriae impendit, ut Advocatos ab incepto retraheret. Quod et obtinuit, adiuvante praecipue Uberto Episcopo, sicuti liquet ex Charta Archivii Civitatis diei 28. Octobris, huius anni 1311. in qua Advocati, et Tisiones auctore Philippo mutua sponsione se obligant ad servandas leges et pacta Pacis inter eos initae dicto anno elapso 1310.; quam recitavimus hic n.o 12.

26. Interea pecuniae dies advenerat, et Princeps iuxta conventa, solutionem urgebat; nec tamen aes pendebatur, Populorum inopia, forte dilationem causante. Matheus Vicecomes, quem veteres simultates adversus Languscum, et Simonem Advocatum torquebant, agitabantque implacabiliter, occasionem adinvenit, qua illos perderet, iracundiam in eos Principis animum, omnibus alii (?) in eos concitare adorsus est, praefatus est.

Albertus

erat frustra. Nam Princeps sub specie Matrimonii a se
cum filia Delphini ineundi, Riccardinum Philipponi
filium, et Simonem de Colobiano, secum Taurinum
addnctos, in vinculis habuit, donec debitum redderent.
Quibus laetus Vicecomes, interposito Galeatium filium,
ad populandum Lomellinum agrum, sociatis ar-
mis Marchionis Montisferrati, et Marchionis Salutiarum
immisit, ipse Papiam recto duxit, et Philipponum
inde deiiceret. Haec narrat Albertinus Mussatus cit.
lib. 7. Rubr. 1, ibi: denique in dies, ait, tempus
procedente, egresso e Pisis Caesare, ad urbem propiusque pro-
perante, Philipponus Comes, Simon, et Guillielmottus,
seu ex insolentia ob remotum Caesarem, aut ex col-
lectis, seu forte populorum impotentia, quos affe-
cerat instans annua sterilitas, Principi depensum resti-
tuere differebant, frustratoriis pollicitationibus, nec
ipsi Principi rerum familiarium facultas ad ordines
satellitum, quibus opus erat, retinendos suppetebat. Nau-
sea, seu dedignatio magnanimo incessit Principi,
dum se quem dominantibus praepositum, extollen-
dumque undique existimabat, parvi pendi cer-
neret ab his praesertim, quos oppressos, abiectosque
sustulerat. Ad haec Matheus Vicecomes Mediolani
Vicarius, quem antiqua odia adversus praefa-
tos agitabant, Principem stimulabat, quos facile
suis reprimendos affatibus, ac prioribus nequitiis,
posse suggerebat. Eandem invalesse credita sunt,
ipsius Mathei continuata suspicia. Ipse namque
Princeps, veluti pondere fraude vendicaturus, dum
Taurinum, sponsalium cum Delphini filia contra-

Mussatus cit.

hendorum

contrahendorum causa, profuturus erat, Ricardinum Phi-
lipponi de Lanzano Primogenitum, et Simonem de Co-
lobiano, secum duces, victos detrusit, adversus illos
nisi aere soluto, in ius, vel Parentum potestate futuros,
cum poenarum etiam adiectione, et debito interesse.
Simon de Colobiano, paucis dierum intermediis, se-
se ut Principi libuit, soluto aere redemit. Ricardino
interim in vinculis remorante, Mattheus Vicecomes, in
adversarium pervigil, horzen inter Principem, et
praefatos, simultates serpere praesenserat, sibi pro-
futura requirens, eiusque sibi Montisferrati, et Salu-
tiarum Marchionibus, exercitus in agros Papiae ad
Lomellinam terram perurgeri, dum praesenta-
ta data, iam mensis exponerent Praeposito Galeatio
Primogenito suo, dixerit.

27. Verum ex Charta Archivii Civitatis, huius anni
1312. die 27.... (verba mensem exprimentia, obli-
terata sunt) dicimus non Simonem Advocatum de
Colobiano, sed.... Advocatum Valdengi, Jacobum
et Petrum Advocatos Quaregnae..... Advocatum Ole-
mpo, Joannem, et Emanuelem fratres, filios Dñi
Simonis advocati, de Colobiano, Petrum Mortarium,
Nicolinum de Clivolo, Franciscum Coconellum, Marti-
num de Mortonovo, Jacobinum Pettenatum, abla-
tionem, ut ibi dicitur, Dñi Albertini Pettenati, a Dño
Philippo Achaiae Principe, Vicario Vercellarum, seu
Taurinum deductos, et custodiae traditos, non quidem
Taurini, sed in arce Vigoni, veluti obsides, quoadus-
que pactam solutionem, sibi persolverent. Quod dein-
de solutum fuisse ex Praemia, pluribus ex dimensatio-
nibus

Ubertus

aliennationibus redacta, dicimus ex aliis Chartis eiusdem Archivi, inter quas una est diei 30. Januarii 1313, qua Commune Vercellarum cedit Dño Uberto Epõ Vercellensi, locum et Territorium Crivecii cum omni iurisdictione, mero, et mixto imperio, iure exigendi fodra, Gabellas etc. tenendum iure pignoris et hipothecae, ob florenos mille auri ab eodem Dño Epõ exnumeratos pro Communi, Dño Philippo Achaiae Principi, tempore vicariatus eiusdem.

28. Per id tempus, procuratio totius Lombardiae Guarnerio Dambargeri (aliis de Ottemburg, Merulae de Aspurg.) viro strenuo, et manu prompto, ab Henrico tradita est. Hunc consentis artibus Matheus oppeditor, eidemque ab Urbe Vercellarum Philippi Significat, eiusdem inimicitias cum Advocatis susceptas, quorum plures vinctos Taurini detineat; ostendit propè eum defecili, si statim illuc ducat, Urbe potiri, Civibus impeditis, et captivitate suorum exterritis; nec eidem defuturos Tizzones, utpote qui et odio in Advocatos, et spe dominationis, avidissime suas operas, et opes, ut negotium bene succedat, impendunt. Nec pluribus opus fuit. Guarnerius itaque, teste Corio, mense Julio huius anni 1312. multo instructus milite, Vercellas invadit. Ad arma Vercellenses inclamant. Atrox conseritur pugna, qua multis hinc inde caesis, victor tandem Guarnerius Urbe potitur, eidemque, pulsis Advocatis, Ricardum Tizzonem cum plena auctoritate, moderatorem praeficit. Sed Ricardus Praeturam, nec quietam, nec diuturnam habuit. Magna, et potior firmitatis pars adhuc ab Advocatis stabat. Itaque vix recesserat Guarnerius, cum atrox pugna in ipsa urbe, intra utrasque

Ubertus.

utriusque partis viros excitat. Advocati Philippum Achaiae Principem, cum quo in gratiam redierant, Etiones Guerneriam accersunt. Hic propere cum exercitu Vercellas accurrit. Irruentem Advocati cum suis, duce Simone de Colobiano, fortiter sustinent. Diu certatum in Urbe est. Interea Guernerius Philippum, veluti proditionis suspectum, cominus gladio petit, quem et occidisset, ni Otymo de Aspremonte, unus ex Principis familiaribus, stricto ense, et illato vulnere Guarnerium fugasset. Ita uterque Dux, Philippus quidem ad Advocatorum, Guernerius vero ad Etionum castra, recedit. Demum ad Pacem conciliandam intercedunt Marchio Montisferrati, et Comitissa Sabaudiae Amedei Uxor; quibus auctoribus convenit, ut Vicariatu Vercellarum cum pleno dominio, Principi Philippo reservato, uterque Dux inde abscederet, et [illegible] obligarentur ex Etionibus decem et octo, et ex Advocatis duodecim. Caeterum Philipponus Comes Languscus, dum haec aguntur, Vercellas cum exercitu properat, et iunctis armis cum Uberto Episcopo Vercellensi, et Simone de Colobiano, Etiones ingenti clade fractos, urbe pellit, dominatumque exempto Caesaris iugo Advocatis restituit. Haec breviter innuit Nicolaus Episcopus Botrontinensis sup. Casale, inquit, quod Dux Rex dicto Comiti Philipponi dederat in feudum fuit primus locus, postquam Dux Lombardiam intravit, qui rebellavit, et post, Civitas Astensis. Et isti Regem Robertum, Dominum acceperunt. Post aliquod intervallum temporis, Civitas Vercellensis. Et hanc causam accepit, ut dicitur, propter quamdam

verte
6

quandam brigam, quae fuit inter Comitem Guarnerium, et Principem suum Philippum in Vercellis. Expeditionem Guarnerii, litem ipsum inter et Principem Philippum, et demum Editionem expulsionem describit etiam Merula lib. 8., ibi: Guarnerius in Vercellenses duxit. Vercellas Colobianus favore et opibus Advocatorum obtinebat. Hanc gentem dominatu Philippus evertere quippe factionibus adversantem Guarnerius parabat. Igitur propius Urbem cum copiis secreto festinat. Verum imparatos minime offendit. Noverant Advocati ad se versos exercitum pergere. Ita cum expeditos et instructos milites, atque amicos in armis haberent, irruentem hostem fortiter sostinent. Dimicatum in Urbe est. Interim Guarnerius Philippum proditionis suspectum, stricto ense petit; qui nisi constanti animo, vim illatam repulisset, obtruncatus propositum foret. Intercedentibus famuli, partim caesi, vulnerati alii fuerunt. Philippus in eodem discrimine ad hominem Colobianum transiit: cui fugae causam quaerenti respondit: ut fugerem, iratus Guarnerius fecit: In me enim gladio armatus intentavit; quod nisi domesticorum ope defensus forem, crudelem in modum occubuissem. Colobianus, ut boni in spe erat, neque minas, aut vim barbari extimesceret apud se, ingerit. Nihilo tamen secius Guarnerius Vercellenses urgebat. Editiones de Potentatu cum Advocatis certantes, incipienti Guarnerius iuvabat. Ita aliquot dies in Urbe ipsa, inter cives certatum fuit. Gravis erat Mediolanensi militi pudor,

multi errore; prae inopia haud pauci delabebantur. Mattheus Vicecomes cognito eorum dissensu, impendia enim militiae praegravabant, ad Guarnerium, et Pratorem, utrumque exercitum domum reduceret, scribit. Uti Guarnerius Mediolanum redierat, una Civitates externo praesidio destitutae, domo, et Patria expellunt. = Nunc audiendus est Iohannes de Cerminate sup. cap. 50: Interea, inquit, Vercellis seditio inter Cives mota, illuc suscitat Philippum de Sabaudia, qui ut ipsius urbis et Communis Rector, eo venisse fertur, compositionis causa non solis, a Citronibus, communique signatibus creditus est, sed suspectus. Qui illuc Comitem Warneriorum illico sequentibus litteris, atque nunciis provocarunt. In cuius adventu non Urbis seditio tollitur, sed renovatur. Nam, ut creditur, ex proposito orta rixa inter familiares utriusque Ducis, utrinque subito cum tumultu, captis armis Warnerii familia potentior fuit, et spoliato hospitio Philippi, ipse relictis equis et armis, ac prope nudus dimisso, in Castrum Advocatorum, quod tumultus tempore, a suo Urbis latere sit cum tutum receptaculum cunctis suae factionis erat, vitae consulens fugit. Hic Philippus Comiti viribus impares sentiens se, dum properatas contra se magnas Mediolanensium armatorum copias sentit, Vercellas linquit et Papiam redit. Deinde post paucos dies Taurinum ivit. Cum eadem totum exponit Albertinus Mussatus sup. lib. 4. Rubr. 8. nonnulla addens, quae historiam non parum illustrant. Per eadem tempus, inquit, in conventu Vercellis coito Praesidentibus Guarnerio de Ombrine Longobardiae Praesid.

Albertus.

Marchionibus Montisferrati, Galeatio Matthaei Vicecomitis filio, aliisque compluribus pro Imperii agendis opportunis, accidit ut lis subito inter ipsos oborta, scandalum pararet. Philippo namque Achaiae Principe, Castrum cum Basilica Sanctae Mariae, quod in ipso urbis sinu positum est, Praeses postulavit, magnificentius et congruentius fore asserens pro Imperii Maiestate, ut idem qui Provinciae Praeses erat, in praestantiorique eminentiorique loco consideret. At contra Princeps, qui illud idem obtinebat, se eiusdem Imperii in ipsa urbe Vicarium, privatamque potestatem habere allegabat, addiciens quod et ad tempus, ipsum Vicariatum, dato Imperatori magno aere coemerat, sibique ipse ius ad tempus ex empto, et indulto. Succrescentibus itaque verbis, excandescens praeses, arma conclamavit, inque Principem ex curru, in equo consistentem, manu ad cervicem superiecta, una cum equo, summo impetu versus Episcopum ~~[illegible]~~ Palatium trahebat invitum, ubi et ipse in munitionibus consederat. Et ex principis militibus assistens unus, Aymo de Aspromonte, arrepto pugione Praesidem petiit, inque eius latus, vulnus magnum intulit, quo tandem occupatusque vulnere Praeses Principem dimisit. Immixti igitur Grani Germani, manus invicem conserunt, Praeside tandem tracto, in proximas Episcopi aedes redeunte, Princeps nactus in mora dextra [illegible], ad Advocatorum Palatia propinqua confugit. In Platea quoque plures ex gente Principis occubuere. Continuo itaque internis in novam dispositionem accitae, Imperatoris partes,

novas lites exorsae sunt, excitatis hinc inde in Vercellis undecumque viribus, accersitis et (ut perlatum est) Philippono cum Papiensibus, aliisque Longobardis eiusdem Ligae in socios partis adversae Praesidem, Mattheoque Vicecomite cum suis et Imperii fidelibus Praesidi adhaerentibus. Ingentes igitur in Vercellis simultates, causaeque scandali, in hoc rerum proventu exorsae sunt. Ad hanc vindicandam contumeliam, Fratrem Lugdunensem Archiepiscopum Guidonem Delphinum [illegible], ac Dnum de Pulchro Loco, Princeps adscivit. Occurrit et sponte Sabaudiae Comitissa, Amedei Comitis uxor, ubi concurrentes ob Maiestatis Imperatoriae contemplationem, de pace propensius actum est. Arbitrationibus itaque ad conditiones redactis, stabilitum est ut Vercellarum Vicariatu, Plenoque Dominio Principi reservato, uterque inde abscedat, decem et octo ex Tizzonum Primatibus, ac duodecim Advocatis, ab Vercellis abeuntibus, mandatis Imperii parituris. Tizzonibus Praeses, Advocatis Princeps, confinium loca, ad arbitrium constituerunt; sicque [illegible] Princeps, Laudam Praeses contendit. Rebus Vercellarum (Rub. 9) sic se habentibus, Philipponus Comes, ac affectus, Laetusque dissidiis Tizzonum dominatus ex conditionibus viris praevidens, cum Papiensibus, caeterisque amicis Longobardis maturavit iter, atramque noctem Vercellis eductis illo copiis, receptusque ab Epo Vercellensi Simone de Colobiano, eiusque agnatis intra moenia, in Partem Tizzonum irruit, et multa caede, praedaque Civitatem invasit, Palatia, munitionesque illorum demolitus, et in Advocatorum, suamque et novam partem, cuncta disposuit. Anno D. 13.S.6.

Wharton.

Anno D. N. J. C. MCCCXII. Mense Julii. Obiter nota Castrum etiamnum superstes iuxta Basilicam S. Mariae Maioris, quod nunc proxime attinget muros, et aggeres Civitatis, fuisse per id tempus in ipso sinu Civitatis. ~~amplitudo~~. Ex quo ~~colligitur~~ evidenter ~~an-~~ ~~gustia~~ colligitur, quam lata fuerit eiusdem Civitatis amplitudo.

29. Chron. Placent. to. 16. rer. Ital. distincte posita nobis ea quae Vercellis gesta sunt, addens quod Philippo Langusco, antequam Vercellas accederet, copias Mediolanensium a Matheo Vicecomite subsidio missas profligavit: quod eiusdem Mathei Vexilla insignia ante Urbem obtulit, Marci eiusdem Mathei filii personam simulans: et quod ob id ei patuerunt impulso Eliodoro Montisferrati Marchione, qui cum copiis ibi praesidio erat, partem Civitatem obtinuit. Haec tamen omnia, si credimus Gualvaneo Flammae Chron. Ast. cap. 60. rer. Ital. To. XI, referenda sunt ad annum sequentem 1313: et ad annum 1312. pertinent dumtaxat ea, quae summatim describit cap. 31. ibi: Et venit, inquit, Henricus Dominus anno Dni MCCCXII. cum paucis militibus. Variis partibus, merito afflicti sunt Lombardi quoniam Henricus Romanorum Rex, irreprobilis fuit, quia venerat tanquam Rex mansuetus ad pacificandum Lombardos, nec potuit quia pars praenominata Guelfa non potuit esse civica illorum quibus dominari solebat; et Gibellini voluerunt antiqua opprobria vindicare, et ideo comparantur anguillae, quae nec per ~~caudam~~ caput, nec per ~~caput~~ caudam manu teneri

[margin: et anguillae]

Ubertus.

non potuit. Guelphi de Bergamo exulantes, dudum expulit viros inviusto de Bergamo. Papienses praeliati sunt insimul, unum erant Comes Philipponus, et Manfredus de Beccaria in exercitu Brixiae, et ex eis mortui sunt plures gladio. Post Manfredi de Beccaria exivit de Papia. Philippus de Sobaudia Vicarius Papiae cepit personaliter Manfredum de Beccaria, et in custodia posuit eum. Vercellenses praeliati sunt insimul, et ex eis mortui fuerunt plures gladio et tertia pars Vercellarum combusta est, et praeliati sunt per dies quadraginta, et nullus eorum inde exivit. Brixiani inter se se maxime praeliati sunt. Post Guelpha mortua fuit, et qui remanserant, expulsi sunt inde. Eodem anno multae rixae, et seditiones fuerunt Vercellis, nam Philippus (Simon) de Colobiano, aliorum Advocatorum qui tyrannice gubernabat, et volens Henricum reponere Exiticios in Civitate obstantibus Advocatis, saepe pugnatum fuit, sed recedente Henrico, vicerunt Advocati, et hi Exitiones exules permanserunt.

50. Audiamus nunc eumdem Auctorem, enarrantem, quae gesta sunt anno 1313. Comes Guarnerius de Apsburg, inquit Cap. 63., remansit in Lombardia ad pugnandum contra rebelles Imperii; occidit autem gladio Marchionem Guillelmum Cavalcabò, in Soncino, et multos alios de maioribus Cremonae, et multa mala Papiensibus. Post haec, cum Mediolanensibus, Vercellas introivit cum militibus circa mille, et praeliati sunt cum Philippo de Sobaudia, et mortui sunt de eis

Ubertus

familia plures. Et dictus Philippus intravit cum Advocatis, et etiam alii cum Tizzonibus; et ibi steterunt per mensem unum, quotidie praeliantes. Tunc facta est treuga inter ipsos inde ad duos menses. Transactis vero quindecim diebus Philippus Comes de Langusco intravit Vercellas, et posito igne in Domibus Tizzonum, et sequentium eos, expulsi sunt praedicti de Vercellis, et plures eorum capti, et mortui fuerunt, mense Augusti currente anno MCCCXIII.

31. Vel haec gesta fuerint hoc anno 1313, vel praecedente, parum refert. Illud certum est, quod deinde Vercellenses, se ab auctoritate Caesaris subduxerant, pacta societate cum Roberto Rege. Huius rei testis est Nicolaus Episcopus Botrontinensis sup., et constat ex sententia lata Pisis eodem anno 1313. quam summatim refert Modena, in lazis Mss.tis ad hunc Tomum, cuius ego autographum apud me servo, quaque Henricus Vercellenses, et Papienses rebelliones damnat, Vercellas, et Papiam a fundamentis excindi iubet, Timonem et Franciscum de Colobiano, Henricum de Quinto, Ardizzonem et Guillielmum fratres de Vettignato, Philippinum et Arditionem fratres de Quaregna, Simonem et Guillielmum fratres de Balzola, Guillielmum de Valdengo, Iacobum de Cerridono, Godefredum de Cerridono, Ricardinum de Colobiano, omnes de Advocatis; Iacobum de Arborio, Albertum de Arborio, Beniaminum de Arborio, Franciscum et Emanuelem fratres de Arborio;

Ubertus.

de Arborio, Ubertum et Lanfrancum de Pettenatis, Jo-
=annem de Carisio, Martinum de Montonario, Petrum
de Rodobbio, Petrum ~~del~~ Bertolinum de Alzatis, velu-
ti Rebelles, hostes publicos, et Imperii proditores le-
=sori peremptorie mandat, publicatis eorum bonis, et
proprietatibus privavit, si qui eos occiderent. Hujus sen-
tentiae exemplum autenticum habuerunt olim ex
eodem Modem Dni Comites Bianchi de Arborio,
illudque nobis humanissime communicavit Dnus
Abbas Fortunatus Philippus Bianchus de Arborio
Canonicus Vercellensis; et est ut sequitur.

" In nomine Dni Amen. Henricus VII.
" Dei gratia Romanorum Imperator semper augustus. Ad cer-
" titudinem praesentium et memoriam futurorum, increpavit
" superbos Deus; maledicti qui declinant a mandatis ejus.
" Asserit enim, et doctrina praeceptorum Dei declinare,
" et aberrare noscuntur, et maledictionem et objectionem
" merentur, qui degentes Imperii subditi, qui debitan-
" tur cum mali fecerint, et exultant in rebus pes-
" simis, Rempublicam quam fovere tenentur, impu-
" gnant, Nobisque non solum debitam obedientiam
" denegant, sed pro viribus adversantur; pacem et
" tranquillitatem gentium, abominabili praesumptione
" impediendo, se indignando renitibus, et justorum et fidelium
" commoda, nequiter perturbando, immittendo scanda-
" la, et bella pro viribus concitando, despiciat illos
" Deus, et faciat gentibus in derisum: gladius, quem
" evaginaverunt, intret in corda ipsorum, et arcus
" eorum ex ore sedentis in throno justo praecedenti judi-
" cio confringatur. Jam enim conatus nefandos, et ope-

ra

Ubertos-

„et opera detestanda Civitatum Papiae, et Vercellarum, nec non in-
„frascriptorum singularium personarum de Civitate praedicta
„Vercellarum, quorum nomina inpra per ordinem de-
„scribuntur, diligenter attendimus............ quod
„ipsi ex Imperialium liberalitatum et bonorum.....
„.................. impinguati, et quae tam ipsi quam
„ipsorum Patres ab Imperio recepisse noscuntur, imme-
„mores, et obtuso gratitudinis intellectu, facti degeneres,
„et dati in reprobum sensum, contra Imperatoriam
„Maiestatem, eorum dominam, et magistram, ipsorum
„et aliorum fidelium quietem, et commoda pro-
„curantem, quam cum omni subiectione, revereri, at-
„que humiliato spiritu obedire tenentur, erigentes
„superbiae cornua, et se in malorum foveam demer-
„gentes, Maiestatem ipsam postquam Italiae fines
„intravimus, contumeliis, et iniuriis provocarunt,
„et provocare continuatione temeraria, et temeritate
„praesumptuosa non cessant, tamquam, qui vide-
„rint elegisse pro gloria confusionis opprobrium, et
„irreparabilis ruinae periculum pro tutela. Nam licet
„tempore, quo eramus in Lombardia, praedicta Com-
„munia Civitatum Papiae, et Vercellarum, nobis tam
„Regi Romanorum praestiterint per legitimos sin-
„dicos, fidelitatis debitum iuramentum, et nos in
„eorum dominum recognoverint, contra ipsum
„iuramentum praestitum, et promissiones ex inde
„sequutas, se rebellarunt a nobis, et in rebellione
„duriore steterunt, nostros expellendo Vicarios, et
„officiales, quos habebamus in eis, et nostros et Im-
„perii rebelles in ipsis receptando, et maximum gentium

Uberto f.

„gustum Roberti olim Regis, nostri, et totius Reipubli-
„cae rebellis, et hostis, ipsi Roberto fidelitatem iurando,
„et nos officiales recipiendo in eis, et dando aliis nos-
„tris, et Imperii hostibus et rebellibus auxilium, con-
„silium, et favorem, et maxime Cremonensibus,
„Papiensibus, Mediolanensibus, bannitis nostris et Rebel-
„libus, et cum ipsis similiter guerram fecerunt,
„et continuo faciunt contra nostros, et Imperii
„fideles de Mediolano, et alia continuo fecerunt,
„et faciunt, et committunt contra nostrum, et
„Imperii honorem, et statum, et in diminutionem
„totius honoris Imperii, et status; quae omnia
„etiam publice et notorie in praesentia omnium
„commiserunt, et continue committunt, quod
„inspiciationi locus esse non potest, infrascripti-
„que singulae personae pro sua singulari astutia,
„et calliditate, quorum aliqui simili modo, no-
„bis fidelitatis debitum iuramentum praestiterunt,
„et Simon de Colobiano de Vercellis, et alii
„quamplures de infrascriptis, Civitates praedictas,
„et infrascriptas, et castra, et loca de quibus sunt,
„et alia castra, et loca plura, et homines dictae
„Provinciae, qui nobis debitam obedientiam dene-
„gant, ad rebellionem, et ad praedictos, et alios con-
„tra nos committendos excessus, per suae mali-
„gnitatis instigationem, nequiter concitarunt, ips-
„asque Civitates, Castra, et Loca in rebellione tenue-
„runt, et tenent, dando eisdem Civitatibus, castris,
„et locis, ad id auxilium, consilium, et iuvamentum. Nos
„autem, licet haec adeo notoria essent, quod nulla

Albertus

,,possent tergiversatione celari, et Nos, qui legibus subiecti
,,non sumus, contra Communia, et Universitates praedic-
,,tas, et ipsas singulares personas, possumus ipsis irre-
,,quisitis procedere, tamen ex Augusti Clementia,
,,quae libentius emendat in subditis peccata, quam pu-
,,niat, nec exercit ferrum praecisionis in morbos,
,,quos sanare potest mulcebris lenitas medicinae,
,,ut experiremur utrum aliquis obedientiae spiritus
,,remansisset in eis, volentes super his inquiri facere
,,contra eas, et Communia, et Universitates, et singulares
,,personas, praefatas singulariter et legitime citari fe-
,,cimus, et requiri, ut coram nobis ad suam si
,,possent, innocentiam ostendendam, comparere
,,curarent, alioquin super his, etiam ad sententiam,
,,non obstante ipsorum, et cuiuslibet ipsorum
,,absentia, procedere curaremus, ipsis ulterius non
,,monitis, nec citatis. Verum eadem Communia,
,,et Universitates, et singulares personae, in malitia,
,,et contumacia obstinatae, nec ipsi, nec ipsorum
,,aliquis in terminis, ad haec eis praefixis, quamvis
,,post ipsos terminos expectati, comparere coram
,,nobis, contumaciter non curarint, propterquod
,,reputavimus eos contumaces, et in ipsorum absen-
,,tia, quam Dei praesentia replet, testes fore recipien-
,,dos mandavimus, quibus receptis, et examinatis,
,,et eorum dictis in scripta redactis, et per peritos
,,nostri Palatii, solemniter publicatis, et cum diligen-
,,tia recensitis, factaque nobis, de ipsis per eosdem
,,peritos relatione fideli, et super his omnibus, Pro-
,,cerum, Principum, et aliorum Baronum nostrorum

Libertas

„nostrorum communicato consilio, postquam apud
„eos nec requisitiones, nec monitio, nec mansuetudo,
„nec Benignitas profuere, et eorum temeritas excreverat,
„Christi Nomine invocato in praesentia dictorum, no-
„strorum Principum, et Baronum, et Populi multi-
„tudinis copiosae, quia constat nobis legitime, ipsos,
„et ipsa Communia commisisse praedicta, ex cau-
„sis praedictis, et qualibet ex eis, vel ipsarum ali-
„qua, et omnibus aliis, quibus melius, et plenius
„possumus, his scriptis pronuntiamus, et senten-
„tiamus, atque decernimus, quod muri murorum
„tinas, et portae praedictarum Civitatum Papiae,
„et Vercellarum, et cuiuslibet ipsarum Civitatum,
„totaliter diruantur, et funditus destruantur, earun-
„dem Civitatum sumptibus, et expensis, omnia
„fossata, et valla in ambitu ipsarum Civitatum
„facta explanentur, devastentur, et impleantur,
„et dictorum vallorum, murorum, et fossatorum
„solum, aratrum patiatur, et nunquam muri, fos-
„sata, et valla praedicta reficiantur absque Cae-
„saris Celsitudinis licentia speciali, eadem etiam
„Communia, et Universitates earumdem Civita-
„tum, omnibus privilegiis, libertatibus, et immu-
„nitatibus, a Nobis, vel praedecessoribus nostris Im-
„peratoribus, vel Regibus Romanorum, vel eo-
„rum Vicariis, concessis eisdem, nec non et Statutis, et
„Consuetudinibus, quocumque iure, vel titulo eis
„competant, vel sint quaesitae, et mero et mixto
„Imperio, sicut hactenus consueverunt exercere,
„vel exerceri facere, et omni iurisdictione tam in

Ubertus.

"tam in Civitatibus praedictis, et quolibet ex eis, et
"earum Burgis nenon castris, et Villis quibuscum-
"que, perpetuo privamus, ita iustitia suadente:
"Ac etiam pedagia omnia, et teloneu, gabellas,
"redditus, et proventus, et caetera bona mobilia, et im-
"mobilia, quae ipsa Communia, et Universitates,
"et quilibet, et quaelibet ex eis habent, tenent, vel pos-
"sident, vel quasi, seu aliqui eorum vel eorum
"nomine soliti sunt percipere, vel habere tempo-
"ribus retro actis, nenon Castra, Burgos, villas, mu-
"nitiones, fortalitias, redditus et proventus, et quaequae
"alia bona, quae Communia, et Universitates prae-
"dictae, et quilibet, seu quaelibet intus, et extra Civi-
"tates, et Castra ipsa, habent, vel possident, vel
"quasi, cum ipsorum iuribus, iurisdictionibus, mero,
"et mixto Imperio, eorumque nostrae Camerae
"confiscamus; et nihilominus praedicta Communia,
"et Universitates Civitatum, videlicet Civitatum
"Vercellarum in sex millibus Libris auri condem-
"namus, sententialiter in his scriptis; infrascriptos
"autem omnes, et singulos de Civitate Praedicta,
"quorum nomina supra per ordinem describun-
"tur, qui singuli prope eius fautores, et auctores
"rebellionis, et excessuum praedictarum fuisse, et
"esse noscuntur, alii nostris hostibus assistendo
"continuo, et iniuriis continentes, tamquam
"rebellos, et proditores Imperii, et de Sacrae Maiestatis
"crimine reos, de Toto Romano Imperio exban-
"nimus, et diffidamus, eorum omnium, et singulo-
"rum bona omnia, mobilia, et immobilia, iura,

Ubertus

"iura, et actiones, in quibuscumque rebus, iuribus, et ubi-
"cumque per Dominium Imperium sita, quae eis-
"dem, vel alicui ex eis competunt, nostrae Camerae
"adnotamus, et confiscamus, privantes eos omnes, et sin-
"gulos, omni honore, et dignitate, immunitate, privi-
"legiis, franchisiis, libertatibus, a nobis, vel a praede-
"cessoribus nostris Imperatoribus, vel Regibus Romano-
"rum, et a quibuscumque Principibus, Nobilibus, et
"personis aliis, eis concessis, seu quocumque titulo ac-
"quisitis, et eos, et quemlibet eorum, perpetuae damna-
"mones infamia, ita quod sint intestabiles, et ad
"nullum actum legitimum de caetero admittan-
"tur, et si quo tempore aliquis eorum, in Imperii
"fortiam devenerit, ubi extremum capitis supplicium
"inferatur, ita quod penitus moriantur, condem-
"namus sententialiter in his scriptis; dictarum quo-
"que Civitatum, et Castrorum, et cuiuslibet ipsarum,
"et locorum, qui sub eorum, et earum districtu, hac-
"tenus extiterunt, omnes et singulos iurisperitos, iu-
"dicandi, optitendi, Advocatos advocandi, et Tabellio-
"nes, Tabellionatus officio privamus omnino, et prae-
"cipere volumus, infamiae notioni. Potestates etiam,
"Iudices, et Notarios, qui praedictae rebellionis tem-
"pore, vel in futurum de praedictis officiis obno-
"xii fuerint, et qui absque nostra, vel successorum
"nostrorum licentia, ad regimen exercendum, acce-
"serint, omni ofiudendi, et iudicandi, Notariatus,
"et cuiuslibet Magistratus dignitate, et auctoritate, om-
"nibusque privilegiis, libertatibus, immunitatibus, ho-
"noribus, et iuribus, eis a nobis vel a praedecessoribus

Überdies:

„nostris ~~[illegible]~~ Imperatoribus, vel Regibus Romanorum
„Coëmptis, vel alio modo quaesitis, omnino privamus,
„et tamquam rebelles Imperii exbannimus, et diffidamus,
„ut a cunctis nostris, et Imperii fidelibus, impune per-
„sonaliter et realiter offendantur. Praeterea mandamus
„quod nullus Princeps, vel alius Nobilis, seu quaecun-
„que persona cuiuscunque status, vel conditionis
„existant, nullaque Civitas, Castrum, vel villa, seu
„quaecunque Universitas, dictis Communi-
„bus, vel Universitatibus Papiae, Vercellarum, et supra-
„scriptis singularibus personis, per nos ut praefertur
„petitis condemnatis, et diffidatis, vel alicui eorum,
„vel eorum, det, vel praestet in aliquo auxilium,
„vel favorem, nec personas ipsas, vel aliquas ipso-
„rum, post duorum mensium spatium ab hodie
„computandum, quoquomodo receptet sub poena
„centum librarum auri pro qualibet Civitate, Prin-
„cipe, vel Barone, vel alio Nobili, et viginti li-
„brarum auri, pro quolibet Castro, et decem libra-
„rum auri pro qualibet privata persona, quoties
„contra factum fuerit, vel commissum, et plus
„et minus ad nostrum arbitrium, nostrae Camerae
„persolvendas; decernentes quod cunctis, impune liceat
„supradicta Communia, et Universitates et quaelibet
„ex eis, necnon supradictas personas, per nos taliter
„condemnatas, et earum singulos, necnon incolas
„et habitatores Civitatum, et Castrorum superius
„condemnatorum, et Villarum, et terrarum, quae olim
„de districtibus fuerunt ipsorum, et cuiuslibet ipsorum,
„personaliter, et realiter offendere, ipsasque personas ca-
pere,

Ubertus.

6

„ capere et detinere, et quod . . . . capientium ser-
„ vi fiant, nisi aliud per nos fuerit mandatum, vel
„ stabilitum, quod nobis nostre saure presentis sen-
„ tentia reservamus, et nostrae Camerae de bonis ipsorum
„ quae ceperint, occupaverint capta, vel occupata tenu-
„ erint, duas partes consignando, ac sibi tertiam retinen-
„ do; quam consignationem, et publicationem eo-
„ rum quae ceperint, occupaverint, et iam capta vel
„ occupata tenuerint, infra unum mensem, a die
„ qua ceperint, numerandum, capientes facere te-
„ neantur coram nobis, vel coram Vicario terrae,
„ vel Loci, ubi capiuntur bona, vel exportantur,
„ et coram nostro Procuratore, in illa Provincia, vel
„ loco, ordinato per nos, vel ordinando; liceat quo-
„ que cuilibet, Castra et Villas eorum, et cuiuslibet
„ ipsorum, quae olim fuerint de districtibus ipsorum,
„ et cuiuslibet ipsorum, invadere, et occupare, et occupa-
„ ta perpetuo tenere, et possidere, habendo tertiam par-
„ tem modo praedicto, Iure Imperii, et cuiuslibet al-
„ terius semper salvo. Volumus tamen et expresse man-
„ damus, quod quilibet Princeps, Baro, Marchio, Dux et
„ Comes, et quaelibet alia illustris, spectabilis, et nobilis
„ persona, et quaelibet alia Civitas, Castrum vel villa,
„ ubicumque in Romano Imperio constituta, perso-
„ nas, et Bona mobilia, et immobilia, et alia iura
„ quaecumque praedictorum rebellium, vel alicuius
„ ipsorum, in sua terra vel territorio sita, infra tri-
„ duum postquam pervenerit ad ipsorum noti-
„ tiam supradicta, arrestare, et capere teneantur, nos-
„ trae Camerae ut dictum est, duas partes consignando,

Ubertus,

"et sibi tertiam retinendo, sub poena cuilibet Principi,
"Baroni, Marchioni, Duci, Comiti, et alteri sublimi per-
"sonae, et cuilibet Civitati, mille librarum auri, et cui-
"libet Castro, vel villae centum librarum auri pro vice
"qualibet committeus, et nostrae Camerae persolvenda; ad
"quarum solutionem realiter, et personaliter compellantur
"contrafacientes, summarie et de plano, sine strepitu,
"et figura iudicii; et praedicta omnia facere teneantur
"non obstantibus aliquibus privilegiis, concessionibus per-
"missionibus, immunitatibus, per nos, vel per eos, vel alios pro
dictorum, "vel quoslibet alios ipsis rebellibus, vel alteri perso-
"nae prociis datis, pactis, vel concessis, de quibus
"omnibus eos, vel quemlibet ipsorum, ex certa scien-
"tia, de plenitudine nostrae Potestatis absolvimus,
"et dicta privilegia, concessiones, permissiones, pacta,
"immunitates, et caetera quae in ipsis privilegiis,
"concessionibus, permissionibus, pactis, et immunitatibus
"continentur, quae exinanitionem, per vel utilita-
"tem praedictorum rebellium, vel alicuius ipso-
"rum, et bonorum, et iurium ipsorum, vel ali-
"cuius ipsorum continentur, ex certa scientia cas-
"samus, et irritamus, et nullius valoris et momenti
"esse pronunciamus, inhibentes expresse quod ex
"praedictorum Communium, vel Universitatum, seu
"ipsorum singularium personarum, vel ali-
"cuius ipsorum debitores, de debitis in quibus tene-
"rentur eisdem ipsis, vel aliis pro eis, nullatenus
"satisfaciant, nec persolvant, nec faciant quomo-
"dolibet responderi, alioquin tantumdem Ca-
"merae nostrae persolvant, et ad id sine stre-

pitu

Ubertus.

" strepitu, et figura judicii compellantur. Ab huiusmodi
" tamen sententiis, condemnationibus, diffidationibus, et
" banimentis et omnibus, et singulis ~~praedictis~~ pro-
" cessibus supranominati, omnes illos, qui sunt de nostra
" familia, vel qui ob eisdem Communibus, et Uni-
" versitatibus exulant quacumque ratione, vel causa,
" vel qui contra nostra sequebantur, vel qui infraqua-
" dragiata dies ab hodie computandos, ad nostra
" mandata accedent, videlicet post, et non ante quam
" acceperint ad mandata, vel qui tempore citationis,
" et post et nunc ad praesens, in carceribus, vel no-
" stris ostagiis detinebantur, et detinentur volumus
" et declaramus, cum eorum familiis, et bonis exceptos,
" et exemptos esse =

" Has nostras sententias, et alia omnia, et singula
" supradicta, ex certa scientia, robur firmitatis, ~~et~~ perpe-
" =tuae volumus obtinere, supplentes omnem defectum,
" siquis fortasse est habitus in processibus, ob aliquam
" iuris solemnitatem obmissam, de Imperialis ple-
" nitudine potestatis, Lege aliqua, consuetudine, vel
" desuetudine non obstantibus, quibus ex certa scien-
" tia derogamus, et haberi volumus pro expressis =
" Suprascripti sunt de Civitate Vercellarum, qui
" in inspectum praedicta, publica, et notoria com-
" misisse, videlicet ~~...~~ Simon et Franciscus de Colobia-
" ~~no~~ Henricus de Quinto, Ardizzinus et Guillielmus patres
" de Vettignato, Filippinus, et Arditio fratres de Quarenia,
" Guillielmus de Bolengo, Iacobus de Cerridono, Godofredus
" de Cerridono, Riccardinus de Colobiano, Simon et Guillielmus
" fratres de Balzola, omnes praedicti de Advocatis sunt: Iacobus

Ubertus.

Jacobus de Arborio, Ubertus de Arborio, Beniaminus de Arborio, Fran-
ciscus et Emanuel fratres de Arborio, Ubertus et Lanfrancus de Pe-
tenatis, Bonifacius de Carisio, Martinus de Montonario, Petrus de
Rodobbio, Petrus et Bertolinus de Alzatis = Lata et promulgata
fuit haec sententia per dictum serenissimum Principem
et Dnum Henricum Dei Gratia Romanorum Impe-
ratorem semper Augustum, tunc pro tribunali seden-
tem in sala Palatii Aulae Imperialis positae Pisis
in Domibus Raynerii Comitis de Donoratico, et lecta
et publicata per me Franciscum quondam Bartolo-
mei ~~filium~~ de Pisa Lucanae Diocesis Notarium
et Imperialis aulae super Criminalibus scribam
publicum, specialiter deputatum, in dicto loco de
mandato eiusdem Imperatoriae Maiestatis, sub
anno Nativitatis Dni MCCCXIII. Indictione XI. die
Sabbathi XIV. Julii praesentibus Magnificis Principibus
Dno Amedeo Comite Sabaudiae, Dno Henrico de
Flandria Mariscalco, Dno Tommaso de Septem-
fontibus, Dno Alexandro de Luna, Dno Bonafon-
tio de Fosato, Dno Ugolino de Vischio, in Publico
parlamento, ad haec specialiter convocato, ibi-
dem existente Comitum, et Praelatorum, ac Baro-
num, et militum, et aliorum hominum multi-
tudine copiosa, Regni eiusdem anno V., Imperii
vero II.

Ego Franciscus quondam Bartholomei de ~~Pisa~~ Pisis
Lucanae Diocesis, Imperiali Auctoritate Notarius,
et Iudex ordinarius, et Imperialis aulae super Cri-
minalibus scriba publicus, specialiter deputatus prae-
dictis omnibus interfui, et haec omnia de mandato

„eiusdem Imperatoriae Maiestatis, inter caetera, quae
„in dicta sententia et condemnatione continentur, exi-
„gi, et publicari."

32. Verum Advocati, et locii, iam quibus, et viribus pol-
lentes, nil sibi ab Henrico metuebant; quin imo hac
sententia magis, ac magis exacerbati, apertum con-
tra Henricum, bellum parare caeperunt. Et Ubertus Episcopus, ut eorum deliberationibus auctoritatem
adderet, supremum Civitatis Imperium, quod ex Im-
peratorum donationibus et privilegiis, Ecclesiae Ver-
cellensis erat, in Commune eiusdem Civitatis, In-
=vestituram, ut aiunt, transtulit, recepto ob eodem
Communi, fidelitatis iuramento. Hac de re extat
in Archivio Civitatis, Charta dici.... Ianuarii 1313.

33. Extrinseci a Patria exclusi; se Salugiolia, et finiti-
mis continebant, sed bene prendae occasionem dili-
genter intenti. Novariae Vicarius Caesareus, Tor-
niellis suffultus, omnia ad arbitrium administrabat.
Brusati, et Caballetii, caeteros quem omnes urbis offi-
cios occupabant. Hos evertere cum tentasset Vicarius
Caesareus, Extrinsecis impetum invadentibus, magna
clade, qua tercentos sexaginta e suis amisit, Simone
de Colobiano Brusatis auxiliaribus copiis, opitulante,
intra Urbem repulsus est. Haec ad hunc annum nar-
rat Albertinus Mussatus, lib. lib. 12. et 14., addens
huius postremi libri Rubr. 4., Paganum Raimum S.
Salvatoris Potestatem, qui a Guelphis stabat, Castrum
Sormatiae, timiditate custodibus excidisse: Huius Castelli
excidium, subdit, vehementi partium Imperialium
Laesionis fuit, cuius rei tanquam Corianovolantium,

Albertus.

palantiumque ex Alexandria, Cortali, Vercellis, Papia, amicorum Caesaris nido, reiiciebantur. Erat que praetereuntium de Casali Vercellas iter, ut uni liberinde transitus fieret.

35. Dum haec aguntur, et maioribus in dies motibus Lombardia agitatur, Henricus VII. Caesar ex morbo diem clausit extremum apud Bonconventum in Etruria, die 24. Augusti huius anni 1313. Princeps quem plurimae virtutes tum bellicae, tum morales, quibus insigniter ornatus erat, parem fecerunt retroactis Imperatoribus, qui maiori cum gloria Romanum Imperium administrarunt. Extemplo Guelphi undique in Matthaeum Vicecomitem insurgunt, et convocato generali concilio, communi consensu decernunt copias agregari, at in diem certam sub vexillis Praefectorum Regis Roberti, convenire. Simon de Colobiano inter primos, sponsionem iuramento firmat. Nec mora. Die 24. Septembris huius anni 1313. apud Castelletum Abbiati-Grassio, saevum, cruentumque conseritur praelium, in quo Matthaeus magna caede victus, in fugam compellitur. Sed ob eo corruptis auro Provincialibus, et detrectantibus uti victoria, res in irritum decidit, et exercitus victor, nihilo praeterea gesto dilabitur summo cum Longobardorum maerore. Haec narrat Albertinus Mussatus Hist. lib. 1. de gest. Ital. post mortem Henrici Rubr. 6. Addit Merula lib. 9. praelio pro Vicecomite interfuisse etiam Theodorum Marchionem Montisferrati, eumque ut inclinatam aciem vidit, fuga sibi consuluisse.

36. Anno 1314. mense Septembri alia expeditio adversus

Ubertus.

adversus Placentiam, in qua Galeatius Vicecomes Mathei filius, rerum potiebatur, a foederatis suscepta est. In exercitu fuerunt Vercellenses, Papienses, Cremonenses, Parmenses, et Alexandrini. Duce itaque Ugone Viennae Delphino, in agrum Placentinum hostiliter irrumpunt, omnia ferro et igne populantur, pontem Padi incidunt, et usque ad suburbana S. Leonardi, qualescumque fugatis, qui obsistere conabantur, perva=dunt. Ibi novem demorati sunt dies, apparatum ad obsidionem urgendam instruentes. Sed exorta inter duces discordia, res iterum ad nihilum redacta est. Et sic perfusis vano timore Placentinis, unusquisque ad propria remeavit. Haec ex Chron. Placent. to. 16. rer. Ital.

36. Anno 1312. die 26. Aprilis, teste Albertino Mussato lib. 7. Rub. 2. Papienses cum Turrianis exulibus, Vercellensibus, Alexandrinis, caeterisque eiusdem factionis, ingenti peditum, equitumque contracto exercitu, magna cruentaque pugna cum Novariensibus apud Novariam, decertarunt, eosque victos intra moenia compulerunt: indeque omnibus ad fugam consternatis, excluso que tran=fugarum Matheo, Lomellinam oram, nullo prohibente, igne ferroque depraedati sunt. Matheus re=dintegrato bello, apud pontem Vighebani cum hostibus rursus confligit; sed pari eventu, multis morum amissis pellitis fugatisque. Quare foederati, nullo eis inde prohibente, in agrum Mediolanensem irrumpunt, et crebris excursionibus, usque ad urbem ipsam, omnia infesta habent. Matheus ut obicem hostibus opponeret, etiam ubi Scrivia (Sriam appellat Merula) in Padum

in Padum injecit, eaque dispares aggreditur. Advolant Vercellenses, Alexandrini, Papienses, et Astenses multo milite, ut opus impediant, et nascentem orsum subvertant. Aderat Matheus, et ipse ingentibus copiis, ut hostium conatus perstringeret. Gravi praelio, acerrime utrinque ad multas horas pugnatum est; quo tandem superior Matheus, foederatos magna clade prostravit. Haud alias maior edita clades, aut gravius res Guelphae afflicta est.

37. Matheus opportune victoria usus, victorem exercitum protinus Papiam ducit. Acriter et ibi diu pugnatum est, sed [illegible] in Urbem, partim milite, Riccardinus Languscus Philipponi filius, violentissime inter primos dimicans, circumventus occiditur, reliquis in fugam coniectis. et ita Papia pulsis Guelphis, in Mathei dominationem concessit. Haec refert etiam Merula lib. 9.. Simon de Colobiano e praelio Vercellas reversus, omni diligentia Castrum, seu arcem quam Advocatorum appellabant, muros, turresque vallo circumdatam firmare, ut adversus Matheum, et Titiones, quos brevi superventuros non dubitabat, praesidium haberet, festinavit. Tunc Vercellas, ut Paulo post videbimus, Cervus fluvius, medius permeabat, et in duas veluti civitates partiebatur, hinc Titionibus, inde Advocatis sua castra habentibus. E vestigio Matheus omnibus copiis Vercellas petiit. Cum eo adsunt et Titiones. Simon cum suis intra arcem se continebat. Itaque Matheus nullo negotio Urbe potitus, Titiones restituit, Lodrisium Vicecomitem, qui Rempublicam suo nomine administraret, Potestatem, ut aiunt, constituit, multo

Ubertus.

multo milite attributo, qui adversus Advocatos praesidio esset: Advocatorum arcem Machinis, aliisque bellicis experimentis, nunc expugnari posset, pertendat. Quam ut imperviam animadvertit, relictis equis, qui eam coronâ cingerent, Mediolanum regreditur.

58. Commune Vercellarum, ut belli sumptus, quibus plus iusto gravabatur colligeret, Lodrisio Vicecomite auctore, statutum condidit, quo Clerici vectigalia, frumento Moletrinae destinato, et farinae imposita solvere cogebantur. Quod ut rescivit Ubertus Episcopus, qui tunc Pergamae erat, mandat Dominis Palaino Advocato de Casanova Praeposito Vercellensi, et Zanio Advocato de Colobiano Canonico Vercellensi, ad hoc specialiter delegatis, ut Potestatem et Credentiarios, ubi admoniti, statutum non revocent, a Communione revocent, Fidelium exterminent, et Civitatem interdicto subiiciant. Lodrisius primo iussa obaudire, deinde ambiguis verbis pactum colorare, postremo ut audivit Anathematis, et interdicti sententiam in urbe, et Dioecesi pervulgatam, et inde Cives ad seditionem commoveri, tum demum statutum abrogare, et etiam veniam petere. Haec constant sequentibus documentis Archivii Capitularis.

1. " In nomine Domini. Amen. Anno
" Nativitatis eiusdem MCCCXVI. Inditione XV. die Mercurii XVIII. Augusti. Convocato, et Congregato consilio
" Credentiae Civitatis Vercellarum more solito, et loco
" consueto, de Mandato Nobilis militis Dni Lodrisii
" de Vicecomitibus, Potestatis Vercellarum. Ibique nunc
" infrascripta statuta fuerunt edita, et facta ex parte
" Communis Vercellarum, seu per ipsum formam

Ubertus

"quorum statutorum tenor talis est &c. Quae statuta Ven-
" rabilis viri Dnus Martinus Archidiaconus, Guido Archipresbyter,
" et Palainus Praepositus, Bonifacius de Colobiano, et Delphinus
" de Vassallis Canonici Vercellenses, et Vicarii Dni Epi Vercel-
" lensis, dicebant edita contra Ecclesiae libertatem, Ecclesia-
" sticasque personas, in quantum executio, et observatio
" eorumdem statutorum extenderetur contra Clericos,
" Ecclesiasticasque personas. Ex adverso ex parte Com-
" munis Vercellarum dicebatur, quod dicta statuta
" non erant contra Ecclesiasticam libertatem, vel Eccle-
" siasticas personas, et quod eorum intentio, et conditi-
" onum ipsa statuta, est et fuit, quod dicta statuta se
" extendant ad subditos Communis Vercellarum tantum,
" et quod ipsa observantia, et executio ipsorum statuto-
" rum non se extendat ad Clericos, nec Ecclesiasticas
" personas, demum ad maiorem firmitatem, et cante-
" lam, omnes in Concilio congregati dixerunt, et pro-
" testati sunt eorum nominibus, et vice Communis
" et hominum Civitatis, et una cum praedicto Dno
" Potestate ibi praesente dixerunt, quod eorum intentio
" et, eorum qui condiderunt dicta statuta est et sem-
" per fuit, quod dicta statuta, vel eorum executio,
" et observatio nullomodo se extenderit, vel extendat,
" vel possit extendi ad Clericos vel Ecclesiasticas
" personas, vel contra eos vel alterum eorumdem,
" sed solummodo ad subditos Communis Vercellarum
" nec ipsa statuta servare, nec unquam hacte-
" nus voluerunt nisi modo praecipuo, et siquid
" contrarium per quemcumque personam vel officia-
" lem factum fuerit vel reperiretur factum fuisse,
" Vercellensis, eorum nominibus, et vice, et nomine totius
" cleri civitatis, et dioecesis Vercellensis dicebant

Ubertus.

"factum fuisse, illud ullatenus ratum non habens, nec ra-
"tum umquam etiam habuerunt, et quidquid requisitum
"esse exactum ab eisdem praetextu dictorum statuto-
"rum, placet, et praecipiunt quod eis illud restitu-
"atur per eos, qui exigerant. Unde praedicti Dni Po-
"testas, et Credentiarii statuerunt, et ordinaverunt, ne
"contra Clericos, vel Ecclesiasticas personas, praedicta
"statuta serventur, et praecipiantur sub certis poenis,
"et bannis, officialibus, et molendinariis, et quibuscum-
"que personis, qui ius, et potestatem habent exigendi
"Dacita, quae continentur in dictis statutis, ut ulla-
"tenus exigatur dictum Dacitum a Clericis, vel Eccle-
"siasticis personis, nec de grano, vel farina, ultra
"solitam quantitatem exigant, vel excipiant ullo
"modo. Actum in domo Anzatorum, ubi moratur
"Dominus Potestas Vercellarum. Testes interfuerunt
"Dominus Guillielmus de Strata, Jacobus de
"Massis, Porellus et Orgonus, Praecones Commu-
"nis Vercellarum. Ego Jacobinus Rignus dic-
"tus de Margaria Notarius, et Cancellarius
"Communis Vercellarum praedictis omnibus in-
"terfui, et me subscripsi"

2. "Anno Nativitatis Domini MCCCXVI.
"indictione XV. die Mercurii XVIII. Augusti convo-
"cata et coadunata Credentia Civitatis Vercellarum
"more solito, et loco consueto, ut mos est, de man-
"dato Nobilis Militis Dni Lodrixii de Vicecomitibus
"Potestatis Vercellarum, ibidem praedictus Dominus
"Potestas, et Bernardinus eius Iudex et Assessor, et
"Domini Gurgatus, et Petrus de Luca, et Victor

Albertus.

" Victor civis Sindicus, et Dominus Galvagnus, et Dominus
" Zranus (?) Millites ejusdem Domini Potestatis, pro se, et
" Domino Philippo Socio Domini Potestatis, et tota fa=
" milia ejusdem Domini Potestatis, nec non Praedicti
" Domini Credentiarii, de Voluntate dicti Domini
" Potestatis, eorum nominibus, et vice, et nomine Com=
" munis, et hominum Civitatis Vercellarum, fecerunt,
" constituerunt, et ordinaverunt, eorum et cuiuslibet
" eorum Dominorum Potestatis, et ejus familiae,
" et Communis, et hominum Civitatis Vercellarum,
" certos Nuncios, Sindicos, et Procuratores, et eo mo=
" do, quo melius esse possunt, Dnos Martinum de
" Montonario, et Jacobum de Sentario Cives Ver=
" cellarum, et quoslibet eorum in solidum, ita, ut
" occupantis melior non sit conditio, specialiter ad
" comparandum coram Venerabilibus viris Domi=
" nis Pelagro de Casanova Praeposito Vercellarum,
" et Jacio Advocato de Colobiano Canonicis Ver=
" cellensibus, Vicariis Venerabilis Patris Domini Epis=
" copi Vercellensis, et specialiter in hac parte delega=
" tis ab eodem Domino Episcopo, ad petendum ab
" eisdem, eorum nominibus, et quo supra, absolutio=
" nem Excommunicationis, in quam incurrerunt,
" siquam sententiam incurrerunt occasione statuto=
" rum editorum ex parte Communis Vercellarum
" supra Datiis grani, et farinae, et molendinorum,
" et ad obtinendum beneficium absolutionis super ex=
" communicatione praedicta, et ad petendum ab eis=
" dem relaxationem interdicti super hoc promulga=
" to in Civitate et Diocesi Vercellarum, et ad iuran=

dum

Ubertus.

„ ivrandum in eorum animas, ston mandatis praedictorum Domini Episcopi, et ipsorum delegatorum, et sacrosanctae Romanae Ecclesiae, in ipsa occasione, et generaliter ad omnia alia, et singula facienda, gerenda, et promittenda, quae in praedictis, et circa praedicta fuerint opportuna, dando, et concedendo praedictis Sindicis, et Procuratoribus, et cuilibet eorum, plenam liberam, et generalem administrationem, et generale, et speciale mandatum circa praedicta, promittentes praedicti Domini Potestas, et Iudices, et Milites pro se, et tota sua familia, et Praedicti Credentiarii, eorum nomine, et dicti Communis Vercellarum, mihi Notario infrascripto, stipulante vice, et nomine cuiuscumque personae, cuius interest vel interesse posset, omni tempore rata, firma habere, et tenere omnia, et singula gesta, et facta per praedictos Sindicos, et Procuratores, vel alterum eorum, in praedictis, et circa praedicta, sub obligatione bonorum ipsius Domini Potestatis, Iudicum, et militum, et totius suae familiae, et cuiuslibet eorum, et Credentiariorum, et Communis, et hominum, et Civitatis Vercellarum, et sub restitutione omnium damnorum, et expensarum, quae fient ipsa occasione, renuntiantes omni privilegio fori, et testium productioni. Actum in Domo Alzatorum, ubi moratur Dominus Potestas. Testes interfuerunt Dominus Guillielmus de Strata, Iacobus de Massis, et Porcellus, et Gregorius, Praecones Communis Vercellarum. Ego Iacobinus Rignus dictus de Margaria Notarius, et Cancellarius Communis Vercellarum, & mandato eius de omnibus praedictis, et circa praedicta,

Ubertus.

"praedictis omnibus interfui, hanc Chartam tradidi, scribi
"feci, et me subscripsi."

3. "Anno Nativitatis Domini MCCXVI. In-
"dictione XV. die Mercurii XVIII. Augusti, Constituti
"in presentia Venerabilium Virorum Dominorum
"Palaini Advocati de Casanova, Praepositi Vercellen-
"sis, et Jacobi Advocati de Colobiano Canonici Vercel-
"lensis, ac vicariorum Venerabilis Patris Domini
"Uberti Dei Gratia Episcopi Vercellensis, et Comitis,
"ac etiam delegatorum in hac parte ab ipso
"Domino Episcopo, Domini Martinus de Montonario
"et Jacobus de Sutaris, Sindici, et Procuratores Do-
"minorum Potestatis, et Credentiae, et Militum,
"ac totius eius familiae, et Sindici Credentiario-
"rum, et Communis Vercellarum per Chartam
"factam hodie per me Notarium infrascriptum,
"petierunt praedictorum nomine, humiliter et
"devote, a praefatis Vicariis, et delegatis, quatenus
"eis et cuilibet eorum, nominibus quibus supra,
"dignarentur beneficium absolutionis impartiri
"ab excommunicatione, si quam incurrerunt prae-
"textu statutorum, nuper editorum, super Da-
"ciis grani, et farinae, quae ducantur ad Molen-
"dinum, et quod eis placeat relaxare interdic-
"tum super hoc promulgatum in Civitate, et
"districtu Vercellarum. Qui Vicarii, et delega-
"ti, prius recepto sacramento ab ipsis, nominibus,
"quibus supra, de parendo eorum mandatis, et
"praefati Domini Episcopi, et sacrosanctae Ro-
"manae Ecclesiae, occasione dictorum statutorum

Libertas.

" statutorum praeceperunt eisdem Sindicis, eorum
" nominibus, ut utantur de caetero statutis praedictis
" contra Clericos, Ecclesiasticasque personas, et de caete=
" ro similia statuta facere non praesumant, in praeiu=
" dicium Clericorum, et Ecclesiasticarum persona=
" rum, et Ecclesiasticae Libertatis. Quibus sic peractis
" praedicti Domini Vicarii, et Delegati, una cum
" ipsis Sindicis iverunt ad ostium dictae Ecclesiae,
" et ibidem flexis genibus dicti Sindici existentis, no=
" minibus quibus supra, omni debita solemnitate ser=
" vata, quae servari debet in praemissis, ipsos
" Sindicos, et quemlibet eorum, eorum nominibus,
" et vice, et nomine praedictorum Dominorum Po=
" testatis, et totius suae familiae, et cuiuscumque
" praeterea, qui esset culpabilis in praedictis, absolo
" verunt ab omni vinculo excommunicationis, in
" quam incurrerunt occasione praedicta, et praedi=
" ctum interdictum relaxaverunt, ac ipsos Sin=
" dicos nomine=bus quibus supra, ad gremium sa=
" nctae Matris Ecclesiae receperunt, et eos restitu=
" erunt praedictorum nomine, et ipsos Dominos Po=
" testatem, et eius familiam, et Communem Ver=
" cellarum per ipsos Sindicos, et Procuratores, resti=
" tuerunt ad Divina officia, et Sacramenta Eccle=
" siae, et ad omnia alia, sicut erant ante dictam
" excommunicationem, et interdictum. Et de hoc
" praeceperunt mihi Notario infrascripto fieri pu=
" blica Instrumenta, unum, et plura ad dictamen
" sapientium. Actum in Ecclesia S. Eusebii. Inter=
" fuerunt testes Domini Georgius Advocatus de Quare=
gna,

Ubertus.

"Quarigua, Guillielmus de la Serrata, et plures alii.
"Ego Jacobinus Niger dictus de Margaria Notarius,
"et Cancellarius Communis Vercellarum praedictis om=
"nibus interfui, et hanc Chartam tradidi, scripsi,
"et me subscripsi."

39. Vercellis inter haec, omnia foeda erant et caedibus plena. Advocati, qui Simone de Colobiano, viro impigro, et strenuo, alteram Urbis partem tenebant, assiduis eruptionibus diu, noctuque hostes adoriebant, nullibi securos passi consistere. Vicecomes ergo, novum Castrum ex adverso Aulis Advocatorum, quo suos, reliquamque Civitatis protegeret, excitari jussit. Plurimae aedes hoc opere, partim dejectae, partim occupatae sunt; quarum praetium ex=solvendo, Communem Vercellarum, Dominis reclamantibus, ex aere publico persolvi mandavit, uti habemus ex Charta Archivii Civitatis, dicti Mortii 1318. Aliis praeterea acerbis, intolerandisque exactionibus Communem gravatum est. Bonifacius, et Joannes fratres de Castellengo quaerebantur multa in bonis, et cortis, a Vercellensibus damna perpessos esse annis 1302. et 1303., ob hoc quod Mattheo Vicecomiti, in illorum temporum perturbationibus faviscent. Hos Mattheus, libris 13. m. Pap. reficiendos decrevit; quas cum Communem praesenti pecunia solvere non posset, debitum suscepit, pignori datis fodris, Daciis, aliisque vectigalibus suis publicis, Montis Livionis, Montis Berardi, et Prati Celsi, adiecto onere solvendi solidum unum pro qualibet libra in singulos annos, usque ad debiti extinctionem."

Prati Celsi,

debiti extinctionem. Quae omnia constant ex Charta Archivi Civitatis 30. Iunii 1318. Uno verbo, cum novis semper in dies, novis praetextus causis, vectigalibus Communis oneraretur, ubi aliis solutionis suppeterent modis, officia publica, portoria, et id genus alia, divendere necesse habuit; sicut liquet ex pluribus eiusdem Archivii Chartis, quas adducere supervacaneum ducimus. Nec interim ab armis cessabatur, hinc Tizionibus, inde Advocatis, Urbem perpetuis seditionibus, et pugnis, miserabiliter discerpentibus.

40. Nec maior tranquillitas in rebus Ecclesiasticis fuit. Martinus de Pergamo Archidiaconus Vercellensis, de consensu, et nomine Capituli utriusque Ecclesiae indixerat visitationem, correctionem, et Reformationem Ecclesiarum S. Eusebii, et S. Mariae omniumque Clericorum, et personarum, in iis degentium. Quod ubi rescivit Ubertus Episcopus, qui tum Bugellae * tum se continebat, datis litteris seu mandatis, et interdicti poenis, districte praecepit, ut ob huiusmodi Visitationis officio abstinerent. Ad Archidiaconum quidem, huiusmodi litterae, ex Archivio Capitulari, tales sunt.

„ Ubertus miseratione Divina Episcopus Ver-
„cellensis et Comes, Reverendo Viro Domino Mar-
„tino de Pergamo Archidiacono Vercellensi, salutem
„in Domino. Ad audientiam nostram perve-
„nit, quod vos, qua auctoritate fulti nesci-
„mus, vestris litteris intimastis, et mandavistis
„Reverendis Viris Archipresbytero, Praeposito, Cano-
nicis,

* mandatis tum ad Archidiaconum, tum ad Canonicos, eos sub excommunicationis, et interdicti poenis

Ubertos.

"Capitulo, ac Capellanis utriusque Ecclesiae Vercellensis, quod
"vos dictas Ecclesias, ac ipsa Capitulum, Canonicos, et Ca-
"pellanos visitare intenditis, et demum corrigere, et
"reformare, monentes ac praecipientes eisdem quatenus
"ad dictam Visitationem supppositam quinta die im-
"mediate post missam, post Vesperum et parum praesentatio-
"nem Litterarum, in praefatis Ecclesiis ante praesen-
"tiam vestram veniant ad suscipiendum, et subeun-
"dum huiusmodi visitationis officium, prout
"haec et alia in dictis vestris litteris contineri
"dicitur. Igitur cum vobis non liceat falcem
"mittere in messem alienam, nec sit nostram ordina-
"riam iurisdictionem usurpare, quia ex susceptae digni-
"tatis officio tenemini defendere, cum huiusmodi vi-
"sitationis, correctionis, et reformationis officium, non
"quidem ad vos, sed ad Pastorale officium, iuxta
"Canonicas Constitutiones noscatur pertinere, ne
"ius nostrum, et Ecclesiae nobis Commissae,
"et nostram iurisdictionem ordinariam, quam
"poenali etiam iudicio defendere nobis licet,
"negligere videamur; Vos praesentium aucto-
"ritate, primo, secundo, et tertio et peremptorie
"monemus, ac vobis sub excommunicationis
"poena districte praecipiendo mandamus, qua-
"tenus huiusmodi litteras, et mandata ....
"......... infra secundam diem post harum
"praesentationem, quem terminum peremptorium
"ac loco monitionis Canonicae, vobis assigna-
"mus, revocetis publice, et patenter, ipsarum
"praetextu in posterum nullatenus procedentes

&defensare

Uberty.

"procedentes, vobis nihilominus districtius sub excom-
"municationis poena inhibentes, ne de huiusmodi vi-
"sitationis correctionis et reformationis officio, quod ad
"vos nedum spectat, vos quomodolibet intromittere
"praesumatis, publice, vel occulte, praesentialiter, seu
"in futurum, et si secus a vobis, quod non credi-
"mus, fuerit attentatum, eos id totum et quae-
"cumque per vos fuerint attentata, auctoritate
"ordinaria, irrita decernimus, et nullius momenti
"umquam existere. Porro si vobis huiusmodi vi-
"sitationis, correctionis, et reformationis officium ex
"privilegio, vel alio Canonico titulo ~~spectare~~ competere asserere volu-
"eritis, parati sumus, vos audire de iure, ac ius
"vestrum, siquid vobis competit, quod non cre-
"dimus, in praemissis illibatum conservare; alio-
"quin si mandatorum nostrorum, quae de iuris
"fonte procedunt, et emanant, extiteritis trans-
"gressores, nos licet inviti, tamen iuris executio-
"ne coacti, vos excommunicationis vinculo subiacere
"ac per sententiam excommunicationis innoda-
"ri decernimus ipso facto. In quorum testimo-
"nium praesentes litteras fieri fecimus, nostri sigil-
"li impressione munitas, quas in actis Curiae
"nostrae registrari fecimus ad cautelam. De qua-
"rum praesentatione, latori ipsarum iurato cre-
"damus. Dat. Bugellae XIII. Ianuarii MCCCVIII. In-
"dictione 1.ª"

Dedit etiam ad Capitulum et Canonicos utrius-
que Ecclesiae, litteras alias sub 15. Ianuarii te-
noris sequentis.

Ubertus

" Ubertus Dei gratia Episcopus Vercellensis, et
" Comes, Reverendis Viris Dominis Archidiacono, Ar-
" chipresbytero, Preposito, Canonicis et Capitulo utri-
" usque Ecclesiae Vercellensis salutem in Domino.
" Ad audientiam nostram pervenit quod vos, qua
" fulti auctoritate, nescimus, in elisionem et deroga-
" tionem nostrae ordinariae iurisdictionis, decrevi-
" tis, et statuistis praedictis Ecclesiis S. Eusebii, et S.
" Mariae et Collegii, ac personis ullum subiectis ea-
" rundem, visitationis, correctionis, et reformationis "
" officium ~~noscitur~~ impendere, de quo non im-
" merito admiramur, cum ad vos huiusmodi "
" Visitationis, correctionis et Reformationis officium,
" noscatur nullatenus pertinere, nec vobis liceat, ut
" nostram iurisdictionem ordinariam usurpare, "
" qui tenemur illam pro viribus defensare. Quocirca
" vos universaliter, singulos, et singulariter universos per "
" haec scripta nostra primo, secundo, et tertio, et "
" peremptorie monemus, vobisque omnibus, et singu-
" lis sub excommunicationis poena in singulos ve-
" strum, et interdicti in Capitulum, districte prae-
" cipimus, et mandamus, quatenus de huiusmodi
" visitationis, correctionis, et reformationis officio in
" praedictis Ecclesiis, et circa personas earum exercendo,
" nullatenus vos intromittere praesumatis, nec ad "
" ea exercenda extendatis aliquatenus manus vestras,
" cum nos intendamus visitationis, Correctionis, et
" Reformationis officium praedictis Ecclesiis, ac nobis
" impendere, prout ad Pastoralis officii sollicitudinem
" noscitur pertinere. Quod si secus vobis, vel pro-

priam

"vel quoquam communiter, vel divisim, publice, vel oc-
"culte, praesentialiter vel in futurum praesumptum
"fuerit, vel quomodolibet attentatum, id totum au-
"ctoritate ordinaria irritum decernimus, et inane, et
"nihilominus in vos, et vestrum quemlibet mandato-
"rum nostrorum transgressorum, et contemptorum,
"excommunicationis in vos, et in Capitulum inter-
"dicti sententias ex nunc pro tunc proferimus
"in his scriptis. In quorum testimonium prae-
"sentes litteras fieri iussimus, nostri sigilli impres-
"sione munitas, monentes, quod de praesentatione
"praesentium facta vobis Archidiacono, nomine
"Capituli, latori iurato credemus, quas regis-
"trari fecimus in actis curiae nostrae ad caute-
"lam. Datum Bugellae die XV. Ianuarii MCCCXVIII.
"Indictione 1.ª"

41. In actis confectis per Martinum de Arborio No-
tarium, sub 12. 14. et 29. Ianuarii, eiusdem anni
1318. contra huiusmodi litteras, seu mandata, habetur
reclamatio Domini Martini de Pergamo Archidia-
coni, qui nomine proprio, et Archidiaconatus, nec-
non omnium sibi adhaerentium, et adhaerere
volentium, asserens Archidiaconum Vercellensem,
esse ab immemorabili in pacifica possessione, vel
quasi, visitandi, corrigendi, et reformandi de con-
sensu Capituli, Ecclesias S. Eusebii, et S. Mariae
Maioris, protestatur de nullitate praedictarum
litterarum, et ab eis appellat ad Summum Pon-
tificem, dimissa appellatione apud Fratrem Vi-
tolamum Abbatem Monasterii S. Andreae, et Fra-
trem

Ubertus.

fratrem Guillielmum Priorem eiusdem Monasterii; atque apud Abbatem Monasterii S. Stephani Vercellensem, et Priorem fratrum Eremitarum, nec non apud Dominos Guidonem de Casanova Archipresbyterum, et Palainum de Casanova Praepositum Vercellensem, tamquam Publicas, et authenticas personas, ut ibi dicitur, eos rogans, ut appellationem huiusmodi, quantocius Bugellam transmittere velint ad praefatum Dominum Episcopum, quem adire nec ipsi, nec alteri permissum sit, tum ob viarum discrimina, tum ob metum indignationis ipsius Domini Episcopi, qui, ut ibi dicitur, est de potentioribus de terra. Porro cum Archidiaconus dicat se appellare etiam nomine adhaerentium sibi, et adhaerere volentium, et de caetero contra Episcopi litteras, Capitulum non reclamaverit, facile est conijcere Canonicos fuisse inter se divisos, imo potiorem partem cum Archidiacono non sensisse. Fortassis Abbas S. Andreae, Abbas S. Stephani, aliique in appellatione nominati, non erant suarum partium, cum verosimile sit eum, appellationem, ut ad Episcopum remitteretur, dirigere apud eos, qui Episcopi amicitia pollerent. Certe Archipresbyter, et Praepositus, ambo ex Advocata gente, et Episcopi Consanguinei, cum Archidiacono non sentiebant.

42. Interea Vercellis ab armis, et caedibus non cessabatur. Mattheus tandem cum Alexandrinis, Dertonam, Papiam, Casale, Novariam, et Universam

Ubertus

universam ferme Superiorem Lombardiam suo subiugasset imperio, ad expugnandas Vercellas, unicam civitatem, quae intrepide suis triumphis obsisteret, animum intendit, potissimum quod mors Ugonis de Baltio, viri fortis, et rei militaris peritissimi, qui pro Rege Roberto, res Lombardorum curabat, paulo ante apud Bassignanam, in praelio caesi, magno eum hoste, et metu liberaverat. Itaque ineunte Junio anni 1320, eam Urbis partem, quam Advocati insidebant, totis aggreditur viribus. Ubertus Episcopus, quanto in periculo, suorum res versarentur admonitus, ad Urbem obsessam convolavit. Robertus Rex pariter, Philippum Valesium, ut in Italiam cum exercitu, opem Vercellensibus laturus, trajiceret, impellit. Hic multo instructus milite, die 8. Julii, Astam quae a Rege Roberto stabat, appulit. Ad eum statim accesserunt ex universa Lombardia Guelphi magno numero, interim dum Florentini, aliique populi, periculo sociorum excitati, et ipsi ingentes parabant copias. Hisce tamen non expectatis Philippus pugnandi avidus, Vercellas contendit. Accurrunt ex adverso, a Mattheo missi duo ejus filii, Galeatius, et Marcus, et cum eis equitum quinque millia, et triginta millia peditum. Cruenta imminebat pugna; cum ex improviso Philippus Vercellas, unde copias pugnaturus eduxerat, vix viso hoste, et nil praeterea gesto regressus est, et inde Galliam, recto itinere petiit. Aureum Vicecomitis, Philippi animum immutasse, concors est scriptorum opinio. Hoc

Ubertus.

Haec narrant autores sincroni. Vicentinus Ferettus ap. lib. 6. rer. Ital. to. 9. ibi: Sola, ait, Vercellarum Civitas (paulo ante narraverat Matheum reliquas Urbes sublatis aemulis, suo subdidisse dominio) tota Mapheo debenda restabat, quam dirimens medias intro habens fluvius, hinc Titionibus Imperialis voti, Zelo flagrantibus, inde Advocatis de Colobiano, Guelphae partis optimatibus, rescindenda facile praebuit. Hos Illos Mattheus auxiliaribus copiis, Illos Robertus tardo praesidio, alternis iguibus refovebant. Et iam Ugo de Bottio, vir acer, et strenuus, quem Robertus Apuliae Rex, e Provincia sub titulo Praesidatus, ab Apostolica sede, Duce vacante pro suffragantibus Longobardorum Guelphis, accurate dimiserat, Deumdem in Mapheum cum quingentis fermè hastatis equitibus, clam erumpere destinasset, a Luchino Mathei nato, iuxta Civitatem ob Alexandro Papa conditam, insidias moliente, apud Basignanae vicum in collis improvviso necatus est. Post quem vir perfecto biennio, Guelphis adhuc Vercellarum partem tenentibus, Robertus idem, mis dyrimendorum Imperialis voti Deum fervor moriens iuerat, Philippum de Valois, Caroli sine Regno natum, id volente Ludovico Francorum Rege ad restaurandam Vercianorum sedem, fictis manicibus adhortatus est. Qui demum Urbem partim obsessam, cum septingentis fermè hastatis ingrediens, dum ei Marcus Maphei natus, adolescens strenuus, cum mille et quingentis equitibus, sex mille vero armaturae levis peditibus occurisset,

occurrisset, cum eo colloquium in agris habens, spe sua propositoque frustratus, paucos dies moratus, vestigia relegat. Quamobrem desperantibus Guelfis, hisque compatientibus, Mapheo, natisque maior crevit audacia. Hinc tamen fama celer increbuit, Philippum memoratum, pretio deceptum cum hoste aciem convertere noluisse, sicque tributis receptis, nullo marte iter ad Gallicos transitus direxisse. Nec multum post haec, caesis victisque Vercellarum Guelphis, tota huiusce Urbis compago Mathei sceptrum sub tyrannide pertulit. Quomodo vero Urbs capta fuerit, et quid inde evenerit, narrabimus infra. Interea quae supra narrata sunt, placeat audire ex ore Guillielmi Venturae Chron. Astensis. Rer. Ital. Tom. XI: Anno MCCCXX, fuit, die XV. Iunii, Philippus de Valesia, de domo Franciae, et frater eius Carolus, filii Caroli, cum multis militibus plusquam mille, inter quos erat Bernardus de Mongalio, et Comes de Novi, venerunt Ianuam, et applicuerunt Astam V. Iulii MCCCXX. Ea die erant milites Teutonici, soldati a Mapheo Visconte, in obsidione Vercellarum, stantes versus portam de Ritionibus, et praeliantes die, ac nocte contra Advocatos, et iam ibi steterant per mensem unum. Cum Philippus praedictus de Valesia, haec nova percepit Vercellas, cum omnibus militibus quos duxerat secum, et cum forensibus Lombardis amicis Regis. Hoc autem audiens Maffeus Vicecomes misit duos ex filiis suis Vercellas, cum exercitu suo militum, et peditum.

Nbertus.

Tunc Philippus praedictus cum gente sua, exivit in campum contra praedictos tali modo, quod adversarii ejus venerunt prope eum milliaria tria. Praedictus Philippus ibi stetit cum gente sua in campis per dies duos, et noctes duas; tertia vero die quidam miles doctus, missus a Mattheo praedicto, secrete locutus fuit cum Bernardo de Mangolio. Quid dixerint, ipsi sciunt; sed eadem hora Philippus praedictus cum pudore, et verecundia reversus est Vercellas. Vercellenses turbati sunt contra eum. Et crastina die inde recepit et plures eorum expoliati fuerunt bonis suis, et equis, et multi vulnerati et mortui fuerunt ibi. Fama et Vox communis fuit inter eos, quod ex capia Florenorum a Mattheo receptorum, supradicta complevit.

43. Ut Philippus Italia excessit, Matheus novo misso exercitu, Vercellas circa dimidium Septembris, arctissima cinxit obsidione, totisque viribus oppugnare instituit. Sed fortiter obsistentibus Advocatis plures menses, obsidioni inutiliter insudatum est. Quos tamen vis non potuit, fames expugnavit. Inopia rei frumentariae ex diuturna obsidione (quae viis omnibus interclusis, nihil in urbem importari, nihilque inde egredi sinebat.) contracta obsessos premere coepit. Exciti sociorum periculo Astenses, valido Catalanorum et Lombardorum collecto exercitu, subsidia, et commeatus Vercellas dirigunt. Vicecomes haec intelligens, relicto Vercellis milite, qui obsidioni satis esset, et obsessos, ne erumperent, prohiberet, cum reliquis

cum reliquis copiis ad Sanctum Germanum (distat ex urbe septem milliaribus) obviam processit. Ad plures horas ibi acerrime, et ancipiti marte, pugnatum est. Victor tandem Vicecomes, pulsis fugatisque foederatis, omni commeatu potitur. Hac spe, quae reliqua erat, penitus obsessi, cum consumptis omnibus, diutius famem tolerare haud valerent, deditionem facere coacti sunt, mense aprili iam adulto anni 1321. Ubertus Episcopus in carcerem Vercellis traditur. Simon de Colobiano Episcopi pater cum duodecim optimatibus ex Advocatorum gente, captivus Mediolanum abducitur. Arx et potior Civitatis portio, a fundamentis evertitur. Ubertus tamen novo commento, elusis custodibus, custodia elapsus, Bugellam se recepit. Haec placeat audire ex ore Guillielmi Venturae scrip. cap. 102. Eodem anno MCCCXX., inquit, mense Augusti, Beltramus Cardinalis de Pozetto, Legatus missus a Joanne Summo Pontifice in Lombardiam, ad pacificandam eam, venit Astam die VI. Augusti, et plures nuncios religiosos Praelatos, et Episcopos plures, per singulos dies misit Matheo Vicecomiti, et filiis suis, ut comparerent coram Summo Pontifice aut coram ipso Legato, dantis ei terminos plures, quos terminos neglexit. Sed misit exercitum suum Vercellas, et obsedit partem de Advocatis per gyrum, taliter quod nemo intrare, nec exire poterat, et ibi steterunt a medio mensis Septembris anno MCCCXX. usque ad medium mensis aprilis anni MCCCXXI.

Ubertus

Tunc milites Catalani, qui erant Astae plusquam trecenti, iverunt ad Santiagum (Sancta Agatha vulgo Santià. Distat ab Urbe milliaribus decem) prope Vercellas, et ibi erant Martinus de Olliate cum gente sua, et plures Lombardi forenses, equites et pedes, volentes intrare Vercellas cum multitudine curruum cum victualibus. Et dum irent, venerunt contra eos milites Mathei, qui erant in obsidione Vercellarum, et praeliantes afflicti fuerunt illi qui volebant intrare Vercellas, et victualia praedicta capta fuerunt, et de Lombardis forensibus, plusquam ducenti mortui, et capti fuerunt cum equis et armis. Tunc Episcopus Vercellensis Ubertus de Advocatis, sive de Colobiano, et qui cum eo erant mille quingenti viri, qui per mensus sex obsessi fuerant, nec plus habebant, quod manducarent, ex pacto facto cum duobus filiis (hi erant Lecticellensula more addiscendo, Luchinus, et Stephanus) Mathei, dederunt et reddiderunt locum, et ex fortiliis quae tenebant Advocati. Illi de Titionibus stabant in domibus suis praeliantes semper contra Advocatos. Tunc diruerunt muros et alias domos, et maiorem partem dicti loci. Simon de Colobiano Episcopi frater, et duodecim de maioribus eius partis ducti sunt ad Matheum in Mediolano et ibi carcerati fuerunt. Episcopus Vercellensis Ubertus supradictus detentus fuit in Palatio Vercellarum cum custodibus die, ac nocte. Quadam vero sero dictus Episcopus callide inebriari fecit custodes vino proprio. Tunc Episcopus implevit tunicam suam

Urbertus

pellis, et eam posuit, et statuit in medio dormientium, et per latrinam exivit saucius, et Liber et ministri ejus in Servii fluminis, parati fuerunt, et duxerunt eum cum equis suis Bugellam Laetum et sanum. Adnotatio 14a ad hunc textum verbo Servii, habet: Sorvii vox barbara, conjicimus flumen, moenia Vercellensis Urbis adlambens, vulgo dictum la Sesia, apud Latinos Sessitis nomen obtinens. Fallitur Adnotator. Nam Servius, qui eo tempore, quo haec gesta sunt, in duas veluti civitates, ut supra vidimus, Vercellas dispertiebat, est flumen omnino aliud a Sessite, ut omnes norunt. Audiamus nunc Merulam lib. 10, qui eadem ferme habet, quae Ventura: Philippo de Valesio discedente, ait, Simon Advocatus, peregrina ope destitutus, Colobianum oppidum armis, commeatu et valido praesidio munivit ut esset quo tuto ab hoste se reciperet. Matheus emissus Ticionem Iuvabat: Advocatorum domos et regionem quam illi incolebant, circumsederant Ticiones. Interclusa erat Urbs, clausique aditus, neque foris ingredi neque egredi quisquam valebat: famem sentiebant obsessi; vix auxilia darai poterant. Forte id temporis Astam Gotolani equites venerant: Accipiunt Guelphi, qui a popularibus domo ejecti erant: frumenta, et pabula undique corroganturi: ea plaustris, et jumentis imposita Vercellas ducere parant. Fit eis obviam Vicecomes cum expeditis militibus: pugna acris committitur. Admittebantur Gotolanis, et languescentibus suis

Uberto.

sociis, et inedia maceratis, alimenta afferrent. Contra resistebat Simonus, ne frumenta atque commeata in oppidum recepto, longior obsidio frustra foret: vacuus facta est eigeny: trecenti et amplius ex Gotolanis ceciderunt, complures capti. Hoc praelio Colobianorum animi adeo infracti sunt, qui circumsessi erant, auxilia ab externis non sperabant; et statim partem oppidi, quam rimmitam tenebant, Luchino et Stephano pactione tradiderunt. Erant cum Simone, et Epo mille et quingenti viri; ex his duodecim vincti Mediolanum cum Simone adducti in arctam custodiam traduntur. Epus in Praetorio Urbis conclusus, novo commento elabitur. Sub noctem vino largius epoto, custodes obdormierant: tunica probus, et stramento oppleta, inter dormientes, collocatur. Ipse per latrinam, sopitis custodibus evasit: animi descendentium, Lintrae incipiunt, atque incolumem, Bugellam (hoc oppido nomen est) perducunt. Potitus loci Mattheus, Ticionum plurimum indulsit. Ea quis in eam rabiem prorupit, ut muros urbis dirueret, altas Advocatorum domos, solo aequaverit. Ita saeviente ira, magna ex parte urbs deformata fuit.

& Lintrae

loco. Sic ridimus Corio, Simon Advocatus in vinculis decessit. Ast Modena in hist. Msta Vercell. refert eum e carcere eductum anno sequenti 1322. Vercellas rediisse, ibique eodem anno, debitum naturae solvisse, atque magnificentissimo elatum funere, in Ecclesia S. Marci, tumulum habuisse. Addit quod

Ubertus.

quod anno 1515 (potuit ipse testis de visu) Eius corpus adhuc integrum, et suis armis cinctum, repertum est, ac si pridie sepultum fuisset: et quod arma Emanueli Philiberto Sabaudiae Duci, Maximum dono missa, in Regio Thesauro, veluti praetiosa supellex, reposita fuerunt. Hic obiter adnotare iuvat miram Mathei felicitatem, ut omnes fere suae magnitudinis aemuli, omnes magni viri in eius manus inciderint.

45. Paulo post deditionem Vercellarum, nempe die 11. Maii eiusdem anni 1321. Astam pervenisse Raymundum de Cardona Catalanum, virum strenuum, et rei militaris peritissimum, qui Regis Roberti Vicarii nomine Lombardiam procurabat, ingenti Equitum, et peditum stipatum agmine, et cum hoc in Montemferratum, atque in agros Alexandrinum, et Dertonensem, adversus Marcum Vicecomitem Mathei filium populabundum irrupisse, scribit Guillielmus Ventura sept. cap. 104. Addit Merula lib. 10. Raymundum eiusdem copias in Vercellenses duxisse, multaque, magna praeda acta, etiam moenia circumiecta devastasse; sed a Stephano ex filiis Mathei minimo, qui Vercellensibus praeerat, valide summotum, amissa praeda, inde recessisse Raymundo se iunxisse Ubertum Episcopum Vercellensem, scribit Bossius.

46. Hoc eodem anno, teste Modena, cum Gilardinus Spinola Gibellonarum partium Dux, Lentam et Ripariam Superiorem, quae tota a Guelphis erat, armis diversavit, adversus eum eiusdem districtus homines crearunt Ducem perpetuum Joannem

Ubertus.

Roarcendae dominum, eiusque successores: atque tradita investitura, ut aiunt, eum Ubertus Episcopus illius tractus dominum constituit. E contra Ricardus Titionus, et Succinus Sonamontius Gibellinorum partium optimates, Abbatiam S. Stephani expoliant, vastantque, Abbatem in carcerem conjecto. Hoc narrat Modena, quod ex autenticis documentis hausisse credendum est.

47. Anno 1322. Beltrandus de Poggetto Cardinalis, Legatus Apostolicus in Lombardia, Matheum, eiusque filios, atque omnes qui in eiusdem partibus erant, ipsumque Pontificiorum contemptores, ac veluti de heresi suspectos, diris execrationibus insectatus, Mediolanum interdicto supponit. Quibus territus Matheus, optimates magnam partium, Mediolanum [illegible], quid opus facto sit, exquirit. Nonnulli parendum jussibus Pontificis censebant. Alii vero, quorum sententia praevaluit, inter quos Ricardus Titionus, teste Corio, obsistendum totis viribus, Legati praeceptis que dixerunt, aientes, quod Legatus per speciem Religionis, Principatum totius Italiae, Roberto Regi quaerebat, ut ipsos omni imperio, bonisque spoliatos, in captivitatem et hostium ludibrium traderet. Ad haec Pontifex vidensque contemni se, plenus irarum, et indignationis, (sunt verba Merulae lib. 10. quibus placet uti componere) Matheum et filios tum caeteros, qui in partibus erant, esse probrosos, sceleratos, et infames, sacratosque publicari, et cuicumque probis

~~ex~~inciariaque exponi iubet. Actae primum litterae ad Populum recitatae, detestatioque acta, qualis numquam legimus, quarum formula Guillelmus Ventura, qui facto interfuit, subnotavit, et in codicem retulit. Namque Idibus Januarii, cum ingens mortalium multitudo, in aream convenisset, quae pro Aede Pontificali late patet, Mercatum Astensis appellat, sublimem suggestum conscendere Bertrandus Cardinalis, Aicardus Archiepiscopus, et alii Sacerdotum principes. Assidebant frater Barnabas Prior Provincialis fratrum Praedicatorum, in Superiore, ut aiunt, Longobardia, Pax de Vendano, Jordanus a Montecalvo, et Honestus Papiensis; hi inquisitores mali criminis, pravaeque Religionis erant. Inde cum alta voce illud praefati: Exsurgat Deus, et dissipentur inimici eius, subinde acerbe, et execrabiliter in Matheum, et quinque filios nominatos invecti, ~~cum~~ qui non cum hominibus, sed cum omnipotenti Deo, atque Superis bella gererent, ad dictionem causae eos vocavere praescripta die, intraquam non per procuratorem, aut Nuncios, sed praesentes ea purgarent, et diluerent, quae crimini dabantur; qui si contumaces, edicto non paruissent, pro perfidis, et impiis haberentur, atque comprehensos cremari, et necari liceret. Illud etiam constitutum fuit, ut quotidie per vicinas urbes, inter solemnia sacrificia, identidem execrationes pro omnibus eius repeterentur ante mysticum panem, in quem Christus per verba Sacerdotum, de caelo elicitur, eiusdem cum prae-

fatione

Albertus.

praefatione Psalmi. Deinde postridie Kalendas Februarias, quem diem Purificatio parturae Virginis sacrum, et solemnem facit, ex eodem suggestu vexillum attollitur, in quo Claves cancellatim inscriptae inerant. Inde cum multa in opprobrium, et ignominiam Vicecomitis, praedicta fuisse eum in summum discrimen, res Pontificia deveniret, pronuntiatur, ut quicumque opes Pontificias salvas esse vellet, is armatus signa illa sequeretur. Provocati tam mares, quam foeminae ad tam piam, et sanctam expeditionem, quippe expiaturi quidquid supplicii, pro quacumque commissa noxa commereri possit. Post haec sub fine Februarii, Valentiam cum honestissimo Sacerdotum comitatu, et valido praesidio, ne vim in itinere, et violentas manus, qui abominati fuerant, inferrent, Bertrandus proficiscitur. Iteratae fuerunt in eo loco detestationes, denuntiatumque ut Vicecomites in numero impiorum, et sceleratorum haberentur, quibus omnes denderent, aditum sermonemque effugerent, ne quid ex contagione incommodi acciperent. Multantur praeterea omni iurisdictione, magistratu, et praefectura; ne ius populis dicant, neve ex communitate imperio, pro Tribunali Praetor iudicia reddat: nullus denique honor cum illis communicaretur; qua poena etiam nepotes tenerentur: in vinculis si capti forent, tantisper custodirentur, donec libertatem, et vitam auro redimeret.

Robertus.

redimeret: et quisquis in eam militiam nomina daret, id veniae promereretur ad expianda crimina quod iis concedi solet, qui Christianum nomen ab omnibus barbaris defendunt" Leuneque Merula ex Guillielmo Ventura.

48. Eaedem ~~intentiones~~ execrationes exinde pluribus in Civitatibus, praecipue Genuae, repetitae solemniter fuerunt. Cum neque istis, quidquam contra Matheum proficeretur: Joannes XXII. Summus Pontifex, et Rex Robertus, aliam inierunt viam, ut Gibellinos atterrerent. Post obitum Henrici VII., et usque ab anno 1314, Electores inter se divisi, duos creaverant Caesares, una pars Ludovicum Comitem Palatinum Rheni, Bavariae Ducem, altera Fridericum Austriacum, Alberti Austriacum Imperatoris filium. Uterque plures annos de Imperio inter se acriter digladiabantur: Quamvis saepius sollicitatus, tamen ne in Italiam ad capiendum Regnum descenderent, neutrius electionem approbaverat Pontifex. Verum hoc anno Imperii coronam Frederico pollicitus, eum extimulabat, ut contra Vicecomites cum exercitu veniat. Fridericus haud cunctanter Henricum fratrem, validis suffultum copiis, misit. Sed Vicecomitis auro, et exhortationibus, repente in alterum mutatus, et ex hoste amicus Matheo factus, fratrem in Germaniam revocat, mandans ut in Italia Legatos relinquat, qui Lombardiae Urbes adeant, et Gibellinorum Optimates, tamquam Imperialium partium fautores

Vercellensis.

partes, invitent de se promptos omnino in Regem suscipiendum. Vercellenses inter primos alacriter Regios nuncios susceperunt. Extat in Archivio Civitatis Charta, Dici 14. Septembris hujus anni 1322, in qua Rhodolphus de Hewen, et Joannes de Enne Legati serenissimi Frederici Regis Romanorum, Vercellensibus paratis ipsum Regem facere, spondent se effecturos, quod praefatus Rex confirmet, et approbet omnia pacta, iura, consuetudines, omnesque contractus per Commune Vercellarum initos et ineundos: aboleat sententiam ab Imperatore Henrico latam, qua Civitas (quae dicitur tunc a rebellibus occupata) privabatur mero, et mixto imperio, omnibusque privilegiis, et indultis ab Imperatoribus, et Regibus, eidem concessis, eamque everti, et solo aequari mandabatur: in Lombardiam veniens, eodem modo Vercellas habeat, et tractet, quo Civitates Mediolani, et praecipue quod ad eamdem rebelles: administrationem Civitatis ipse retineat, et alteri, nisi Vicario nomine non committat: nullum privilegium Burgum Villam etc. alicui concedat, quae domino sint iurisdictioni Civitatis: ubi Rectores, et Potestates Civitatibus Lombardiae dare decernat, horum Magistratus prosequi non permittat ultra sex menses, servatis semper, et Maciis statutis, usibus, et consuetudinibus Civitatis.

49. Quamvis Matheus, Frederico sibi conciliato, gravissimo se bello subtraxerit, nihilominus a Raymundo de Cardona, et a Legato Pontificio graviter a-

dhuc

graviter adhuc graveabatur, qui novis semper supervenientibus copiis, novisque eidem quaesitis hostibus, extrema minitabantur. Accesserant et domestici hostes, inter quos Franciscus de Garbagnate, qui olim ut vidimus apud Henricum VII. adeo utilem operam Matheo navaverat, et Lodovicus Mathei ex fratre nepos, aliique non pauci, qui partim metu Censurarum, et execrationum, partim ob nimiam Vicecomitum potentiam, quae apud Nobiles, eiusdemque factionis homines, magnam concitaverat invidiam, novitates in Civitate moliebantur. Natantibus rebus Matheus, ut iras mortalium se subduceret, abdicato Principatu in manibus Galeatii filii, ad privatam vitam se recepit, et totum visitationi templorum se dedit. Nec diu superstes fuit. Die 27. Junii huiusce anni 1322. aetate, curisque confectus, extremum diem clausit, annos natus 72. Mors eius, ait Merula, tantisper celata est, donec ea filii compararunt, quae muniendo Regno, firmandoque, opibus idonea erant. Sepultus est sine pompa funeris Crescenzagi, vel ut alii, in Claraevallis templo. Sepulcrum ignotum mansit ob iram Pontificis, et metu execrationum. Nam quod in Actis Inquisitorum adhuc extat, in mortuum Joannes Pontifex desaevit per litteras, quarum exempla legimus; Populis praecipit, ut illius ossa de sepulcro eruta, dispergant, eos detestatus et execratus, qui quominus id fieret, repugnassent. Haec Merula.

Ubertus.

60. Galeatio Principatus initia, defuncto Patre, haud laeta fuere. Conspiratione Procerum, uti habemus ex Chron. Astens. cap. 119. Urbe, et magistratu pellitur, in ejus locum suffecto Joanne de Zurra, Friderici Regis Legato, de quo sup. Pactionem aliquam, seu tractatum, hac de re fuisse cum Legato Pontificio, scribit Muratori in annal. ad hunc annum. Et tunc fortassis, ipso Legato annuente Simon de Collobiano, e carcere eductus fuit, et in libertatem restitutus. Ast seditione militum revocatus Galeatius die 9. Decembris, iterum summae rerum praeficitur. Hoc anno, et die 28. vel 29. Septembris, Ludovicus Bavarus, et Fredericus Austriacus, de Imperio decertantes, in cruentum descenderunt praelium, quo Fredericus victus, et captus est cum Henrico fratre. Galeatius, variante fortuna, a Legato Pontificio, Placentia ejicitur.

61. Anno 1323. Legatus Pontificius, et Raymundus Cardonius, ingentibus copiis in Mediolanensem agrum irrumpunt. Ubertus Vercellensis Episcopus et ipse cum suis, teste Bosio, auxilio adfuit. Galeatius ex adverso, undequaque Vercellis, Novaria, Papia, aliisque foederatis Civitatibus, validis comparatis subsidiis, impigre se ad defensionem accingit. Nihilominus Pontificii primo impetu Modoetiam, aliaque oppida Mediolano circumjecta occupant. Marcum, et Luchinum Vicecomites, Galeatii fratres, gravi pugna repellunt, atque recta Mediolanum ducunt. Dum Urbs obsidetur, Galeatius Legatos in Germaniam ad Ludovicum

Robertus.

Ludovicum Bavarum mittit, eumque omnibus modis sollicitat, ut ad capiendum Regnum, in Italiam descendat, et sibi, rebus qui Imperii, extreme periclitantibus, subveniat. Bavarus extemplo cataphractos octingentos, Mediolanensibus subsidio mittit, et se primo quoque tempore adfuturum pollicetur. Exinde Mediolani obsidio, quae ferme per menses duos duraverat, soluta est. Haec narrat Corius. Contra Bavarum, Roberto Rege sollicitante, insurgit Joannes XXII. Summus Pontifex, eique, monitorio dato Avenione in Palatio Episcopali VIII. Idus Octobris, Pontificatus anno IX. quod ex Raynaldo refertur. Pagius in Joanne XXII. n.o 14. et seq., denuntiat sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, ut a Vicecomitum tamquam hostium Ecclesiae, et haeresis labe infectorum, defensione abstineat, ab omnique Regni, et Imperii administratione cesset, usquequo eius persona a Romana sede comprobetur. Contra quae Ludovicus, ad Papam melius edoctum appellat, et ab eo, de more, ad generale Concilium.

§2. Assiduos ipse per id tempus, inter Vercellenses armorum motus, cognoscimus ex pluribus Chartis Archivii Civitatis huiusmet anni, quibus indicantur crebrae incursiones a Vercellensibus intrinsecis factae contra Advocatos, aliosque extrinsecos qui circumvicina oppida Orsengi, Confluentiae, Palestri, Colobiani, Formigliana, Grisievi, Cridini, S. Germani, Caresiae, Auxiliani, aliaque non pauca asquis tenebant, omnia inde usque ad Urbis portas,

Ubertus.

infesta habentes.

63. Anno 1324. ad Pontem Vaprii a Pontificiis, cum Vicecomitibus, iniquiore fortuna pugnatum est. Ipse Cardonius captus est, et Modoetia amissa. Paulo post Cardonius e carcere emissus, ut cum Pontifice pro pace intercederet, Avenionem se contulit. Sed tractatus, Roberto Rege obsistente, in irritum recidit. Ubertum Episcopum, omni externo subsidio destitutum, Gibellina rabies, iniquius exagitare caepit. Ille a Pontifice suppetias petiit, a quo litteras accepit, ait Ferrer. fol. 103, commiserationis plenas, in quibus Pontifex promittit se copias Italicas missuras auxilii gratia, cum Belgicas tunc non haberet, ad quas tamen comparandas Henricus Flandriae Comes, brevi rediturus, iverat. Praeterea super Abbatiis, de quibus ille ad Pontificem scripserat, agere iubetur Legato Apostolico Bertrando tit. S. Marcelli Cardinali, cui mandavit, ut eius consilio uteretur. Dat. Avenione Kal. Iunii anno IX. Hoc anno 1324. Ioannes Pontifex, sententia lata V. Id. Iulii Ludovicum declarat contumacem, et omni iure Regni, et Imperii, si quod illi competeret ex sua electione, privatum. Excipiunt Ludovicus virulento calamo Ioannis Ianduni Perusini, et Marsilii de Menandrino [?] Patavini, hominum Haereticorum, in Pontificem debacchatur.

64. Testatur Modena in hist. Ms.ta ex Brevi Apostolico, quod asservari ait in Archivio Capitulari, quod anno 1325. Riccardus Titonus, et Iacobus

et Simonis Avogadri de Quaregna, Vercellis Gibellinorum Ducis, veniam a Pontifice, absolutionemque a censuris contractis ob id, quod Vicecomitibus adhaeserint, Abbatem S. Stephani in carcerem conjecerint, abbatiamque vastaverint, petierunt; eamque a Cardinali Bertrando Legato Apostolico tunc Placentiae commorante, cui a Papa, eadem rei cognitio commissa fuerat, impetrarunt ea conditione, ut damna resarcirent, Abbatemque liberum dimitterent. Haec Abbatiae S. Stephani vastatio, Abbatisque captivitas acciderat anno 1321, cum Matthaeus Vercellas expugnasset, ut ad eum annum animadversum supra. Hujusmodi absolutionem a Legato commendatam ipsi Alberto Episcopo, et Priori S. Dominici, scribit idem Modena.

65. Anno 1326. Galeatius, cum novis quotidie insurgentibus hostibus, undique premeretur, de pace, cum Pontifice, impensius agere coepit. Id Marcus frater, et sodalis consobrinus Vicecomites, jampridem a Galeatio infensi, apud Ludovicum Bavarum eidem, criminis vertunt, eumque sollicitant, ut in Italiam festinet.

66. Anno itaque* 1327. Ludovicus a reliquis pariter Gibellinorum Principibus expeditus, Italiam ingressus Mediolanum pervenit die 16. Maii, ubi Marquisio a Galeatio exceptus, eum quidem, teste Bonin. Morigia Chron. Mod. et. to. 12. rer. Ital. in Vicarium, seu Dominum Mediolani, Papiae, Laudae, et Vercellarum confirmavit; sed paullo

* 1327.

Mediol.

post, accepta Corona ferrea, cum Marcus et Lodrisius Vicecomites, aliique Nobiles Mediolanenses, qui Galeatii dominationem exosam habebant, apud eum ipsum accusarent, et nova crimina inderent, eum, necnon Luchinum, et Joannem fratres, atque Azonem filium, in carcerem trudit. Marcus Ejus, teste Modoetiensi sup. cit., ut novo hosti non vires objiceret propugnaculum, Verruccam, arcem Pado imminentem, propter naturam jam munitissimam novis, firmioribusque munitionibus vallare aggreditur, quae et fluminis transitum protegeret, et cum Astensibus liberam communicationem muniret. Ob id, decimae et collectae Ecclesiasticis inductae, quas cum Canonici Vercellenses persolvere renuerent, inhibentur pereelluntur ab Abbate S. Stephani Eporediensi, Delegato Apostolico, a quo et Ecclesia Interdicto supponitur.

67. Annus 1328. Notabilitas perstringit eventibus. Ludovicus Bavarus, invito Pontifice, a quo nuperrime sententia excommunicationis, et depositionis velut persecutor Ecclesiae, et haereticorum fautor, perculsus fuerat, Romae die 17. Januarii inter populi tumultus, aliis faventibus, aliis reclamantibus, in Basilica S. Petri, a Sciarra Colonna, qui Bonifacii Pontificis persecutor fuerat, in Imperatorem coronatur. Atque immunitas in medium, haereticorum, et Apostatarum hominum, qui ad ipsum interventum veluti omnium scelerum patronum confluebant fuerant, execrabili et plane

Albertus

et pene infernali animo, Joannis Pontificatum abrogat, eique Petrum de Corbario Minoritam, virum excommunicatum, et apostatam, quem vocavit Nicolaum V., sufficit. Sed non multo post a Romanis tam enormi facinus execrantibus, primo conviciis incessitur; mox etiam lapidibus repetitis, Roma cum suo Antipapa exsibilatur; cumque prius Gibellinorum precibus fatigatus, Galeatium, Luchinum, Joannem, et Actonem Vicecomites, e carcere eductos, libertati, non tamen Imperio restituisset. Moritur deinde patria extorris, Galeatius in obsidione Pistorii, cui a Castruccio Lucae Domino, cum suprema ducis Potestate, praefectus fuerat. Canis Scaliger Veronae Dominus, Patavio Civibus dedentibus potitur. Tantae Urbis acquisitionem splendidissimis epulis, ludicris pugnis, aliisque magnificentissimis apparatibus, Veronae celebrat, creatis sua manu Equitibus 38., teste Gazata Chron. Rhegiens. to. 18. rer. Ital. ex nobilioribus familiis Veronae, Vincentiae, Patavii, Venetiarum, Mantuae, Bergomi, Comi, Rhegii, et Vercellarum.

58. Hoc eodem anno 1328. Albertus Episcopus, laboribus pactus, et exaustus, diem extremum obiit Bugellae. Eum appellat Ughellius virum plane militarem, et fortunatum. Certe nullus fuit, qui infensius, obfirmatiusque restitisset Vicecomitibus; quos etiam victus, quietos esse non pertulit, eos armis perpetuo insectatus. Vercellis dira obsidione, cum maxime oppugnantium numero cinctis, per septem

Abbatis

formae vicibus nullo agitabantur; fortiter defendit. Vercellis pulsus, et in carcerem conjectus, sagacissimo commento custodes elusit, et e vinculis evasit: Legato Pontificis, et Raymundo Cardona adjutus, Galeatium Placentia primum, deinde etiam Mediolano expulit, Simonemque fratrem in libertatem asseruit. Burgettae arcem, quo demum se receperat, assiduis excursionibus, vicinam circumjectam Regionem, Mediolanum usque infestam habuit. Nec tamen interea, quae Ecclesiasticae disciplinae erant, omisit. Eam enim, quantum licuit, efferatis illis temporibus, et inter perpetuos bellorum motus, partim per se ipsum, partim Eusebii de Tronzano, viri egregii, opera, vel lapsam restituit, vel labentem sustinuit, ut liquet ex saluberrimis decretis, hac de re editis tam pro Dioecesi, quam pro utraque Ecclesia Vercellensi, quae adhuc supersunt.

De Beata Emilia Bicheria et Monasterio Sanctae Margaritae.

69. Aberto sedente, et anno 1314. die 12. Maii, evolavit ad superos B. Emilia (quam nunc corrupto paululum nomine Emiliam appellant) e nobilissima Bicheriorum familia, virtutibus et miraculis clara, proneptis Gualae Cardinalis, de quo diximus suo loco, et fundatrix monasterii Monialium S. Margarithae Vercellensis, ordinis Praedicatorum. Patrem habuit Petrum Bicherium,

Albertus.

Bicherium, filium Domini Manfredi, fratris eiusdem Cardinalis Gualae, Matrem vero Adalasiam e Comitibus Blandratensibus. Sex ei pariter sorores, ex iisdem parentibus progenitae, nempe Agnes uxor Guillielmi Comitis de Marino, Aldisia uxor Robaconte de Mandello, Ottina, Beatrix uxor Ioachini de Vialardis, Margarita, et Martina. Porro Petrus testamentum condiderat sub 11. Iulii 1250. In eo plura scitu digna, et ad historiam Patriae illustrandam plurimum conducentia, continentur; quae propterea, ut puto non iniucunda futura eruditis, hic transcribenda censemus iisdem verbis, ex ipso Autographo, quod asservatur in Monasterio Monialium S. Margarithae huius Civitatis.

60. En testamentum

„ Post Incarnatum Verbum . . . currente „MCCL. Indictione VIII. die XI. mensis Iulii, Dominus „Petrus Bicherius Civis Vercellensis, volens in postremis „etc. instituit sibi heredes Dominas Agnetem uxorem „Domini Gulielmi Comitis de Marino, Dominam „Aldisiam, uxorem Domini Robaconte de Mandello, Ot„tinam, Similiam, Beatricem uxorem Domini Ioachini „de Vialardis, Margaritam, et Martinam etc.

„ Item statuit, et ordinavit, quod praedictae „eius heredes debeant facere, et fieri facere unum „Ospitale in territorio Loci Casinarum, iuxta Infer„meriam. Ad quod Hospitale faciendum, et con„struendum, et complendum, reliquit distributores, or„dinatores, et factores, Dominos Abbatem S. Stephani, „et Abbatem S. Andreae, etc.

Ubertus.

" Item Hospitali eidem legavit totum Poderium,
" quod habet in Loco et Curte, et territorio Cassinorum,
" et nemus, quod acquisivit a Sporlinis, etiam si esset
" in territorio alterius villae. Item nemus de Sala;
" item totum Poderium, quod habet in Castro Guardo,
" et in Castro de Brolio, et eorum curtibus, et territo-
" riis; et omnia debita, et iura debitorum, quae Uber-
" tus de Bulgaro, ei dare debet, quoquo iure obliga-
" tionis, ei sit obligatus, et eius bona sint obligata. Item
" eidem hospitali legavit totum Poderium, quod ha-
" bet in Loco Leronae, et eius curte, et territorio. Item
" eidem Hospitali legavit totum Poderium, quod ha-
" bet in Silva, et eius Curte, et territorio. Item eidem
" hospitali legavit omnia sua prata, sicut extenduntur
" a parte Cassinarum de Lapidibus, usque ad Quadrum
" Gubeti, et sicuti protenditur usque ad rivum de Ba-
" ragiis, et ab illo rivo usque ad Cassinam de Bartasiis.

" Item statuit, et ordinavit, quod siquis paren-
" tum suorum paternorum, qui sunt, vel pro tempore
" fuerint, vel qui deinceps ex eius agnatione descende-
" rint, pervenerit, vel pervenerint ad inopiam, quod
" de bonis ipsius Hospitalis, alatur, sive alantur, et nu-
" triatur, sive nutriantur, dum tamen se reddiderit,
" vel reddiderint ipsi Hospitali, et ibidem perman-
" serit, sive permanserint, faciendo quidquid Hospi-
" tali fuerit necessarium, et utile sicut faciunt alii
" conversi, et Fratres ipsius Hospitalis, alioquin si qui
" ibidem de praedictis suis parentibus, non habitant,
" et se non gerent sicut alii Fratres et Conversi ipsius
" Hospitalis facerent, et gerent, quod exinde repellantur,

Albertus.

„sepeliatur, vel de bonis ipsius Hospitalis, debeat ali, sive „nutriri etc.

„ Item statuit, voluit, quod praedicta Domi„na Agnes habeat pro sua parte hereditatis........ „totum suum poderium, quod habet in Azelio, „tam in Castro, quam in villa, et eius Curte, et „territorio cum omni honore, districtu, et iurisdictione. „Item totam terram quam habet ibi, ubi dicitur „in Campagna Azelii. Item totam terram, quam „habet ibi, ubi dicitur in Campagna Massa. Item „totam terram, quam ibi habet, ubi dicitur in Pe„rilio, et Balibo. Item totum Poderium, quod habe„re visus est in Monte peroso, et curte, et territorio, et „usque ad Morequam, et usque ad Gulam Eimae, si„cut extenditur per ripatinum laus, et per campios. „Item et fictum solidorum X. Saux. Item et totam „terram, quam habet in Monte Peroso.

„ Item eodem modo, ut superius ordinatum est „de Domina, et pro Domina Agnete, statuit, et voluit „et ordinavit, quod Ottina, Sibilia, et Beatrix ex ipsa „lineae habeant et habere debeant totum suum pode„rium, quod habet in Roppolo, tam in Castro, quam „in villa, et eius curte et territorio cum omni honore, „districtu, et iurisdictione. Item totum poderium, „quod habet in Salamono, et eius Curte et territorio „et totum poderium quod habet, in Pavarano et „eius curte, et territorio, et totum poderium, quod ha„bet in Caballiacha, et eius curte, et territorio, cum „omnibus honoribus, districtis, et iurisdictionibus, sibi per„tinentibus in aliquo praedictorum poderiorum.

Ubertus

6 „Item decimam, quam habet in loco Mozzoli, et Ve-
„uroni. Item totum poderium, quod habet in lo-
„co, curte, et territorio Loggiarum; habendo qualibet
„ipsarum Dominarum tertiam partem.

„ Item eodem modo, et superius ordinatum est,
„statuit, voluit, et ordinavit, quod Domina Margari-
„ta, eius filia habeat, et habere debeat totum suum
„poderium, quod habet in Crozzano superiori,
„et inferiori, cum omni honore, districtu, et iu-
„risdictione, et totum poderium eodem modo, quod
„habet in S. Agatha.

"Item eodem modo, et superius continetur,
„statuit, voluit, et ordinavit, quod Aldizia, et Mar-
„tina eius filiae habeant, et habere debeant totum
„poderium, quod habet in loco Olemengo, et eius
„curte, et territorio, cum omni honore, districtu,
„et iurisdictione, et totum poderium, quod acqui-
„sivit in Quinto.

„ Postmodum vero legavit Domino Gualte-
„Michaelio, totum poderium, quod habet ipse
„Dominus Petrus in Bolzola, Strizziana, in
„Balzate, in Mocto, et Deborio, et in dictis locis,
„et curtibus, et territoriis.

„ Item fossatum acquae ardentis Vercellensis
„ad salvo quod licitum sit Fratribus Praedica-
„toribus, et Fratribus Minoribus, qualibet hebdoma-
„da, piscare, et piscari facere ad eorum utilitatem
„per duos dies, videlicet Fratribus Minoribus
„per unam diem, et fratribus Praedicatoribus per unam
„diem. Item totum poderium, quod habet in Mongrando,

"in Mongrando, et eius curte et territorio. etc.

" Item legavit Hospitali S. Andreae, omnes domos
"quas habet in Vicinia S. Agnetis, faciendo quolibet
"anno prandium omnibus Hospitalibus Civitatis, et
"curtis Vercellensis, quae sunt, vel pro tempore fu-
"erint, die lunae ante Carnis privium, dando cui-
"libet pauperi dictorum Hospitalium, unum panem
"de uno denario, et scyphum unum vini, et mi-
"nestram unam carnis, et menestram unam de
"conducto.

" Item legavit Ecclesiae S. Andreae, totum po-
"derium, quod habet in Caresana, et eius curte et
"territorio, rogando et imponendo fidei illorum de
"S. Andrea, quod quolibet anno facere debeat An-
"niversarium unum pro sua anima, et Patris,
"in die obitus praedicti Domini Petri. etc.

" Item legavit Ecclesiis de Anglia, Marcas quin-
"gentas sterlinorum, quae distribuantur per Eccle-
"sias Angliae, et plus indicavit si reperiatur, in ipsum
"Dominum Petrum Bicherium pervenisse, et quod le-
"gatum fuit, volendo restituere praedictis Ecclesiis
"Marchas quingentas sterlinorum, quas habuit post
"mortem fratris sui, pro praebendis, et hoc, habito
"consilio peritorum utriusque iuris, et aliorum pru-
"dentium virorum, utrum eas habuerit iuste, vel
"iniuste, si vero constiterit ipsum habuisse iniuste,
"reddantur illis Ecclesiis, a quibus habuerit; si vero
"constiterit ipsum iuste habuisse, non restituantur etc.
"Actum in domo ipsius Domini Petri, in Camera,
"in qua iacebat. Interfuerunt testes etc."

Abertus-

61. Praeter plura alia, eaque pinguissima legata in eodem testamento facta leguntur. Ex quibus facile quis coniiciet quantas Petro Bicherio, fuerint opes. Gens Bicherios una fuit ex nobilioribus, et potentioribus Civitatis. Ipse Petrus aliquando, Civibus in factiones divisis, Gibellinae partis favore, Civitatis dominatum tyrannice invasit. Concordiam exinde eo, suisque factionariis cum Civitate initam, adnotatam legimus in statutis eiusdem Civitatis lib. 6. de Poct. fol. 131. sub Rubr. De concordia facta inter Commune Vercellarum, et Commune Caballiacae, et Dominum Petrum Bicherium ibi Item quod Potestatis, seu Rectores Communis Vercellarum, teneantur observare, et adimplere concordiam factam inter ipsum Commune ex una parte, et Communitatem Caballiacae, et Dominum Petrum Bicherium, et alios de domo sua, et Bondonos, et Dominum Iacobum de Salicozola et Ottobonum de Raynerio de Benedictis et alios de Civitate et Epitu Vercellarum sibi adhaerentes, ex altera prout in Chartis eiusdem concordiae continetur. Haec concordia Autographa servatur in Archivio Civitatis sub anno 1240.

62. De hoc Petro Bicherio mentionem fecimus supra ad annum 1243. ubi vidimus eum a Domino Guillelmo de Sorzina Potestate Vercellarum proscriptum additis poena capitis, et eversionis omnium castrorum et turrium quae ipsius erant, tam in Civitate quam extra in locis S. Germani, et Aliciis, Livorni, Roppoli, et Azelii, necnon publicationis bonorum, et liberatione

et liberatione ab ejus dominio, omnium sibi subdito=rum; ob id, quod Marchioni Lanceae Vercellarum hosti, perfugium, et auxilium dederit, atque inun=ctis armis Territorium Vercellense, igne ferroque vas=taverit. Quas poenas tamen, cum ipse Petrus in=cipeset stare mandatis Communis, et servare pa=cem ut supra factam anno 1240, sublatas vidi=mus anno 1248. sub Dominis Nicolao Alzato, Ni=colao Carraria, Arditione Quacho, et Antonio Pas=sardo, Vercellarum Rectoribus.

63. De legato facto Ecclesiis Angliae, pauca occurrunt adnotanda. Petrum habuisse fratrem, Ruffinum nomine, qui fuit Canonicus S. Eusebii, constat ex tabulis nostris. Num hic, an alius Praebendas in Anglia assecutus fuerit, ignoramus. Certum est non=nullos ex hac gente post legationem, quam tanta cum laude, eo in Regno pro Catholica Ecclesia, o=bivit Guala Cardinalis, plures ibi possedisse Praeben=das, et praelaturas. Porro Bicheria quae iam eadem in hac Civitate defecit. Nonnulli Sacculi, aetate no=stra adhuc erant Burolii in Canapitio, ex eadem stirpe profluentes, ab re paterna tamen haud mul=tum instructi. Num et ibi ex toto interciderunt. Ad Sicilium regrediamur.

64. Ex quadriennio a morte Petri, Sicilia cum quin=decim circiter annorum, haereditatem cum sorori=bus Otta, et Beatrice divisit. Id liquet ex Instru=mento 9. Decembris 1234. quod una cum superscrip=tis documentis asservatur in Archivio Monialium S. Margarithae. Anno sequenti 1235. Suorum

Ubertus

suorum bonorum administrationem nacta, novi Monisterii institutionem aggressa est, emptis ad id a fratibus Praedicatoribus, quibusdam aedibus extra, et prope Civitatem. Id habemus ex sequenti Documento.

"Anno Dominicae Incarnationis MCCLV. Indictione XIII. die Sabbathi tertio mensis Julii. In „nomine Domini. Amen. Convocato Capitulo or„dinis Fratrum Praedicatorum de Vercellis more so„lito, in oratorio ipsorum Fratrum, consistente in ci„vitate Vercellarum, prope Rugiam Molendino„rum ipsius Civitatis, iuxta quod oratorium ha„bitant ipsi Fratres. Ibi Frater Guillielmus Novaricen„sis superior, Frater Odemarius Vercellensis, Frater Gui„lielmus de S. Agatha Vercellensis, Frater Guido No„variensis, Frater Ubertus de Monferrato, Frater Philip„pus de Camagitio, Frater Ruffinus Vercellensis, de „ordine Fratrum Praedicatorum Vercellensium. Item „Frater Philippus de Cavaxio Vercellensis de Conven„tu Taurinorum, Frater Ruffinus Prior Conven„tus Praedicatorum Cumanorum, et Frater Paxilius „Januensis de Conventu Fratrum Praedicatorum „Januae, a parte, et nomine Conventus ipsorum „Fratrum fecerunt venditionem, et datum, ad pro„prium, et per liberum allodium, Dominae Emiliae quon„dam Domini Petri Bicherii Civis Vercellensis, de „toto Casamento ipsius Conventus, cum aedifi„ciis, horto, et brolio, curte, prato, et pertinentiis, et „iuribus omnibus ad praedicta pertinentibus, reiacentibus in curte Vercellarum, prope Civita„tem Vercellarum, et apud fossata ipsius Civitatis,

Uberius

„via tamen mediante; quibus cohaerent ab una parte ip-
„sa via, ab alia, via qua itur versus Cameranum, ab
„alia Petrenati, et ab alia Blegia, quae labitur per ca-
„nale, in Civitatem Vercellarum, qua volunt ma-
„tudini ipsius Civitatis, et generaliter de omnibus re-
„bus immobilibus supra praedictas cohaerentias existenti-
„bus, pro Religionis Dominarum ibi faciendo etc. quam
„vero venditionem, ac datum, et cessionem fecerunt
„dicti Fratres nomine dicti Conventus, pretio li-
„brarum mille Papiensium, confitendo etc. Ego Oliverius
„Nasus Notarius Vercellensis praedictis interfui et
„inde Chartam hanc tradidi, et scripsi."

6c. Nec dubium quin Emiliana in loco, statim mo-
nasterium aedificaverit, et regulam sub qua ibi cum
nonnullis aliis, Deo deservire cupientibus viveret, a Roma-
na Sede petierit. Id enim liquido constat ex sequen-
ti documento.

„Philippus Dei et Apostolicae Sedis gratia,
„Sanctae Ecclesiae Ravennatensis Electus, Apostolicae Se-
„dis Legatus. Viro discreto Roffino de Ast Vercellensi Ca-
„nonico, salutem in Domino. Illarum sunt vota sinc-
„eris, et dignis prosequenda favoribus, quae mundi spre-
„tis vanitatibus, et caducis honoribus conculcatis, se di-
„vino cultui desiderant sub disciplinis regularibus man-
„cipare. Sane, sicut accepimus, filia quondam Domi-
„ni Petri Bicheri, cum quibusdam Nobilibus Domi-
„nabus, tota huius saeculi via declinata, sub Clau-
„stralis Castro, Redemptoris omnino servare cupit ipso do-
„nante, semitas arctiores. Quarum votivis affectibus (effectibus), sa-
„lutaribus annuentes, discretioni tuae, qua fungimur

Ubertus

„auctoritate committimus, ut praedictis Dominabus, et quae „ipsis successerint, concessa et confirmata per te aliqua re„gula de approbatis, seu alia specialiter a sede Apos„tolica cuicumque Religioni Concessa, quam dictae „Dominae duxerint eligendam, et ipsis singillatim „ante ad professionem receptis, facias easdem seu „per electionem, seu postulationem Canonicam, „de aliqua Religiosa Christi ancilla, quae conve„gerat ipsarum, cuiuscumque Religionis, seu ordi„nis, intra terminos nostrae legationis constituta fu„erit, providere. Eam vero illam, quam taliter ele„gerint, seu postulaverint, per te legitime confir„matam, ipsam ad huiusmodi suscipiendum offi„cium, seu Regimen, si necesse fuerit, ~~si necesse fu~~„~~sit~~, per Censuram Ecclesiasticam, compellere non „omittas. Datum Mantuae XI. Kal. Febbr. Pontifi„catus Domini Alexandri IV. anno II.° (hoc est anno 1256)

65. ~~Emiliam~~, S. Dominici Regulam observandam delegisse, luculenter testantur plura monumenta. Inter quae non ultimum locum obtinet antiquissima pictura, quae ad hunc usque diem superstes ceritur Vercelli super muram Domus Monialium S. Margaritae, ipsam Beatam Emiliam repraesentans, cum Epigraphe: Beata Emilia de Bicheriis de Poenitentia Sancti Dominici ordinis praedicatorum ex Civitate Vercellarum; aliaque tabula et ipsa non minoris antiquitatis, quae asservatur apud Moniales praedictas in Ecclesia interiori, eamdem Beatam exhibens, cum inscriptione: Beata Emilia de Bicheriis de Poenitentia S. Dominici, fun-

datrix

Verte.

fundatrix Monasterii S. Margaritae extra muros. MCCXIV.
Hic signatur annus emortualis.

67. Sub titulo S. Margaritae iam ab ipsa initio extructum fuisse Monasterium, et Ecclesiam produnt infrascripta documenta, quorum aliquas particulas, ad rem facientes seligimus.

" Anno Dominicae Incarnationis MCCLXXIII. In-
"dictione prima, die Lunae VII. mensis Augusti.
" Convocato Capitulo Monasterii S. Margarithae, si-
"ti prope Civitatem Vercellarum, de mandato Domi-
"nae Sororis Emiliae filiae quondam Domini Pe-
"tri Bicheri, Priorissae ejusdem Monasterii, ad quod Capi-
"tulum convenerunt infrascriptae sorores etc. "

" Anno Dominicae Incarnationis MCCLXXIII.
"Indictione II. die Mercurii VII. ante Kalendas No-
"vembris. Cum Dominus Robertus Comes de Caballia-
"ca investitus fuisset a Domina Sorore Emilia, filia
"quondam Domini Petri Bicherii, Priorissa Mo-
"nasterii S. Margaritae, siti prope Civitatem Ver-
"cellarum, de toto suo recto feudo, quod per quon-
"dam Dominum Petrum Bicherium tenebat, et
"tenere debet, et quod consuevit tenere in feudum
" etc. "

Ex his duobus documentis liquet quod indictiones in hac Patria inchoabantur a mense Septembri.

68. Post obitum Beatae Emiliae, Moniales praedictum Monasterium extra muros, non diu inhabitarunt. Divisis in partes Civibus, et se invicem intermicino bello insectantibus, cum omnia excursionibus, et vastationibus obnoxia essent, comparata

Ubertus.

in Urbe Domo, in cam se se receperunt anno 1369, relictis nihilominus nonnullis ex Sororibus, aliisque alternatim substitutis, quae illic spiritualia munia peragerent, et sepulcrum Beatae Fundatricis custodirent. Cum vero ipsidus bellorum motibus eaedem aedes expositae, tutae earum mansioni amplius non fuerunt, tandem anno 1449, omnes in Urbem commigrarunt. Sacrum Emiliae Corpus ibidem tamen iacuit usque ad annum 1537. quo solemni pompa ad Novam S. Margaritae Ecclesiam translatum est, sicut colligitur ex libro Procurriae eiusdem Monasterii ab anno 1530. ad 1545, ibi

" 1537. 21. Octobris.

" Item eadem die, Fratribus Sancti Pauli, pro Beatae Emiliae translatione ex S. Margarita extra muros, ubi olim ibi Monasterium erat, ab ipsis Sanctimonialibus propriis constructum, sed ex malignitate temporum, solo aequatum, nunc vero apud nos translatum, ipsis Fratribus sociantibus, et ipsis pro eleemosyna datum lib. 3. sol. 6."

69. Nunc ibidem in Ecclesia interiori, magna fidelium, ad confluentium, vel voti exsolvendi, vel beneficii impetrandi causa, magna veneratione quiescit, multis a Deo ad hanc usque diem, signis, et gratiis illustratum. Anno 1730. Monialibus instantibus, Acta coram ordinario Ill.mo et Rev.mo Domino D. Petro Solario Epo Vercellensi, pro cultu immemorabili iuxta Decretum Urbani VIII. magna diligentia, et inquisitione, confecta

Albertus.

de Fonclij

conspecta pariter multis probatis documentis, huiusmodi cultum laudabiliter comprobantibus; quamvis semper operam meam, utrumque exitum, Monialibus eam enixe efflagitantibus, summo studio contuli. Sed ne acta ad exitum deducerentur, obstitit ipsarum Monialium voluntas, quae aliis negotiis, Monasterii implicitae, ob eorum prosecutionem praelibatae supersedendum censuerunt. Extant in Ecclesia exteriori Monasterii Ara sub B. Emiliae invocatione Deo dicata: et quotannis die tertia Maii, a Monialibus solemni pompa, et magno tum Civium tum externorum concursu, eius festum celebratur. Habent etiam Moniales in Plano Rogopoli sub Paroecia Vicetoni, Oratorium publicum, eleganter ornatum, sub invocatione eiusdem Beatae, ubi quotidie celebratur Missae Sacrificium a Capellano Sacerdote, ad id destinato: ibi pariter Beatae sanctitas, pluribus claret gratiis a Deo, eius opem implorantibus concessis.

De Beata Beatrice Bicheria
Et
Monasterio Sancti Petri Martyris.

70. Per id tempus, fundatum pariter fuisse a Beatrice sorore Beatae Emiliae, Monasterium Monialium S. Petri Martyris, sub Regula S. Dominici, tradunt communiter scriptores. Nonnulli Beatricem Virginem fuisse asserunt, atque Monasterium extruxisse, illudque intrasse, Petrocius patre adhuc in vivis agente.

Albertus.

agenti. Sed erroris redarguuntur ob ipsomet testamento Petri Bidursii, in quo legitur, quod Beatrix erat Uxor Joachim de Joachis. Corbellinus et aliqui eumeo, Beatrici titulum Beatae appingunt; quod tamen nullibi legitur.

de Joachis.

71. Circa dimidium Saeculi decimisexti, cum Moniales praedicti Monasterii inopia laborarent, etiam quia plusquam decem numero, Cardinalis Guido Ferrerius Epus Vercellensis, huiusmodi Monasterium univit Monasterio S. Margarithae; Moniales eo translatae sunt anno 1570. et cum ipsis omnia bona, et proventus Monasterii S. Petri Martyris, ad Monasterium S. Margaritae, pariter sunt translatae. Ad haec usque tempora, Monasterium S. Margaritae possidet in territorio Vercelli, nonnulla bona, quae erant Monialium S. Petri Martyris, et appellantur Redditaria Sancti Petri Martyris. Non est dubium quin ea sint ex hereditate Petri Bidursii, ut constat ex eius testamento; adeoque cum in divisione bonorum, nonnulla Beatricem contingerint, in territorio Vercelli sita, ut liquet ex Instrumento divisionis, id argumentum est revera Beatricem Monasterium S. Petri Martyris construxisse et redditibus dotasse.

72. Anno 1542. idem Cardinalis Guido Ferrerius, Moniales Benedictinas e Monasterio S. Petri de Lenta, ubi nimis improborum petulantiae, expositae erant, emptis aedibus, et Monasterio S. Petri Martyris ut ex Instrumento emptionis 22. Maii 1543. recepto per Dominum Notarium Bernardinum de Advocatis

de Advocatis Poldengi, et Dominum Martinum Spatis Secretarium Curiae Episcopalis, et ex alio Quittationis, ut dicunt, 30. Augusti anno 1574. receptam per quemdam Dominum Bernardinum de Poldengo, eo transtulit, ubi etiam nunc habitant. De hoc Monasterio redibit sermo fusior suo loco.

De Sancta Ugolina

13. Per haec tempora, ad superos evolavit Sancta Ugolina Virgo Vercellensis ex nobili familia de Cazzaniis. De ea mentionem faciunt omnes scriptores nostri. Tradunt eam notam anno 1239: ad huc impuberem e domo Paterna aufugisse, in silvam, quae olim erat prope Ecclesiam, quae nunc appellatur S. Mariae de Betlem: ibique per quadraginta annos et ultra, sexum mentitam sub nomine Ugonis, vitam eremiticam egisse, in ea parva extructa casa: et demum sancte obiisse die 8. Augusti circa annum 1300. Eius sacrum Corpus iacet in Oratorio sub eius invocatione Deo dicato, quod est iuxta conventum Fratrum minorum de Observantia, multis miraculis illustre.

De Viris Illustribus aliis, qui floruerunt Aevo Uberti Episcopi.

14. Haec aetas plures alios, dignitate, scientia et virtute bellica praeclaros, Vercellensibus dedit.

Palainus de Advocatis Casanovae, vir prudentia, sapientia, et pectoris firmitate insignis, de quo supra, ex Praeposito Vercellensi, factus est Epûs Eporediensis, anno 1326. De eo mentionem faciunt Ughellius in Episcopis Eporediensibus, et Franciscus Augustinus Abeclesia in Chron. cap. 6. fol. 85. qui tamen perperam aperuit ipsum Canonicum Taurinensem.

75. Jacobus de quo Abeclesia sup. cap. 32. fol. 282, et ipse ex eadem gente de Advocatis Casanovae, fuit Abbas Casaenovae, et etiam S. Januarii, anno 1310. in rerum perturbationibus, quae acciderunt post ingressum Henrici VII. in Italiam, eandem fortunam subiit quam caeteri Advocati.

76. Vercellinus, Civis Vercellensis, Praedicatorum Religionem ingressus, ibidem insignis Philosophi, Theologi, et Sacrae Scripturae studiosissimi, laude excelluit. Vivebat anno 1312. Scripsit summam Logicae, quam inscripsit Tetralogum, librum quaestionum in Logicam, Physicam, et Theologiam, alterum adversus Ockam, quem praenotavit Anti-Ockam, item apostillas super Evangelia Dominicalia, necnon plures sermones, Hymnos, et sequentias Sanctorum. De eo agunt Rossotti in Syllabo, Ab Ecclesia Catal. Script. Aut. Sereng. Castiglio, et alii.

77. Ubertinus, seu Hubertinus de Casali S. Evasii primo Religiosus Ordinis Minorum, postea Benedictinus, demum Carthusianus, floruit anno 1320. Scripsit opus de Septem Statibus Ecclesiae, impressum Venetiis anno 1516. censura dignum, quam praescribit Bellarminus de Script. Eccl. ob nimiam suam

-tiam in S. Franciscum devotionem. Scripsit etiam librum, cui titulus, Arbor vitae Crucifixae, impressum Venetiis anno 1485., quem Trithemius, et Sixtus Senens. ex Gersone, sicut caute legendum, praecipue in expositione Cantici Simeonis, ubi videtur parum consone Ecclesiae Catholicae quaedam sentire. Scripsit denique Tractatum de altissima paupertate Christi, et Apostolorum, qui MS.tus asservatur in Bibliotheca Imperiali Viennae, item Sermones, et Epistolas, ut Magister Sent. Scribit Wading. Ubertinum, non zelo maioris perfectionis, sed quia ob indiscretum vitae rigorem, incurrerat offensionem tum Religiosorum sui ordinis, tum Joannis XXII. a quo propterea multa passus fuerat, molestia affectum, ad Benedictinos primo, et demum ad Cartusianos, se recepisse. De eo agunt Trithem. Sixt. Senens. Wadding. Bellarmin. De script. Eccl. Britius, Rosotti in Syllabo, Ab Ecclesia catal. Script. aliique.

78. Barnabas Vercellensis ex nobilissima gente de Cagnolis, in saeculo Juris utriusque doctor celeberrimus, et maxime apud omnes aestimationis, rerum mundanarum pertaesus, ad Religionem ordinis Praedicatorum convolavit. Ubi magisterio insignitus, plurima dedit pietatis, prudentiae, et eruditionis documenta. Ideo Provinciae Lombardiae primum Magister Provincialis, deinde in Comitiis Burdigalensibus anno 1324. universo ordini, omnibus bonis plaudentibus, Magister Generalis praeficitur, in ea dignitate, ordine XV. Cum Ludovicus Bavarus

Nhatus.

in sedem S. Petri Petrum de Corbaria Antipapam Nicolaum V. appellatum, vi obtrudisset, Barnabas se pro Joanne XXII. legitimo Pontifice, tamquam murum opposuit contra nefarios Ludovici, et Antipapae conatus. Ob id ipse Bavari plurimum exagitatus, et omnes Dominicani ordinis asseclae, e tota Bavaria perpetuo eiecti. Verum paulo post, Joannis XXII. indignationem incurrit; quo iubente facultas redeundi in Italiam ei adempta fuit. Decessit Parisiis, vir Apostolici pectoris, anno 1331. mirus cuspetus. Conscripsit librum sermonum de tempore, et de Sanctis, qui Mss.tus asservatur in Parisiis ad S. Jacobum. De eo agunt Castiglio Stor. S. Dom.* Pol. vit. Pontif., Antonius Senens., Rosotti in Syllabo, aliique.

79. Floruerunt etiam plures, virtute bellica insignes, inter quos Simon Advocatus de Colobiano, de quo multa supra, Franciscus de Colobiano eius frater, qui aliquando summam praeturam Mediolani gessit, et Mediolanensium copiarum Imperator extitit. Thomas Advocatus de Casanova, Petrus et Jacobus de Quarenia, qui contra Dolcinum Heresiarcham, fortiter pugnaverunt, eiusque castra expugnarunt: Jacobus, et Albertus de Arborio, Albertus, et Lanfrancus de Putenotis, et Martinus de Montonario, qui pro Ecclesia et Roberto Neapolis Rege, contra Henrici VII. duces, et contra Vicecomites, egregiis factis celebres fuere. Item Ricardus de Titionibus, qui aliquando Patria ex torris, postmodum ipse Henrici VII. restitutus, in

* S. Dom. par. 2. lib. 1. pag. 108, Amat. Lett. Eccl. to. 8. pag. 123. et 126, Plat.

idpaullo post iterum pulsus, tandem cum in expugnatione Vercellarum, Mathaeo egregiam navasset operam, fortemque multos annos ejectos Advocatos principatum in Patria sub Vicecomitibus obtinuit: iidemque Bonifacius de Lonamonte, Rolandus de Guidobonis, Albertus de Bondonis, Franciscus Centorius, Delphinus de Guiscardis, omnes Gibellinae partis Principes, in bello participes; et alii multi.

De Hospitali Maiori
Vercellensi
Seu Sancti Andreae.

80. Quoniam supra mentio incidit de Hospitali, quod incipit extrui in territorio loci Copinaram, Dominus Petrus Bicherius, quodque postmodum unitum fuit Hospitali maiori, seu S. Andreae, ut infra videbimus; abs re non erit, nonnulla enarrationis de hoc Hospitali Maiori disserere. Fundatum quippe a Cardinali Guala Bicherio constat ex alibi dictis: dotatum a se quippe dum adhuc viveret, eiusque administrationem traditam quippe Canonicis Regularibus S. Andreae, constat tum ex aliis documentis, tum ex Bulla Gregorii IX, inscripta Thomae Abbati S. Andreae 30 Maii 1227. Perseverabant Canonici Regulares illud administrare usque ad annum 1468. Deinceps datum fuit a Romanis Pontificibus in Commendam. Postremus Commendatarius fuit dominus Cardinalis Joannes Antonius de Serbellonibus, qui anno 1555. illud resi-

gnavit

Abertus.

in manibus Summi Pontificis Pauli IV. Eo demum anno Paulus IV. ad petitionem Serenissimi Ducis Sabaudiae Emanuelis Philiberti, Petri Francisci Ferrerii Episcopi Vercellensis, ac Communis Vercellarum, illud deinceps ~~dari~~ in commendam, vel titulo beneficii conferri, ejusque administrationem, et regimen ad usum pauperum, et infirmorum, perpetuo concessit Civibus Vercellensibus, seu Civitati Vercellarum, ea lege, ut sex ex Civibus deligerentur, unus quidem a Serenissimo Duce, alter ab Episcopo, et reliqui quatuor a Civitate, seu Communi Civitatis, qui per biennium praedictae administrationi, ac regimini praeessent. Ita ex Bulla Pauli IV. 24. Junii 1555. Hoc institutum ad haec usque tempora inconcusse durat; magno hospitalitatis emolumento.

vetuit

VI. Hospitale Scotorum seu Sanctae Brigidae.

81. Hoc Hospitale jam a fundatione satis opulentum, tribus aliis deinde additis, multo opulentius evasit. Primo quidem eidem unitum fuit Hospitale Scotorum, seu S. Brigidae, a Guillielmo Cardinali tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, Apostolicae Sedis Legato; Bulla data Veronae VII. Kal. Septembris, Pontificatus Domini Clementis Papae anno secundo, hoc est anno   fundatum fuerat saeculo duodecimo ineunte pro peregrinis Scotis, Romam commeantibus, et inde redeuntibus.

et. ineunte

Uberty.

redeuntibus. Eius administratio spectabat ad Capitulum S. Eusebii, et pro eo ad Canonicum thesaurarium, sicuti liquet ex Statutis Ecclesiae, quae alibi recitavimus. Procedente tempore Capitulum ab huiusmodi administratione excidit, quo facto nescitur. In praefata Bulla Cardinalis Guillielmi dicitur quod tunc pertinebat ad collationem, seu dispositionem Episcopi Vercellensis, et quod possidebatur a quondam Nobili, discreto viro Vercellensi Laico, ex collatione olim sibi factam ab Episcopo Vercellensi.

Hospitale De Faxano
Pro
Peregrinis Anglicis, et Gallicis.

82. Alterum Hospitale quod unitum fuit Hospitali Maiori, est illud, quod a fundatore suo, appellabatur de Faxano, fundatum vero fuit pro peregrinis Anglicis, et Gallicis, a Simone de Faxano Canonico Vercellensi, in Testamento 10. Februarii 1270. Eius Patronatus, seu ius deputandi Ministrum, pertinebat ex dispositione fundatoris, ad familiam, seu agnationem de Faxanis, sub approbatione Episcopi, et Capituli Vercellensis. Anno 1283. 13 Aprilis, Simoninus, Gabardinus, et Nicolinus, filii quondam Domini Iacobi de Faxano, dicti Hospitalis Patroni, contulerunt de consensu, et auctoritate Aymonis Episcopi Vercellensis, nomine merae, et irrevocabilis donationis inter Vivos Dño Guillielmo Praeposito S. Christophori Vercellensis, recipiento

Uberto.

recipienti vice, et nomine dictae Ecclesiae, et Mansionis integrum ius Patronatus, et Advocatiae, praefati Hospitalis. Ita legitur in Charta confecta sub eadem die. In hanc receptionem, et electionem eiusdem factam per Anselmi Ordinis Humiliatorum, eiusdem Mansionis, seu Domus S. Christophori, in Ministrum seu Rectorem Hospitalis huiusmodi, consensit Capitulum Vercellensis, uti ex Charta 17. aprilis eiusdem anni 1283. Anno 1300. Anselmus ex Ministro Hospitalis, factus Praepositus S. Christophori, cupiens hospitali providere de Ministro, praesentavit in Ministrum praedictum per Gratiam Dei, coram Viris Venerabilibus Dnis Rogerio Advocato Archidiacono, Magistro Nicolao Archipresbytero, Iacobo de Mosso Canonico, et Cantori Ecclesiae Vercellensis, Vicariis, seu Vices gerentibus Venerabilis Patris Domini Aymonis Episcopi Vercellensis, in remotis partibus agentis, supplicans eisdem Dominis, quod ipsum fratrem Gratiam Dei, in Ministrum et Rectorem dicti Hospitalis confirmare dignarentur. Ita legitur in Charta 9. Augusti eiusdem anni 1300. Perrexerunt deinceps Praepositi S. Christophori, eodem modo eligere, et deputare Ministros, usque dum extincta Humiliatorum Religione, Hospitale unitum fuit Hospitali Maiori. Quod accidit anno 1579, ut ex Bulla Gregorii XIII. diei 12. Martii eiusdem anni. Hoc Hospitale ex opulentioribus fuisse, produnt plura Inventaria, in quibus singillatim descripta leguntur bona, et iura

et iura ipsius, quae asservantur in Archivio Hospitalis Maioris.

Albertus.

Hospitale Sancti Iacobi de Strata
seu de Capsinis
Pro
Pro peregrinis euntibus ad Sanctuarium Sancti Iacobi de Gallitia.

83. ~~Hospitale Sancti Iacobi de Strata seu de Capsinis~~

Demum Hospitali Maiori unitum fuit a Paulo IV. Bulla 10. Augusti 1557. [Hospitale] Fundatum fuerat pro Peregrinis, euntibus ad Sanctuarium S. Iacobi de Gallitia, et inde revertentibus, et quidem iam usque a saeculo undecimo, cui deinde accesserunt bona, quae legata vidimus supra a Domino Petro Belferio. Omnia documenta supra citata, habentur in Archivio dicti Hospitalis Maioris, quae nos diligenter inspeximus. Et ita quatuor hospitalia, pinguibus proventibus seorsim praedita, in unum, amplum sane et opulentum coaluere, notum sub nomine Hospitalis Maioris, seu S. Andreae. Patet pauperibus omnibus infirmis tum Civitatis, tum Dioecesis, tum etiam exteris. Plures etiam Eleemosynae largiter inde erogantur, ad Civium inopiam sublevandam, eorum praecipue, quibus probro est, ostiatim victum quaeritare. Sed debent pauperis sedulae, accuratacque moderatorum administrationi.

1557 Hospitale Sancti Iacobi de Strata, seu de Capsinis.

Lombardus

Lombardus

Anno 1328.

1. Lombardus, quem et Lombardinum alicubi nominatum legimus, Civis Mediolanensis, e Tullianagente, vir viribus, ait Ferrer., virtutibusque egregiis ornatissimus, Ubertum excepit die 16. Decembris 1328., teste Ughellio ex Regesto Vatic.°, cum ipsius fuisset Archipresbyter Modoetiae, et Capellanus Joannis XXII. Unde facile quis conijciet partem Guelphorum, quam impense fovebat Pontifex, cuique addictissima erat gens Tulliana tunc in Capitulo Vercellensi praevaluisse.

2. Nihilominus ab anno 1321. Advocatos Vercellis exulasse, rerumque summam fuisse penes Vicecomites, et Tizionos, constat ex dictis supra, et ex Charta Archivii Civitatis diei 21. Januarii, huius anni 1328., in qua Henricus Judicius, Guillielmus, Paganus, Boromatius, Lanfrancus, Guardinus, Thomas, Guiffardus, et Calderinus, omnes Confalonerii Landriae Lomellinae, se, suaque subiiciunt imperio Communis Vercellarum, ea lege ut ipsis condonentur omnia fodra, et tributa, ex quo Advocati eiecti fuere ~~Vercellis~~ Vercellis, nempe ab anno 1321. ad hunc 1328. et quod deinceps nulla eis imponentur, quoadusque pax componatur inter Vercellenses intrinsecos, et extrinsecos. Porro hanc pacem non multo post factam fuisse, colligitur ex epistola, quae in eodem Archivio asservatur,

asservatur, Theodori Porphirogeniti, Montisferrati Marchionis, Lombardus filii Excellentissimi, ut ibidem dicitur, Graecorum Imperatoris, in qua Dominus Marchio omnibus Lombardis itinera tuta pollicetur, quae Vercellis, Casale, Eridinum, et Clavasium ducunt, iuxta pacem, ut ibidem habetur, Vercellis nuper confectam. Verum hanc non fuisse inter Vercellenses, sed Theodorum inter et Vercellenses, manifestum est ex eo quod constat Advocatos, aliosque extrinsecos, tunc Civitati restitutos non fuisse. Sed de re infra.

3. Anno 1329. Azo filius Galeatii Vicecomitis, et Ioannes eiusdem Galeatii frater, Ludovici Bavari, qui Roma profugus, Pisis cum suo Antipapa morabatur, gratiam sexaginta millium florenorum auri praetio mercati, pristinae sunt dignitati restituti. Azone ab eodem Ludovico, Vicariatus Mediolani demandatus est: Ioannes vero ab Antipapa, Pseudo-Cardinalis creatus sub 18. Ianuarii, Legatus generalis in Lombardia constitutus est. Ad hunc scilicet cum Ludovicus Mediolanum intrare contenderet, ab ipso Azone Vicecomes prohibitus est. Ab reliquis quoque Civitatibus reiectus, primo sub tentoriis degere coactus est, ut discimus ex Epistola Ioannis XXII. ad Regem Galliae, quam recitat Raynaldus ad hunc annum n.° 13., deinde Cremonam se recepit. Vercellenses quoque ab Ecclesia, contra Imperatorem per id tempus stetisse, colligimus ex alia Epistola eiusdem Pontificis data die 14. Maii, quam recitat idem Raynaldus ibidem, in qua fit specialis mentio Civitatum Papiae, Novariae, Vercellarum, Bergomi, et Laudae,

Civibus.

sententiam

et mandatus eas reiiji in gratiam Ecclesiae. Ludovicus Vercellenses pluribus pollicitationibus inepsam aggressus, et sniam mutarent, tandem oblata confirmatione Venditionis Comitatus Vercellensis, olim anno 1243. a Gregorio de Monte Longo factae, eos in suas pertraxit partes. Diploma confirmationis extat in Archivio Civitatis, et est ut sequitur.

" Ludovicus Dei Gratia Romanorum Imperator
„ semper Augustus. Potestati, et Communi Civitatis
„ Vercellarum, suis et Imperii dilectis, gratiam suam, et omne bonum. Benemeritis Caesarem providere fidelibus,
„ et ii gratiae plenitudo suadeat, servitiorum quodammodo
„ gratitudo compellit, ut dum grata fidelium remunerantur obsequia fiant quasi per debitum gratiora. Vestram siquidem devotio, et sincerae puritatis affectus,
„ quibus tam vos, quam praedecessores vestri, ab antiquo, erga Imperium, et nos ferventius intendistis, sudores quin imo, et labores infiniti, quos pro nobis et
„ Romano Imperio sustinuistis, dignis meritis promerentur, ut ad vestra, et vestrorum commoda intendamus, et debita suffragia praeparemus, et prosequamur favoribus gratiosis, ut per honorem nobis exhibitum, alii ad benemerendum fortius animentur. Nos
„ itaque horum obtentu, Imperiali auctoritate, causa
„ cognita praecedente, ex certa scientia merum et
„ mixtum Imperium, et simplicem iurisdictionem,
" et ius gladii, et omne ius in Causis Civilibus, et
" Criminalibus, cum fodris, bannis, cavalcatis praestandis, exercitibus, quae Civitas, et Commune Vercellarum
„ emit olim a quondam Reverendo in Christo, Gregorio

Lombardy.

„Gregorio de Monte Longo, tunc Apostolicae Sedis lega-
„to, nomine Romanae Ecclesiae, et Ecclesiae Vercellensis
„vendente, terrarum, et Locorum existentium in Epitu
„Vercellense, Bugellae, Andurnie, Crevacorii, Messerani,
„Bioduli, S. Agathae, et reliquarum in ipsa Venditio-
„ne plenius contentarum, et quarumcumque alia-
„rum Locorum, et terrarum, quas, et quas ipsa Ci-
„vitas, et Commune Vercellarum tenebat, seu possi-
„debat, tenuit, et possedit ab antiquo, pro temporum
„cujus memoria in contrarium non existit, tam ultra
„Padum, quam citra Padum, de novo concedimus,
„ac etiam dictam venditionem, tenore praesentium
„confirmamus, ratificamus, et etiam approbamus. Si-
„que vero terrarum praedictarum, occupantur per
„aliquos, seu detinentur, vel occupabuntur de cae-
„tero, eidem Communi, et Civitati Vercellarum,
„propria auctoritate intrare, capere, detinere et prae-
„dicta exercere impune, liberam concedimus facul-
„tatem, dum tamen nobis, et Imperio fideliter
„obediant, et devote, non obstantibus iuribus, et prae-
„scriptione, per quae nostrum posset quomodolibet
„indultum infringi, vel differri in aliquo casuum
„praecipuorum, etsi servanda non emanaverit ~~[illegible]~~ inspio,
„seu mandatum, et etiam si longissimis tempo-
„ribus praeteritis, vel aliquibus, per civitatem, et
„Commune Vercellarum non fuerint aliqua ex
„praedictis possessa, vel detenta, in toto, vel in parte.
„Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae con-
„cessionis et Privilegii paginam infringere, vel ei au-
„su temerario contraire. Siquis autem contra hoc,

Lombardus.

„attemptare praesumpserit, indignationem nostram, „et Imperii, poenamque mille librarum auri, se no„verit incursurum, cujus poenae medietas fisco, reli„qua passis injuriam, sine spe relaxationis decer„nimus applicari. In quorum testimonium prae„sentes conscribi, et nostrae Maiestatis sigillo iussimus „corroborari. Datum Cremonae die XXIII. mensis „octobris MCCCXXIX. Indictione tertia, Regni nostri „anno quinto decimo, Imperii vero secundo."

4. Vidimus suo loco, quod Martinus Episcopus Vercellensis, qui proxime a celebrata per Dominum Gregorium de Monte Longo venditionem Comitatus Vercellensis, in sedem Eusebianam successit, hujusmodi venditionem totis viribus oppugnavit, eripuitque e manibus Communis, inter caetera, castra in diplomate recensita, Bugellae, Andorni, Crevacorii, Masserani, Beduli, et S. Agathae, quae temporibus deinde magno usui fuerunt ad seditiosa civium consilia reprimenda. Ea adhuc per Lombardum Episcopum tenebantur, iisque veluti imposito iugo, Vercellenses Gibellini, graviter premebantur, ne quidpiam effrenae licentiae, in Episcopum auderent. Itaque nacti, Ludovici favorem, eo auctore aliquid efficere se posse putarunt, ut Episcopum ex invisis, molestisque castris eicerent. Sed frustra. Nam Ludovicus paulo post ab omnibus derelictus, Azone Vicecomite praecipue, qui cum Pontifice in gratiam redire cupiebat, contra se concitato, in Germaniam plenus pudoris, et confusionis, ~~et confusionis~~ abiro

Lombardus

abire coactus est. Ut Italia excepit, Pisani Nicolaum Antipapam, Urbe expulerunt. Sequenti anno Nicolaus a Florentinis sibi metuens, clam Pisas iterum se recepit, ibique in Domo Comitis Fatii de Donoratico aliquot delituit menses. Sed detectus, et a Pisanis comprehensus, Avenionem ad Joannem XXII. missus est, a quo carceri traditus, triennio post extremum diem clausit.

6. Eodem anno 1329. in Charta Archivii Civitatis diei 1. Julii traditam legimus a Lombardo Episcopo dominis de Crevacorio, investituram feudi et castellaniae Crevacorii, et Vallis. Item ex alia Charta eiusdem Archivii diei 31. Septembris, legitur denunciatio facta a Potestate Vercellarum, communi Eporediae, de praestando fidelitatis iuramento erga Commune Vercellarum ob Castra S. Urbani, et Bolengi, quae eidem Communi Eporediae, in feudum habebat a Communi Vercellarum.

6. Anno 1330. Ubertus Coconatii Comes, Procuratorio nomine Dni Teodori Montisferrati Marchionis, a Lombardo Episcopo in feudum accepit, nonnulla Castra, et oppida, in Montisferrato trans Padum sita, inter quae, Pomarium, Ozanum, Castrum Zuniis, Lavorianum, et Cavagnolium; et virgini eidem Episcopo fidelitatem iurat. Haec habemus ex Ill.mo Domino Canonico Modenae, qui addit Chartam investiturae, datam esse Bugellae die 20. Februarii huius anni 1330. Indictione 13, praesentibus Dominis Guillielmo Gagnolio, Eusebio de Groazano, et Bassio de Colobiano.

Lombardus.

7. Hoc eodem anno 1330. accidit expeditio Vercellensis, Theodori Marchionis Montisferrati, qua hic Vercellis potitus est. Eam circuit Cl. Bricy hist. Eridan. fol. 116, aperiens in exercitu Theodori adfuisse centum decem et octo Eridanenses milites, eorumque potissimum fide, et opera tantam rem confectam esse. Factumne num civibus dedentibus, an armorum vi, Vercellae ad Marchionem pervenerint, ignoratur. Extat in Archivio Civitatis Charta diei 13. Aprilis huius anni, in qua fit mentio Lanfranchi Mussi Potestatis Vercellarum pro Illustri et Magnifico, ut ibidem dicitur, Dno Theodoro Montisferrati Marchione, Domino Civitatis, et districtus Vercellarum. Hic Lanfrancus Mussus legitur adhuc Potestas Vercellarum anno 1332. in Charta Archivii Civitatis diei 26. Martii eiusdem anni, in qua eidem decretum legitur donum gratuitum librarum 600. pap. a Dominis Riccardo, Francisco, et Iacobo quondam Domini Gerolae de Tizzonibus, Guillelmo Bondonis, Girardino Bulgaro, Ardizino Sonamonte, et Iacobo de Verrone, nomine Communis Vercellarum. In libro statutorum Civitatis fol. 162. habetur sequens constitutio:

" In Nomine Domini Nostri Iesu. Amen. Anno
" Nativitatis MCCCXXXI. Inditione XIV. die Mercu-
" rii XXVIII. Mensis Augusti. Convocato, et congregato
" generali consilio Credentiae Communis Vercellarum
" sono Campanae, voceque Praeconum, more soli-
" to, in Palatio Aleriatorum, ubi fiunt Consilia Ver-
" cellarum de Mandato Domini Iohannis de Montefer-
" rato Potestatis Vercellarum, bastardi Illustris, et Mag-
& Vercellarum ob ejusdem Lanfranchi
ingentem mendam in Communem Vercellarum [illegible] nifici

Lombardus.

„magnifici Principis Domini Teodori, Excellentissimi Im-
„peratoris Graecorum filii Porphirogeniti, Marchio nis Mon-
„tisferrati, Civitatisque Vercellarum Domini Generalis
„etc. Ad quod Consilium dictorum Credentiariorum,
„convenerunt duae partes, et ultra. Ubique Praefatus
„Dominus Potestas consilium requirendo proposuit,
„quid placet providere, statuere et ordinare, et firmare
„super bono statu, et custodia Civitatis, et Di-
„strictus Vercellarum, et generaliter, et specialiter super
„omnibus, et singulis negotiis, punctis, articulis, et ca-
„sibus pertinentibus, contingentibus, imminentibus, seu
„qui, vel quae contingere, pertinere, et imminere
„possent nunc, et in futurum Civitati, et Com-
„muni, et hominibus, et districtui Vercellarum,
„quibuscumque occasionibus et de causis. In cujus
„reformatione Consilii, facto partito hinc inde, ut mo-
„ris est, et obtento ipso partito, nemine discrepante
„reformatum extitit, et provisum, atque stabilitum,
„quod Dominus Potestas, sive ejus Vicarius, cum sex
„sapientibus, vel pluribus in ea quantitate, quae ei-
„dem vel ejus Vicario videbitur expedire, autori-
„tate praesentis Consilii, plenam habeat bali-
„am, et autoritatem statuendi, firmandi, et ordi-
„nandi quidquid eis placuerit, et pro meliori vi-
„debitur expedire super bono statu, et custodia
„Civitatis, et Districtus Vercellarum, et fortificatione
„earumdem, et generaliter, et specialiter super om-
„nibus, et singulis negotiis, punctis, casibus, et arti-
„culis quibuscumque occurrentibus, pertinentibus, et
„imminentibus, seu qui, vel quae ~~imminere~~, pertinere,

Lombardus.

„et circuire, et continguere possint vel possent nunc
„et in infinitum, Communi, hominibus, Civitati,
„et districtui Vercellarum, quibuscumque occasionibus,
„et de causis, semel et pluries, ad eorum liberam
„voluntatem; et etiam statuendi, firmandi pro-
„videndi, ordinandi, faciendi, executioni deducendi,
„gerendi, et complendi in omnibus et per omnia
„communiter, et specialiter et prout, et sicut gene-
„rale Consilium statuere, firmare et providere,
„et adimplere, ~~et executioni~~ deducere ~~communis~~ communis, ac facere pos-
„set generale Consilium Credentiae Vercellarum.
„~~Communis~~. Et quidquid praefati Domini Po-
„testas, sive eius Vicarius cum dictis sapientibus
„statuerint, firmaverint, ordinaverint, adimpleve-
„rint, executioni deduxerint, et providerint, validum
„sit et firmum, et robur obtineat firmitatis, ac
„per Commune Vercellarum executioni mandetur,
„et effectualiter observetur, ac si per praesens Consi-
„lium, provisum, ordinatum, firmatum, adim-
„pletum, factum foret, atque stabilitum."

8. Tam ampla et effrenis auctoritas Principa Potesta-
tis, aperte manifestat quanta fuerit Vercellis, Teo-
dori Marchionis Montisferrati Potestas. Porro qui
fuerint hi sapientes, quibus decernendi una cum
Potestate tanta data fuit auctoritas habetur in
eodem libro statutorum fol. 163, ibi:

" Anno Nativitatis Domini MCCCXXXI. Indictio-
„ne XIV. die Sabbathi XXIII. mensis Septembris. Con-
„vocatis, et congregatis infrascriptis sapientibus provin-
„ciis, in Camera Consiliorum Communis Vercel-
larum,

"Vercellarum, ubi solent ipsa Consilia congregari, "de mandato Domini Joannis de Parma, Vicarii Do"mini Joannis de Montisferrato, Potestatis, Bastardi Do"mini Marchionis Montisferrati, et Domini Civitatis "Vercellarum etc. Pro infrascriptis negotiis specialiter "explicandis, nomina quorum sunt haec: Riccardus "de Titioniby, Joannes de Guidelardis, dictus de la Toppa, "Henricus de Moxino, Petrus de Mandello, Franci"scus de Guidelardis, Franciscus de Titionibus, Petrus de "Albano, Otto Lovegius, Aymericus de Ghigolottis, Gui"ulielmus de Moxino, Joannes de la Motta, Petrus "Bulla, Petrus Centarius, Henricus de Titionibus, Ja"cobus de Titionibus quondam Domini Guulae, Guelan"cius de Guidelardis, Ubique supranominatus Dominus Vi"carius, consilium requirendo etc." Isti omnes erant Gibellinorum partium, in hac Civitate Primores. Ex quo conjicimus sub Teodoro praevaluisse adhuc Gibellinorum Praepotentiam. Sub finem anni 1330. Joannes Comes Luxemburgensis, et Rex Boemiae, filius Henrici VII. Imperatoris, a Guelphis Brixiensibus, qui a Mastino Scaligero premebantur, invitatus in Italiam descendit, et civibus ultro dedentibus, Mastino e finibus ejecto, Brixia potitus est.

Lombardus.

Toppa,

9. Anno 1331. Lombardi certatim Joanni Boemiae Regi se se dediderunt. Inter primos fuit, teste Gualvaneo Flamma de gest. Azon., apud Murator. Annal. ad hunc annum, Azo Vicecomes, Mediolani Dominus, qui publico populi Mediolanensis decreto, die 8. Februarii, Joannis Imperio subiicit. Is ipsum eodem mense, praeterea Papiam, Vercellas, et Novariam, auctor est fovisse.

Lombardos

Inter Joannis Foederatos, unus ex praecipuis erat Teodorus Montisferrati Marchio, sicut ex scriptoribus synchronis refert Murator. annal. ad hunc annum. Teodori opera, qui tum Vercellis dominabatur, Vercellenses ad regis partem transiisse, minime dubitamus, cum nobis constet ex documentis sup. relatis, hunc mense septembri, adhuc principatum Vercellis obtinuisse. Brevi tot incrementa Joannis potentiam Italicis Urbibus, et Principibus suspectam effecere. Itaque Azo Vicecomes, Marchiones Estenses, Mastinus Scaliger, aliique versa vice foedus adversum Regem pepigerunt die 8. Augusti, ut habetur apud Murator. in annal. ad hunc annum.

& relatis

10. Anno 1332. Joannes Vicecomes Mathei filius, et Azonis Patruus, qui ejurata fictitia Cardinalatus dignitate, ipsi ab Antipapa collata, ab Joanne XXII. Episcopus Novariensis creatus fuerat, Vercellas, tum Comum, Novariam perpolit, et civili Novariensi Principatu potitus est, magno illius Urbis bono, nam et exules revocavit, et pacem omnibus restituit. Per id tempus Vercellas pariter occupasse, et ingenito suae Gentis odio, Tizzionos, Advocatos, Arboriosque exagitandos suscepisse comicimus ex litteris Papalibus apud Ferrer. fol 206. datis Avinione Idibus Novembris anno decimoseptimo, hoc est ineunte anno 1332, in quibus Joannes XXII, eidem Joanni Epo Novariensi, Lombardum Episcopum Vercellensem, Episcopum item Eporediensem (is erat Palainus Advocatus Casanova) atque D.D. de Advocatis, et de Arborio, Vercellarum extrinsecus commendat,

& Palainus

Lombardy.
6

commendat, hortaturque in inicasione illis, vel ipse imperat, vel a suis impone patiatur.

11. Defuncto, hoc anno 1332, Martino de Calderariis de Pergamo, Archidiacono Vercellensi, Canonici utriusque Ecclesiae, eamdem dignitatem contulere Domino Martino de Bulgaro, Praeposito Vercellensi. Sic habemus ex sequenti documento Archivii Capitularis.

" In Nomine Sanctae, et individuae Tri-
"nitatis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.
"Anno Nativitatis Domini MCCCXXXII. indictione XV. die XV.
"mensis Septembris, in Civitate Vercellarum, in loco Sacri-
"stiae Ecclesiae Vercellensis, Praesentibus Dominis Prae-
"sbytero Martino Sacrista Ecclesiae Vercellensis praedictae,
"et Presbytero Joanne de Centoriis Rectore Ecclesiae S.
"Petri de Vercellis, testibus ad infrascripta vocatis, rogatis spe-
"cialiter et rogatis. Ubique vacante Archidiaconatus Dignitate
"~~Dignitatem~~ in Ecclesia Vercellensi, per obitum bonae Me-
"moriae Domini Martini de Pergamo, olim Archidia-
"coni ejusdem Ecclesiae Vercellensis, et die XII. mensis in-
"stantis, ipsius corpore reverenter tradito Ecclesiasticae
"sepulturae, et per Venerabilem Virum Dominum
"Martinum de Bulgaro Praepositum dictae Ecclesiae
"Vercellensis, et alios Canonicos ejusdem Ecclesiae resi-
"dentes, et Capitulum ad Praesentem diem ante
"tertiam cum continuatione omnium dierum se-
"quentium, et horarum, solemniter termino jam
"praefixo ad electionem futuri Archidiaconi facien-
"dam, et absentibus Canonicis ad electionem hujus-
"modi, in ipso termino, tam per patentes litteras
"eorumdem Dominorum Praepositi, et Majoris, ac Ca-

pituli

Lombardy.

"Capituli dictae Ecclesiae Vercellensis, quam per nuncium
"specialem ad hoc deputatum, ad dictum locum, et
"terminum eiusmodi, pro praedictis, modo debito
"evocatis, ut de his omnibus suprascriptis constat, et
"evidenter apparet per legitima documenta; indicto,
"convocato, et congregato Capitulo iam dictae Eccle-
"siae Vercellensis de mandato Venerabilis Viri Domi-
"ni Martini de Bulgaro Praepositi ipsius Ecclesiae Ver-
"cellensis, et ad sonum Campanae more solito, et lo-
"co Capituli in talibus consueto, scilicet in dicta sa-
"cristia pro infrascripto negotio explicando, et ut
"praemittitur omnibus absentibus Canonicis citatis,
"et in termino dicto, modo debito expectatis, atque
"ad ipsum Capitulum convenientibus in dicto ter-
"mino iam praefixo omnibus dictae Ecclesiae Cano-
"nicis, qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt com-
"mode interesse, quorum nomina haec sunt, vi-
"delicet Dominus Martinus de Bulgaro Praepositus su-
"prascriptus, Eusebius de Crouzano Maior, suo no-
"mine, nec non vice, et nomine Dominorum Ioan-
"nis de Albano, Rayneri de Guarenia, et Georgii
"de Albano, et Alberti de Crouzano canonicorum dictae
"Ecclesiae ~~Vercellensis~~ absentium, ab eis habens specia-
"liter libera mandata, nec non Bonifacius Caquolius,
"Bertolinus de S. Agatha, Ioannes de Arbiono, Del-
"phinus de Nassollis, et Delphinus de ~~[illegible]~~ Fraxeneto, Hen-
ricus de Bonsanto, Rossinus de Marino, Philippus
"de Placentia, et Ioannes de Vergnasco, omnes Canonici
"dictae Ecclesiae Vercellensis, ipsi quidem Domini Maior
"et Canonici, ac Capitulum, videlicet ipse Dominus

Lombardus

ipse Dominus Maior suo, et dictis nominibus, et vi-
re, ac nomine omnium aliorum Canonicorum, et
Capituli praedictorum, de voluntate, et consensu, ac
mandato per Dominos Canonicos, et Capitulum
sibi facto, et ipsi Canonici, et Capitulum una
cum eo permittentes per praedictum Dominum
maiorem ex auctoritate, et potestate sibi a dictis
Canonicis, et Capitulo attributa, et etiam suo,
et dictis nominibus, denuntiatione, et monitione
facta, quod si qui essent inter eos excommu-
nicati, suspensi, vel interdicti, aut defectum aliud
patientes, propter quae interesse non deberent
dictae Electioni, recedant de dicto loco, alios eligi-
re libere permittentes, et quod vocis talium nulli
praestent suffragium, nec etiam nominentur,
et pro non habitis habeantur, et inde est pu-
blicum Instrumentum volentes dictae Ecclesiae, et
Dignitati, de bona, et idonea persona, ad ipsam Di-
gnitatem Archidiaconatus eligendam, modo debito pro-
videre, ne propter vacationem diutinam dicta
Dignitas, et Ecclesia aliquam substineat detrimen-
tum, nec patiatur in spiritualibus vel temporalibus,
sicut solet Ecclesiis ex vacatione diutina provenire,
prout ex tractatu temporis consideratione, ni-
quam cernere, et apprehendere potest animus sa-
pientis, et considerantes, ac manifeste cognoscentes
dictum Dominum Martinum de Bulgaro esse bo-
num, providum, et potentem, et per quem ho-
nores, et iura dictae Ecclesiae, et Dignitatis manu-
teneri poterunt, et defendi, et qui est litteratus, et iu-
risperitus,

Lombardus.

"inveniremus, et in aetate legitima constitutus, et de
"legitimo Matrimonio procreatus, et idoneus ad digni=
"tatem praedictam, omnes unanimiter, et concorditer
"una voce, et nemine discrepante, ~~gratia~~ Di=
"vina inspirante gratia et favente, praefatum Dominum
"Martinum de Bulgaro in Archidiaconum dictae
"Ecclesiae Vercellensis ad honorem Dei, et Beatae Ma=
"riae Virginis, et Beati Eusebii, cujus vocabulo dicta
"Ecclesia est constructa, solemniter elegerunt, et eli=
"gunt, supplicantes tenore hujus publici Instrumen=
"ti, Reverendo in Christo, Patri et Domino Domino
"Lombardo Dei et Apostolicae Sedis gratia Epõ Ver=
"cellensi et Comite; ut dictam electionem, ut praemit=
"titur Canonice celebratam, dignetur, et velit ad=
"mittere, et ipsum Dominum Martinum de Bulgaro
"in Archidiaconum confirmare. Deinde Praepositus Do=
"minus Maior, suo, et dictis nominibus, ac a parte
"dictorum Canonicorum, et Capituli, ad Chorum
"dictae Ecclesiae Vercellensis accessit, et ibidem dic=
"tam electionem Clero, et populo ibi adstanti,
"solemniter publicavit; praecipiens de praedictis
"omnibus, et singulis fieri publicum Instrumentum

Nicolinum "per me Nicolinum de Arnoldo Notarium Inprascriptum.

Dalmacius. " Et ego Martinus Dalmatius de Bugella publi=
"cus Imperiali auctoritate Notarius, jussu, et Man=
"dato Nicolini de Arnoldo notarii Inprascripti ~~Notorii~~, hoc scri=
"psi publicum Instrumentum, et de Protocollo ejus
"extraxi, ideo me subscripsi, signumque meum appo=
"sui consuetum

" Ego Nicolinus de Arnoldo Imperiali auctoritate

"auctoritate Notarius publicus Vercellensis, praedictis om-
" nibus interfui rogatus, et hoc instrumentum tradidit
" et per dictum Martinum scribi feci, et me subscribens,
" signo meo, et nomine solito roboravi."

12. Electionem deinde confirmavit Lombardus Episco-
pus inter sequenti documento eiusdem Archivii
Capitularis.

" In Nomine Domini. Amen. Anno Na-
" tivitatis eiusdem MCCXXXII Indictione XV. die ul-
" tima mensis Septembris, praesentibus testibus Domi-
" nis Roffino de Marino filio quondam Domini
" Bonitentini de Marino Canonico Vercellensi, et Bar-
" tholomeo filio Domini Andreoli Capitanei de
" Sylavengo. Ibique vacante Archidiaconatu Ecclesiae
" per mortem quondam Domini Martini de
" Credario de Pergamo, Venerabilis Viro Domino
" Martinus de Bulgaro tunc Praepositus Vercellensis,
" ac Eusebius de Trongano Maior Ecclesiae Vercellen-
" sis, ambo praesidentes Capitulo Vercellensi, corpore
" Ipsius Domini Martini de Credario de Pergamo
" Archidiaconi Vercellensis reverenter prout decuit, tra-
" dito sepulturae, omnes Canonicis tam praesentes,
" quam absentes, qui infra provinciam erant re-
" perti, ad electionem futuri Archidiaconi voca-
" verant, et die praefixa, et expectatis omnibus,
" qui ad dictam electionem interesse voluerunt,
" Christi nomine invocato elegerunt virum pro-
" vidum, et Venerabilem Dominum Martinum de
" Bulgaro, in Archidiaconum Vercellensem, et dictam
" electionem Clero, et populo ut moris est, solemp-
niter

Lombardus. „solemniter publicarunt, Electionem cujus tam in
„persona Electi, quam in forma eligentium, Dominus
„Eusebius de Brosgano Maior Ecclesiae Vercellensis,
„auctoritate sibi commissa a Reverendo in Christo Pa-
„tre, et Domino, Domino Lombardo Dei et Apostoli-
„cae sedis Gratia Episcopo Vercellensi, et Comite Cana-
„vixiorum pronunciavit, et sicut invenit electionem in-
„stam tam in persona electi, quam Eligentium,
„Auctoritate suprascripta dignatus est humiliter
& biretum. „confirmare, dans sibi biretum, quod in suis tene-
„bat manibus, in veram, et traditam possessio-
„nem praedicti Archidiaconatus, et ponens dictum
„Dominum Martinum de Bulgaro in veram pos-
„sessionem vel quasi, per pannum Altaris Ma-
„ioris Ecclesiae S. Mariae Vercellensis, et assignando
„eidem Domino Martino, nomine Matricis Ecclesiae
„praelibatae, ad quam accedere non poterat propter
„infirmitatem, quam tunc temporis patiebatur,
„stallum in Choro Ecclesiae praelibatae, et ab ipso
„Domino Archidiacono recepit sacramentum de ob-
„servandis statutis, et consuetudinibus Ecclesiae Vercel-
„lensis.. Et ego Joannes Formaschus de Bugella
„publicus Imperiali Notarius auctoritate, unacum
„dictis testibus praesens interfui, et exinde hoc pu-
„blicum instrumentum propria manu, et signo
„meo solito signavi rogatus."

Huius praestantissimi viri praeclara gesta, et elogium ex antiquissimo Ecclesiae Necrologio habes infra in Jo-anne Episcopo. Porro ex more relatis Documentis habes Maiorum Ecclesiae S. Mariae, Capitulo unanimi

Lombardy

Rapporto praesidentum. Habes eundem publico praeconio, dictionem Clero, et Populo denuntiantem. Habes denique Ecclesiam S. Mariae Maiorem, et Matricem nuncupari, in eaque possessionem dignitatum, et canonicatuum apprehendi consuevisse.

13. Joannes Bohemiae Rex, qui anno 1331. relicta paulisper Italia, in Gallias ad Joannem XXII. de rebus Italicis actiones, se contulerat, anno 1333. huc reversus, ferme omnes proceres contra se concitatos offendit. Nonnulla gessit ut labentem fortunam sustineret; sed cum omnes conatus in irritum cecidissent, Germaniam repetiit Octobri circa exeunte. Eodem anno 1333. Joannes Vicecomes Episcopus Novariensis, administrationem Archiepiscopatus Mediolanensis, retento Episcopatu Novariensi, ab Summo Pontifice obtinuit, pollicitus annuam pensionem florenorum 1500. solvendam Aycardo de Camodeia Archiepiscopo Mediolanensi, qui longe ob Vicecomitum impotentiam Mediolano exulaverat.

14. Anno 1334. Vercellenses, teste Corio, se sponte Azoni Vicecomiti subjecerunt. Equidem in Archivio Civitatis habetur Charta diei 18. Aprilis eiusdem anni, quae meminit Jordani Mentigrotiae Potestatis Vercellarum pro Magnifico ut ibidem dicitur, Domino Azone Vicecomiti, ~~subjecerunt equidem~~ Domino Generali Mediolani, Vercellarum, Bergomi &c. Vide quae dicam infra N.o 18.

15. Eodem anno, et die 4. Decembris diem clausit extremum Joannes XXII. Nonagenario maior. Contra eius gesta acriter invehitur Muratorius in Annal. ad hunc annum, et praecipue quod Episcopatuum collationem,

lationem,

Lombardo

collationem, contra antiquam Ecclesiae disciplinam, sibi reservaverit, annatas, utraque instituerit, et Monasteria commendaverit: ed ha ben tuttavia, ait, l'Italia sopra tante degli altri paesi di che laguarsi di questo Pontefice. Per lo spazio di mille, e trecento anni, il Clero, e Popolo delle Città, oppure il solo Clero aveva eletto, ed eleggeva i Sacri Pastori. Quanto operasse S. Gregorio VII. Papa nel secolo undecimo per restituire ai medesimi questo diritto, l'abbiam già veduto. Lo tolse loro Papa Giovanni XXII, con riservare a se tali elezioni, sotto pretesto di levare le simonie: laddove tanti altri Pontefici, e Pontefici Santi, contenti di detestare e proibire quel vizio, non hanno nel resto voluto pregiudicare all'antichissima disciplina della Chiesa. Similmente fu egli il primo ad inventare le annate, che tuttavia durano, e fecero allora gridare molto le ignoranti, ma più le dotte persone. Pare ancora che cadesse nel ridurre in commende, tanti Monasteri e Chiese ec. Scribit Raynaldus ad hunc annum 41. 312. ex Ioanne Villano, quod Ioannes sequenti proximus omnes illas innovationes abrogavit, ita ut deinceps nullum obtinerent effectum. Verum huiusmodi obrogationem inanem fuisse, omnes noscimus. Porro Ioannis successor est die 20. eiusdem mensis Iacobus Fumerius, vir de Furno, dictus Cardinalis blanchus, quia ex ordine Cistercensi, Benedictus XII. nuncupatus, vir doctus, et pius.

16. Narrat Modena in Hist. Mediolani, asserens id constare ex instrumento existente apud Aliortus, quod anno 1335. quod Azo Vicecomes, in Civitatem Asinito Bonardo

Bernardo Alciato, qui usque eo Guelphorum fautor exstiterat, bellum, vastitatemque intulit terris Montis Bernardi, Mottae, Castelletti, et S. Salvatoris, quae a Dominis Comitibus Blandratensibus tenebantur et quod hi se postmodum redemerunt pretio librarum 14400. Mediolan., Arioni, et librarum 2400. Bernardo Alciato, et Conrado de S. Victore solutarum.

17. Habemus item ex Charta Archivii Civitatis diei 27. Julii hujus anni 1335, quod ipse Arionis, Guillelmus Advocatus Valdengi cedere coactus est iurisdictioni, mero et mixto imperio, quod habebat in villa, et territorio Greggii, favore Communis Vercellarum recepto pretio librarum 1400. Papirius Vidimus sup. ad annum 1313. hanc villam cum suo territorio, cum jam olim fuisse a Communi, Uberto Episcopo, iure pignoris, et hypothecae, obnoxiale florenos aurei ab eodem Uberto persolutos nomine Communis Domino Philippo Achaiae Principi, Imperiali Vercellarum Vicario.

18. Vercellenses, qui anno superiori se Arioni dediderant, hoc anno tandem 1335. Tizzonibus aliisque Gibellinae partis factionariis, adnitentibus, in eum omnem eius iurisdictionis, meri, et mixti imperii transtulerunt, ipsumque supremum Vercellarum Dominum proclamarunt. Hac de re habemus in Archivio Civitatis, publicum documentum, conditum in plena Credentia, ut aiunt, quod habet:

" In Nomine Domini Jesu Christi. Amen.
" Anno a Nativitate eiusdem MCCCXXXV. Indictione
" III., die Martis XXVI. Mensis Septembris, in Palatio

Lombardy -

"Communis Vercellarum, in publico et Generali con-
"silio, ac Credentia Communis ~~Vercellarum~~ et Po-
"puli Vercellarum * campanis, et vocibus praeconum, more soli-
"to, convocati et congregati pro infrascriptis specia-
"liter explicandis, et exequendis, Nobilis et potens
"vir Dominus Joannes de Besozero, honorabilis
"Potestas Vercellarum proposuit in ipso Consilio, et ab
"instantibus in eodem petiit, sibi pro Communi
"Vercellarum Consilium exhiberi super infrascriptis,
"videlicet quid volunt illi de Consilio debere provi-
"deri, servari, ordinari, et fieri super bono, et
"pacifico statu, et tranquillo Communis et Po-
"puli Civitatis, et Districtus Vercellarum, * et Dominum, et Rectorem
"dictae Civitatis et Districtus eligendo, et circa ea, et
"eorum causa, et occasione, ad hoc, ut omnis
"materia, et mali status Civitatis et Districtus
"Vercellarum ~~perpetua gaudeat pace~~ tollatur in
"totum, et ipsa Civitas, et Districtus Vercellarum,
"perpetua gaudeat pace, et conservetur. Quibus
"lectis per me infrascriptum Notarium, ac etiam
"propositis in ipso Consilio per dictum Domi-
"num Potestatem, Nobilis miles Dominus Theodo-
"rus de Tizionibus, unus ex Consiliariis dicti Con-
"silii, existens in Arengheria supradicti Palatii, in-
"vocata prius gratia Spiritus Sancti, dixit, et con-
"suluit supra dicta propositione facta in dicto
"Consilio, per suprascriptum Dominum Potesta-
"tem, nomine suprascripto, quod auctoritate prae-
"sentis Consilii, omni modo, et iure, quibus melius
"fieri potuit, daretur et dari deberet dominium et

* Vercellarum, et Dominium, et personarum dictae Civitatis et districtus Vercellarum, et ~~rectore~~ etiam pro dominatione et imperio dictae Civitatis, et districtus Vercellarum, et rectore

„ dominium, et Balia, et potestas omnimoda, et
„ merum, et mixtum Imperium, et omnimoda iu-
„ risdictio pertinens, et competens, et quae pertinere, et com-
„ petere potest, et poterit Communi Vercellarum, et
„ ex nunc data esse, et concessa intelligatur, aucto-
„ ritate praesentis Consilii, Magnifico, et potenti
„ Domino, Domino Azoni Vicecomiti, Generali
„ Domino Mediolani usque ad vitam ipsius Do-
„ mini Azonis, et quod sit, et esse intelligatur
„ Dominus Generalis, et perpetuus, seu in per-
„ petuum donec vixerit, dictae Civitatis Vercellarum,
„ et districtus eius, ita et taliter quod, dominium,
„ Potestatem, et iurisdictionem, et merum, et mix-
„ tum Imperium, et omnimodam iurisdictio-
„ nem habere, et exercere possit per se secundum quod
„ ipsi Domino Azoni videbitur, et ipsi melius
„ placuerit expedire, et etiam possit committere
„ exercendam ad suam voluntatem, secundum
„ quod ei placuerit, et ei melius videbitur expe-
„ dire, et etiam delegare suum merum, et mi-
„ xtum imperium alii, et aliis, secundum quod
„ eidem Domino placuerit, et ei melius videbitur
„ expedire cum causa, et sine causa, et quidquid
„ decreverit idem Dominus Azo de Civitate, et
„ districtu Vercellarum, et in regimine eiusdem,
„ et in introitu Civitatis Vercellarum fuisse et esse
„ factum, et fiendum, sit validum, et fi-
„ rmum, et Lex Communis Vercellarum, et pro
„ statutis, et decretis Communis Vercellarum ha-
„ beantur, et teneantur, ac si essent facta ordinatum
possit per se, vel per alium, vel alios ad suam voluntatem,
et secundum quod.

Lombardy. -

" per Communem Vercellarum, et etiam possit sala-
" rium, et salaria petimet, et Potestati praesenti, et
" futuro, sive futuris Potestatibus, et Rectoribus, et
" omnibus aliis Officialibus, quos ponet, et poni faciet
" in Civitate, et suburbiis, et districtu Vercellarum, tam
" Potestati, seu Potestatibus, et Rectoribus, quam aliis, Rec-
" toribus, constituere, et ordinare secundum quod eidem
" lius videbitur expedire, quae salaria debeant solvi de
" havere Communis Vercellarum, secundum man-
" data, et praecepta ipsius Domini Azonis, et quod
" habeat, et habere debeat plenam, et liberam po-
" testatem, et bailiam ordinandi, statuendi leges,
" et leges condendi, et statuta faciendi secundum
" ea, eo modo ut habet, et habuit, et habere po-
" test Commune Vercellarum in totum, et omnia
" et singula quaecumque fecit, et ordinaverit, et
" statuet, et providebit in praedictis, et circa prae-
" dicta, et quodlibet praedictorum, vel aliquius eo-
" rum per se, vel submissam personam, habe-
" bentem speciale mandatum, vel per Literas, va-
" leant, et teneant, et roboris firmitatem obti-
" neant, ac si per totum Consilium Vercellarum,
" et per totum Populum Vercellarum, facta, or-
" dinata, et stabilita forent, non obstantibus ali-
" quibus statutis, et ordinamentis, provisionibus,
" consiliis, et Legibus in contrarium facientibus, vel
" facere ... voluntatibus quibus auctoritate praesentis
" Consilii sit, ... intelligatur derogatum quan-
" tum ad praedicta, et quodlibet praedictorum,
" et quidquid ipse Dominus Azo fecerit, dixerit, sta-
tuerit,

Lombardus.

"statuerit, et ordinaverit per 12 vel ~~duos~~ cuiuscumque per-
"sonam habentem speciale mandatum, vel literas ob
"id, sint, et esse intelligantur statuta, et decreta Com-
"munis, et Populi Vercellarum, et pro statutis, et decre-
"tis habeantur, et teneantur, et perpetuo inviolabi-
"liter observentur, et executioni mandentur, aliquo non obstante,
"et non obstantibus aliquibus iuribus, consuetudini-
"bus, reformationibus, et omnibus aliis scripturis edi-
"tis, et edendis, in contrarium loquentibus, quibus om-
"nibus, et singulis intelligitur esse derogatum, etiam
"si de praedictis, et quolibet praedictorum, speciale
"oporteret fieri mentionem; et praedicta omnia,
"et quolibet praedictorum sint, et esse intelligantur statuta, et
"decreta Communis Vercellarum, atque statuta
"habeantur, et teneantur et in perpetuum inviola-
"biliter observentur per totum Commune Ver-
"cellarum, aliquo non obstante. Unde Reformato
"Consilio, et factis, et revolutis partitis hinc, et inde,
"sive sursum, et deorsum, ut moris est, per su-
"prascriptum Dominum Potestatem, placuit om-
"nibus, nemine discrepante, secundum et conco-
"rdo ~~quod~~ ut superius continetur, in totum et ut inconsulu-
"it Dominus Niccordus de Titionibus suprascriptus.
"Postea vero ibidem, et incontinente, in dicto Con-
"silio generali Credentiae, convocato, et congregato
"ut supra, et coram testibus infrascriptis, suprascriptus
"Dominus Potestas, et Consiliarii, sive Credentiarii,
"omnes concorditer nemine discrepante volentes ad
"effectum perducere, et adimplere praedicta, eorum
"nominibus, et vice et nomine praedictorum Com-
munis,

Lombardus

" et hominum Civitatis, et districtus Vercellarum, con-
" stituerunt, ordinaverunt, ~~certum~~ et faciunt, eorum et
" praedicti Communis, et hominum certum Nuncium
" Procuratorem, et Sindicum, et actorem, et quidquid
" melius potuerunt et possunt de iure, discretum Vi-
" rum Dominum Franciscum de Bertolo Civem
" Vercellensem, specialiter ad denuntiandum, dandum
" et transferendum dominium, et bailiam, et pote-
" statem omnimodam, et merum, et mixtum
" Imperium, et omnimodam iurisdictionem perti-
" nentem, et competentem, et quae pertinere, et com-
" petere potest Communi Vercellarum praedicto Do-
" mino Azoni Vicecomiti, et ad supplicandum eidem,
" quatenus dictum Dominium, bailiam et potesta-
" tem omnimodam, et merum, et mixtum impe-
" rium, et omnimodam iurisdictionem pertinentem,
" et competentem Civitati, Communi, et hominibus
" Vercellarum, alacriter, et benigne acceptare digne-
" tur; et generaliter, et expresse ad omnia, universa,
" et singula, quae superius continentur, gerendo,
" exercendo, faciendo, et ad effectum perducendo
" in omnibus, et per omnia prout superius est ex-
" pressum, dantes, et concedentes eidem Sindico ple-
" nam, generalem, et liberam administrationem,
" et expressum mandatum, in omnibus prae-
" dictis, et singulis, et ad omnia, et singula supra scri-
" pta faciendo, et exercendo, et effectui perducendo,
" prout superius continetur, et sicut si in praesenti
" sindicatu essent nominatim expressa, et specialiter
" repetita; quae omnia pro expressis et repetitis volunt
habere.

Lombardus.

„voluerit haberi. Quinque promiserunt per stipulationem
„solemnem, eorum nominibus, et praedictis, mihi Nota-
„rio infrascripto tamquam publicae personae sti-
„pulanti, et recipienti vice, et nomine dicti Domi-
„ni, et omnium, quorum interest, et poterit inte-
„resse, omnia supradicta, et singula, necnon om-
„nia quae ipse Procurator, et Sindicus gesserit, di-
„xerit, fecerit in praemissis, et secundum modos
„praedictos, rata, et firma habere, et tenere, et non
„contravenire perpetuo, sub restitutione et refe-
„ctione omnium damnorum, et expensarum, et
„interesse, et sub obligatione omnium bonorum
„Communis, et hominum Vercellarum, praesen-
„tium, et futurorum, renuntiando exceptioni doli,
„et in factum sine causa, et ex iniusta causa, pri-
„vilegio fori, et testium probationi, et alteri cui-
„cumque exceptioni, et defensioni, per quam pos-
„sent contra praedicta facere, vel venire. Actum
„Vercellis in dicto Palatio Communis Vercellarum
„coram testibus Conrado de Alasiis filio quondam
„Domini Guizardi, Bernabino Coccarello filio quon-
„dam Domini Laurentii, et Nicolino de Salimbono
„filio quondam Domini Petri ═══ Ego Barto-
„lomeus de Bozolis Notarius Vercellensis praedictum
„Instrumentum, traditum per Bartholomeum
„de Alice Notarium infrascriptum de mandato
„ipsius scripsi, et me subscripsi. ═══ Ego Bartho-
„lomeus de Alice Notarius Cancellarius Commu-
„nis Vercellarum praedictis omnibus interfui, hanc
„Chartam una cum Vercellino de Sentariis tradidi, scripsi,

Lombardus.

" fui, et me extorsi ".

19. Et sic tandem aliquando Civitas Vercellensis libertatem, qua diu ad se ipsam intestinis dissidiis, crudeliter discerpendam, abusa fuerat, perpetuo amisit; sed majore emolumento. Nam novi Principis beneficio, pacem pristinam restitutam, partes ad concordiam revocatas, poenasque omnes abolitas, vidi dicimus ex Charta Archivii Civitatis 20. Junii 1338. in qua Dominus Virgilius de Scarabottis Judex et Vicarius Domini Potestatis Vercellarum, sententia lata, absolvit Commune S. Germani ab omnibus banniis, et multis a Communi Vercellarum impositis ob favorem praestitum Advocatis, eorumque sequacibus., Ipsamque pronuntiationem legimus sub eodem die, pro se Communium Salae, Nivoroni, et Tolegnolae fit ibidem mentio Pacis pronuntiatae a Domino Marchione Montisferrati, secundum quam irritae declarantur omnes multae, et poenae a parte Vercellarum intrinseca, contra extrinsecam indictae. Ejusque Pacis summam enarratam legimus in alia Charta 27. Martii ejusdem anni 1338.. Quo anno haec pax pronuntiata fuerit, et quis sit ille Montisferrati Marchio, qui eam pronunciavit, ibi non exprimitur. Verum hanc pacem ipsam esse, de qua diximus in Aymone N.o 8. et 9., videtur negari haud posse.

& multae,

20. ~~Dictum tunc Azzo Vicecomite plenum Vercellis redditum fuisse minime dubitamus, cum ex testimonio Galvanii Flammae, Bonincontri Morigiae~~

20. Per id tempus, etiam Studiorum Academiam

Lombardus.

Academiam Vercellis refloruit. Extat in Archivio Civitatis Charta, data Mantuae 23. Octobris 1358, in qua Dominus Salous J. U. D. filius domini Sigefredi Marani Parmensis, conducitur ad legendum publice Vercellis, ius Civile, pacto salario librarum 200. Papiens. in singulos annos. Hunc deinde fuisse Vicarium Generalem Domini Episcopi Lombardi, asserit Modena in hist. Mss.ta; addens Venturinum de Pergamo, quem Eridinensem fuisse ait Cl. Orius, in Philosophia doctissimum, postea Canonicum Vercellensem, hoc eodem tempore assumptum fuisse ad docendam Phisicam in eadem Academia.

21. Dominum sub Azone Vicecomite, Vercellis pacem redditam fuisse, minime dubitamus; cum ex testimonio Galvanei Flammae, Bonincontri Morigiae aliorumque apud Murator, sciamus Azonem, nil antiquius habuisse, quam ut tranquillitatem in Civitates, quibus dominabatur, sublatis diuturnis discordiis, reveheret, omnibus piis, castis, et clemens, Gibellinorum aeque, ac Guelphorum, pari affectu Patronus, et fautor. Unus erat, qui perfectae urbis tranquillitati, coactus obniteretur, Lombardus Episcopus. Iniquo ferebat animo, externa dominatione iura Ecclesiae suppeditari, eaque dominio Civitatis, et comitatus privari. Vicissim Azo Epum nonnullis Castris, et oppidis, quae adhuc in comitatu Vercellensi per eum tenebantur, titulum ~~illum~~ venditionis praeterens, olim a Gregorio de Montelongo factae, omni vi deturbare contendebat. Lombardus itaque Urbe pulsus, et in arce Blandratae, diuturna, diraque obsidione

Lombardus.

obsidione maceratus, Azonis conatus invicta animi constantia, primo sustinuit, et postremo rejecit. Ut iniuria sibi a Vicecomitibus illata, omnibus esset manifesta, privilegia et donationes a Regibus et Imperatoribus Ecclesiae Vercellensi factas ab Archivio Civitatis exemplari praecepit. Hac de re plura legimus in eodem Archivio, praecepta ob eo lata mense Aprilis 1338. Itaque quamvis a propriis Civibus destitutus, et viribus inferior, virtute tamen praestans, et causa, Azoni ubique fortiter obstitit. Quin et Aribus, aliis denuo excitatis, aliis repetitis, non solum propulsando, sed etiam importando bello, Advocatis egregiam operam navantibus, per effectus, eum tandem ab inferenda iniuria deterruit. Haec quae summatim descripsimus, ex pluribus Chartis Archivii capitularis, et Civitatis, Comprobat etiam Epitaphium sepulcrale Lombardi, infra proferendum.

22. Alia dissidia Lombardum Episcopum exercuerant, quae a tabulis Communitatis Bugellae, refert Jerres fol. 204. his verbis: " Cum, inquit, dissensiones graves inter
" hunc Episcopum, et Bugellenses, adversus Petrum Dominum Burgi Masini, aliosque Masini, et Maglioni Dominos exortae, ipsos ad arma saepius sollicitarent, Compromissum denique mutuo partium
" consensu factum est anno MCCCXXXXIII, Arbitrique
" ab utrisque delecti, Otho ex Dominis Aglii, et Joannes de Advocatis ex Dominis Cerridoni; interimque induciae ad quinquennium, iussu Guilielmi Cardinalis S.S. Quatuor Coronatorum et Apostolici

postolici

„ Apostolici Legati a Latere, ut ex illius literis Alexan-
„ driae tunc Dioecesis Aquensis datis, et subscriptis
„ per Bertrandum Valcherium ejusdem Legati se-
„ cretarium, Pontificatus Clementis VI. anno 7.°,
„ apparet, factae sunt." Pace Ferrer.

23. Caeterum de inimicitiis Communis Vercellarum sub Azone, cum Lombardo Episcopo meminit Charta Archivii Civitatis 13. Novembris 1354, in qua Domini Delphinus de Vassallis, et Jacobus Ga-guolus Canonici Vercellenses, committunt Domino Domino Francisco de Cordariis Procuratori domini Gasparini Grassi Potestatis Vercellarum ad appellandum a quibusdam litteris Domini Episcopi Lombardi, eidem Domino Potestati directis, ut eorum nomine etiam, appellationem interponat. Meminerunt quoque statuta Civitatis Vercellarum fol. 169. ubi Legitur quod anno 1356. concessum fuit a Communi Dominis Philippo et Antonio de Vassallis, ius represaliarum seu contracambii ut ibidem dicitur, contra homines Domini Episcopi et Ecclesiae Vercellensis. Quid fuerint hoc represaliae, seu contracambia, quae apud Vercellenses in usu erant, praebent eadem statuta fol. 155. ibi: Item statutum, et ordinatum est, quod si aliquis civis, vel districtuabilis Vercellarum fuerit alicubi impeditus, captus, vel derobatus extra districtum Vercellarum, vel si fuerit aliqua civitas, Locus, Burgus, terra vel villa, aut castrum, vel Dominus alicuius praedictorum, qui non sit, vel fuerit de iurisdictione Vercellarum, vel qui

Lombardus.

sit, sed non obediat Communi Vercellarum, vel qui sit rebellis dicti Communis, aut qui sit duarum jurisdictionum, qui offenderit aliquem subditum personaliter, vel realiter, vel receptaverit hinc retro, vel receptabunt in futurum, aliquem, vel aliquos qui offenderint vel offendant personaliter vel realiter aliquem subditum Communis Vercellarum, super districtu Vercellarum, vel alibi; quod rogatis, et requisitis dominis, Rectoribus earum Civitatum, Locorum, Castrorum, seu villarum, seu Communitatibus ipsorum ex parte Potestatis, seu Rectoris Communis Vercellarum, seu dicti Communis Vercellarum, per litteras, vel nuncios, ut satisfaciant derobatis, vel damnum passis, vel quod relaxent etiam Carceratos seu captos, et hoc non fecerint, seu omiserint ad faciendum ipsi Rectores, Domini, Communia, et homines ipsorum Locorum, qui infra octo dies proximos post Rogationem, vel requisitionem praedictam factam ut supra ex parte Potestatis, vel Rectoris vel Communis Vercellarum, detur Contracautionem ex nunc, prout ex tunc pro dato habeat, ipsis derobatis, et offensis, vel damnum passis manere, et personis contra Dominos Rectores, Communia et singulares personas dictorum Locorum, et cuiuslibet ipsorum, et quemlibet eorum in solidum, et eorum, et cuiuslibet ipsorum bona et res, capiendi eosdem personaliter, et eorum bona, et res super eorum territorio, et extra etiam eorum territoria, et super jurisdictione Vercellarum,

Lombardus.

et extra et alibi, et ubicumque. Et si quis aliquis locus conditionis praecriptae, ad quem non auderent ire nuncii cum Litteris, vel sine, pro dicta rogatione, et requisitione facienda ut supra, quod sufficiat si rogatio, vel requisitio fiat ad sonum tubae per praeconem, in Palatio Communis Vercellarum, ubi ius redditur, et ad Plateam S. Mariae Portae Ursonis et Pusternae, ubi fiunt aliae Citationes malefactorum, et ipsa invalebat, et teneat talis rogatio, et requisitio perinde ac si facta ~~forent~~ foret in loco praedicto conditionis praedictae. Quam quidem Licentiam cambiandi, Dominus Potestas, seu Rector Communis Vercellarum, qui est, et pro temporibus fuerit, praecise, et iuramento teneatur dare derobatis, offensis, impeditis, et taliter damnum passis, infra octo dies post rogationem, et requisitionem, de ipsis factam ut supra in publico Consilio Credentiae Communis Vercellarum, scribenda in libro reformationum, et Consiliorum dicti Communis. Quod si dare neglexerit dictum Contracambium, vel distulerit, pro dato habeatur, et datum intelligatur, et nihilominus possint ipsi derobati, impediti, offensi, et damnum passi, & cambiare impune ~~impune~~ contra illos de dictis Civitatibus, Burgis, Villis, Castris, Terris vel Locis, et quemlibet eorum, realiter, et personaliter ipsorum propria auctoritate capere, impedire, et uti contracambio, pro libito voluntatis usque ad plenam restitutionem de praedictis

& foret

& cambire

Lombardus

derobatis, offensionibus, damnis, et expensis. Et hoc dummodo constet, et fides facta sit ipsi Domino Potestati, seu Rectori Communis Vercellarum, qui tunc fuerit ad ipsum regimen, de robaria offensione, captione, et damnis, per legitimas probationes. Et infra. Ita tamen, quod hoc, quod captum fuerit in personis, vel rebus, debeat consignari Domino Potestati, vel Rectori, sive eius Vicario infra tertiam diem postquam captum fuerit. Et si infra decem dies postquam consignatum fuerit ut supra, non fuerit ei, vel eis satisfactum, ex tunc transactis illis decem diebus, praedicta capta restituantur, et relaxentur ei, vel eis, qui caeperint, vel pro quibus captae sunt. Hic repraesaliarum, seu contracambiorum usus, vetustis perítus ignotus, in Lombardia exordium habuit, Vercellis praecipue circa saeculum undecimum, et colligimus ex pluribus Chartis Archivii Civitatis, quando scilicet haec Civitas se ipsam Reipublicae in morem gubernare caepit. Cum enim cum et aliae Lombardiae Civitates, pari libertatis pruritu laborarent, et quaelibet dominandi avida, in vicinas insultaret, se vicissim Cives privata etiam auctoritate, latrociniis, et direptionibus depraedari caeperunt. Ex quo factum est, quod cum spoliatis, et damnum passis nulla iura succurrerent, ipsi sibi, alios spoliando prospicerent. Haec fuit repraesaliarum origo; quas definit Auctor Breviloqu. apud Ducangio, dicens: Repraesaliae

Lombardus.

repraesaliae dicuntur, quando aliquis oriundus de una terra spoliatur, aut damnificatur ab alio oriundo de alia terra, vel etiam si debitum non ~~solvitur~~ solvent ei. Tunc enim datur potestas isto spoliato, quod sibi satisfaciat contra quemlibet de illa terra, unde est spoliator, vel debitor. Qui mos eo usque invaluit ut Publica Auctoritate, Publicisque Sanctionibus, deinceps comprobaretur, ratusque haberetur. Hunc veluti bono publico maxime adversantem detestatur Jacobus Malvetius Chron. Brixiens. illata in Tomum 15. rer. Ital. dist. 8. cap. 115, inquiens: Per haec tempora (anno 1280) repraesaliae in singulis Civitatibus Lombardorum, concessae fuerunt. Quod factum adeo contra rem publicam invaluit, ut non duntaxat mercimonia, per nullam locam discurrerent, sed neque ad alienas Civitates ullus iter arriperet. Desiginum harum repraesaliarum abhorrendus ~~usus~~ non solum Lombardiam, sed ~~etiam~~ et totam Italiam, alias quoque nonnullas Provincias, discordiis, ~~et~~ ac malis plurimis conturbavit. Non desunt tamen magni nominis, juristae, et Politici, qui Repraesalias, veluti omnino licitas defendant, ubi publico iure indictae fuerint, justis concurrentibus causis, et conditionibus.

24. Interea ergo, nihil omittebat eorum, quae ad internam, externamque Urbis tranquillitatem, conferre poterat. Extat in Archivio Civitatis Charta diei 15. Aprilis 1236, in qua controversias, quae multo iam tempore agitabantur inter Commu-

nia

Lombardos.

Vercellarum, et Papiae, super iurisdictionem mero et mixto Imperio Modobii, Confluentiae, Palestri, Rivaltellae, et Casalogii, iubet committi nonnullis Arbitris, ibidem nominatis, amicabiliter dirimendos. Item alia diei 6. Maii 1337, in qua nomine Communis Vercellarum, dissidia, quae iam diu utrumque populum, Vercellensem et Eporediensem, agitabant, pro locis Palatii, et Piverone, in nonnullos Arbitros, ibidem nominatos, similiter compromittit. Item alia 13. Maii eiusdem anni, in qua vicissim Illustris Domini Ayma Comes Sabaudiae, et Iacobus Sabaudiae, Princeps Achaiae, Domini Civitatis Eporediae, eadem dissidia, pariter compromittunt. Extat in Corpore Statutorum Civitatis fol. 161. a tergo Rescriptum Azonis diei 14. Iunii 1337, in quo ipse magna moderatione, utens titulo Domini, sicut et alibi semper, sic se inscribit: Nos Azo Vicecomes, Mediolani, Vercellarum etc. Dominus generalis, ex certa scientia, et Arbitraria potestate, nobis concessa per Commune Vercellarum etc. Demum eius insuper auctoritate compilati sunt celeberrimi libri, ab Stemmate Vicecomitum, Bisciones appellati, et in quatuor Tomos digesti, in quos illatae sunt fere omnes Chartae Communis Vercellarum. Hac de re. Extat in Archivio Civitatis, Azonis decretum diei 29 Novembris 1337.

26. Anno 1339. die 14. vel 16. Augusti, fato cessit

Lombardus.

fato cessit singularis Azo Vicecomes, magno sui desiderio, omnibus relicto, cum esset aetatis annorum 37. duntaxat. In Principatu successerunt Joannes Episcopus Novariensis, et Luchinus fratres Vicecomites, Azonis patrui, et Magni Mathaei filii; qui Vercellis quandoque, acquisitis Civibus, veluti hereditario iure dominare perrexerunt. Asserit Paulus Jovius, penes Luchinum solummodo, rerum summam stetisse. In eadem sententia est etiam Muratorius in Annal. ad hunc annum, inquiens: o sia che Giovanni spontaneamente lasciasse al fratello, la sua parte del dominio, oppure, siccome io vo' sospettando, che Luchino maggiore d'età, ed uomo fiero, non volesse compagni nel governo; sappiamo di certo che il solo Luchino da lì innanzi fu Principe di Milano, e delle altre Città, che prima ubbidivano al nipote Azo. Nobis ex pluribus Chartis Archivii Civitatis constat oppositum, in quibus perpetuo, ab anno 1339., quo decessit Azo, ad annum 1349. quo Luchinus vitam finivit, Joannes praeponitur Luchino, et ambo simul dicuntur Domini Mediolani, Vercellarum etc. Id ipsum non semel legitur in statutis Civitatis. Et quidem in praefatione habetur: ad amplificationem reverentiae, honoris, et laudis Magnificorum Dominorum Joannis, atque Luchini de Vicecomitibus, Dominorum Mediolani, Vercellarum etc. Et fol. 161. a tergo habetur descriptum 28. Maii 1340., taliter inscriptum: Nos Joannes Dei Gratia Episcopus Novariensis,

Lombardus

et Comes, et Vicarius Generalis Vicecomitis, Civitatum et districtuum Mediolani, Pergami, Vercellarum etc. Domini generalis. Visis etc. Quod deinde claudunt formula omnino aliena, ab ea moderatione, qua inquiter in his decretis usus est Azo, his verbis expressa: Et volumus dicto Francisco, de speciali gratia complacere, omni nostra auctoritate, et de nostra plenitudine potestatis.

~~26. [illegible]~~

26. Domini de Langusco Comites Laumelli, jampridem se in territorium Vercellense receperant, ibique non parvas sibi paraverant opes, Stropianae praesertim, et Tronzani. Extant in Archivio Civitatis duae Chartae diei 29. Novembris hujus anni 1339., in quibus Zaciottus Languscus aliique ejusdem gentis, se subiiciunt omnibus fodris, et tributis quae ipsis imponentur a Communi Vercellarum, pro bonis per ipsos possessis Stropianae, aliisque in locis Districtus Vercellensis. Id ipsum praestant Domini Henricus, et Bartholomaeus fratres quondam Domini Raynerii de Tronzano, ipsi pariter Comites Palatini Laumelli, pro bonis per ipsos possessis in Burgo, et Territorio Tronzani et alibi in districtu Vercellarum, uti liquet ex duabus aliis Chartis ejusdem Archivii diei 27. et 28. Februarii sequentis anni 1340. Dominus Ottinus Avelli Dominus, et Ponzoni Marchio, a Communi Vercellarum, cogebatur pro loco

pro loco, Castro, hominibus, et territoriis Aseli, tributa persolvere, aliaque praestare, quae subditi erga Dominos solent; cum tamen ipse privilegio Henrici VII. fultus dato Januae 2. Febr. 1312. assereret se exemptum a iurisdictione Communis Vercellarum, imo plenum habere iis meri et misti Imperii in dictis Loco, Castro, et Territorio Aseli. Ut ab his molestiis se eximeret, recursum habuit ad Joannem Episcopum Novariensem, et Luchinum fratres Vicecomites, Dominos Generales Mediolani, Vercellarum etc. a quibus approbationem privilegii impetravit sub 30. Augusti 1339., et aliam sub 18. Januarii 1340., quas prolatas, exhibitasque Communi Vercellarum legimus in Charta 20. Januarii eiusdem anni 1340.

27. Hoc eodem anno 1340. Commune Vercellarum concessit hominibus Masserani Mercatum, quod ad haec usque ~~durat~~ tempora durat, habendum singulis hebdomadibus die Mercurii. Qua de re plures exstant Chartae in Archivio Civitatis, et adest in libro Statutorum ~~Eccl~~ fol. 164. a tergo, peculiare statutum de Mercato Masserani. Cum autem ibi expresse dicatur, quod huiusmodi Mercatum haberi debeat super terra iurisdictionis Communis Vercellarum, manifesto colligimus Burgi portionem Communis Vercellarum, alteram Episcopi Iurisdictioni subiectam fuisse.

28. Durabant adhuc hoc anno 1340. dissidia inter ... usque tempora durat, habendum

Lombardus.

Lombardus.

inter Commune Vercellarum, et Commune Eporediae, ob Loca Viveroni, et Palatii. Ideo res iterum in certos Arbitros compromissa est; et quidem a Dominis Aymone Sabaudiae Comite, et Jacobo Achaiae Principe, Dominis Eporediae sub 26. Maii, a Communi Vercellarum sub 9. et 23. Novembris, et a Communi Eporediae sub 11. Novembris, eiusdem anni 1340., sicuti liquet ex Chartis Archivii Civitatis, datis ut sup. Exinde hac de re diu coram Arbitris disceptatum est; qui tandem lata sententia sub 30. Julii 1342. quae extat in Archivio Civitatis, causam adiudicarunt Communi Vercellarum, perpetuumque silentium imposuerunt Communi Eporediae.

29. Lombardus Episcopus anno 1340, teste Modena in hist. Ms., sua auctoritate confirmavit Electionem Massaroli, in Abbatem S. Stephani de Cittadella, post obitum Abbatis Guillielmi de Advocatis Quaroniae. Item Emanuelem de Collobiano, filium Celeberrimi Simonis, tradita investitura, ut aiunt, dominum constituit Versunae, aliorumque locorum trans Padum, ob Patris, ut ibi dicitur, et Advocatae Gentis, in ~~Vercellensem~~ vercellensem Ecclesiam merita. Hunc Simonem fuisse ex Bondonia Gente ~~fuisse~~ Vercellensi, scribit Franc. Aug. ab Ecclesia in Chron. cap. 34. fol. 291, reprehendens Corbellinum, qui eum asseruit fuisse a Gente Massarola.

30. Anno 1341. Joannes Episcopus Novariensis, et Luchinus

Lombardus.

et Luchinus Fratres Vicecomites, bonam partem et Vicariatum Mediolani, aliarumque Urbium, Imperio vacante, a Benedicto Pontifice obtinuerunt, sub annuo censu, et nonnullarum satisfactionum praescripto. Eorum exemplo Vercellenses pariter misso Advocatorum deprecatore, ob excommunicationem, et interdicto, quibus suppositi erant, quod Mattheo Vicecomiti, Ludovico Bavaro, et Petro de Corbario Antipapae favissent, Clerum tributis onerassent, Ecclesias expilassent, bona Ecclesiarum invasissent, liberati sunt, debitarum satisfactionum polliciti, de qua infra. Extat hac de re in Archivio Civitatis Charta mandati, seu Sindacatus, quae sic habet: In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem MCCCXL. inditione VIII. die Lunae VI. mensis Novembris, Pontificatus sanctissimi Patris et Domini Domini Benedicti Divina Providentia Papae XII. anno VI. in Praesentia mei Notarii Publici, et testium infrascriptorum, in Palatio Communis Civitatis Vercellarum, ibidem existente Nobili Viro Domino Protaxio de Cajxinis de Mediolano Milite, Potestate ejusdem Civitatis Vercellarum, Pro Magnificis Dominis Domino Ioanne Episcopo Novariensi, et Domino Luchino Fratribus de Vicecomitibus de Mediolano, ipsius Civitatis Vercellarum Dominis Generalibus, in publico et Generali Consilio Communis, et Universitatis hominum ejusdem Civitatis, sono Campanae, et

MCCCL.

Lombardus.

congregato et convocato

et voce praeconia, more solito, convocato ~~et con-~~
~~gregato~~ in eodem Palatio, prout fieri consuevit
in maioribus, et arduis negotiis ipsius Civitatis,
pro infrascriptis specialiter explicandis, et exequendis.
In quo quidem Consilio interfuerunt duae
partes, et ultra consiliariorum, et hominum
eiusdem Consilii, et Universitatis ipsius Civi-
tatis Vercellarum, cum numerus Consiliariorum,
seu Credentiariorum Consilii dictae Civita-
tis consistat Consiliariis, et Credentiariis ducen-
tis, ex quibus constat plenitudo dicti Con-
silii etc. Ipse Dominus Potestas una cum
iisdem Consiliariis, et Decurionibus, ipsique om-
nes una cum eodem Domino Potestate, in om-
nibus et singulis infrascriptis auctoritatem prae-
stante, et decretum solemniter interponente,
et quilibet eorum concorditer suo nomine,
et nomine, et vice Communis, Universitatisque,
et omnium hominum, et Personarum dictae
Civitatis, et Districtus eiusdem, quos tangit,
vel tangere potest negotium infrascriptum,
fecerunt, et faciunt unum, et cuiusque eorum,
et dictae Civitatis, Communitatis, et Uni-
versitatis Procuratorem, et Sindicum, et quid-
quid melius esse potest, providum Virum
Guidolum de Calice natum quondam
Domini Benedicti, Civem Mediolanensem,
ad devote et humiliter comparendum ~~pro~~
coram Sanctissimo Patre et Domino Bene-
dicto Divina Providentia Papa XII. et coram Sacro
Collegio

et coram Sacro Collegio Reverendorum Patrum Do-
minorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium, et
quolibet alio, ab ipso Domino Papa, deputato, seu
deputando, et ad offerendum dicto nomine, quod
ipsa Civitas, Universitas, et Communitas erit, et
permanebit devota et fidelis Sanctitatis Domini Nostri
Papae praedicti, sicut Christi Vicarii, et Sanctae
Matris Ecclesiae, sicut caeteri fideles, et Catholi-
ci Christiani, et ad promittendum, et iurandum
dicto nomine in animas dictorum constituen-
tium, quod tenebunt et servabunt mandata
Ecclesiae, super quibuscumque excessibus, per eos
contra Romanam Ecclesiam perpetratis, et etiam,
quod eos, vel similes de caetero non committent,
et ad dicendum, et protestandum, quod non
credunt ad Imperatorem spectare, Papam depo-
nere, et alium ponere, sed hoc haereticum putant,
et haeresim per Ecclesiam damnatam, quam
et ipsi constituentes, quantum ad eos spectat,
anathematizant, et damnatam reputant secun-
dum determinationem Ecclesiae, et quod ex-
pellent, et exterminabunt de dicta Civitate, et
eius districtu pro viribus, universos haereticos, ab
Ecclesia de haeresi denotatos, et manifestos schis-
maticos, salvo quod in iis non includantur Ver-
cellenses, et alii damnati, ut dicitur, in suprascriptis
processibus, donec commissio de nullitate, vel vigo-
re, et iniustitia, vel iustitia ipsorum processu-
um fienda per dictum Dominum Papam, et
ipsorum processuum discussio pendebit. Item

Lombardus.

Item quod non adhaerebunt Ludovico de Bavaria damnato, nec alicui Antipapae, vel schismatico, scienter, nec eorum sequacibus, vel complicibus, nec eis scienter dabunt auxilium, consilium, vel favorem directe, vel indirecte publice, vel occulte, nec eos scienter receptabunt in Civitate praedicta, nec in aliquibus terris suae iurisdictioni suppositis, quousque ad Ecclesiae redierint unitatem, et gratiam, nec aliquem, vel aliquos, qui venerint sub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, vel alterius tituli pro eis vel eorum altero, sine approbatione, aut contra mandata Romani Pontificis, qui est vel pro tempore erit, sed contra eos pro posse stabunt, et eisdem resistent in favorem Sanctae Matris Ecclesiae et Domini Papae, et successorum Canonice intrantium, et quod recipient et curialiter tractabunt nuncios, et gentes Domini Summi Pontificis, et Sanctae Romanae Ecclesiae, et suorum successorum Canonice intrantium, transeuntes per ipsam Civitatem, vel loca eorum iurisdictioni subiecta, vel subiicienda, ipsosque protegent, et defendent, dummodo transeant pacifice, et sine fraude, et sicut alii: et quod Universos Episcopos, Abbates, Priores, Praepositos, Canonicos, Archidiaconos, Archipresbiteros, Presbyteros, Clericos Regulares, vel Saeculares Ecclesiarum, et Ecclesiasticas personas Gaudere permittent, nec impedient quominus gaudeant omnibus suis libertatibus, redditibus, iuribus, pertinentiis, et obventionibus

et obventionibus universis, in dicta Civitate, et aliis terris, eorum iurisdictioni suppositis, quantrum in eis fuerit, ipsisque collectas non imponent, nec ab eis exigent, nec dabunt imponentibus, vel exigentibus auxilium, consilium, vel favorem per se, vel per alium, seu alios, directe, vel indirecte, nisi inimici eorum vel rebelles ipsi=ius Civitatis existerent, quos recipere non pro=mittunt, nisi primitus ad pacem, et concordiam pervenerint cum eisdem; et quod omnia et singula promissa, et iurata per ipsium Sindicum, seu Procuratorem, ratificabunt, et approbabunt in Consilio Generali ipsius Ci=vitatis, et ea promittent expresse per Sindi=cum ad hoc constitutum; — Et ad sponte Confitendum, et recognoscendum Procuratorio no=mine suprascripto, quod dudum dicta Civitas Vercellarum, et eius districtus, ac homines, et habi=tatores eorumdem Civitatis, et districtus, fuerunt, et steterunt sub Dominio, et subiectione, et obedien=tia quondam Domini Matthaei de Vicecomitibus de Mediolano, etiam contra Romanam Ecclesiam, non tamen in heresi, neque in alia fautoria alicuius heresis, etiam temporibus quibus dicitur, quod ipse Dominus Matheus fuit in Rebellione eiusdem Romanae Ecclesiae, et ei obedivierunt, et dictis temporibus paruerunt prout subditi Domino fuere consueverunt, et ut tali faverunt eum in Dominio praedicto, et praeminentiis, totis viribus defendendo ab omnibus eum volentibus im=

=pugnare,

Lombardus.

Lombardus

impugnare, et desicere de dominio supradicto, et exercitus, et cavalcatas ad eius voluntatem, et mandatum faciendo contra omnes, et singulos rebelles, et inimicos ipsius, subsidia pecuniaria ei praebendo, et collectas, et taleas persolvendo ad impositionem, et voluntatem ipsius, et alia etiam onera supportando, atque subsidia praedicta pecuniaria eidem praeberent, et solverent dictas taleas et collectas, et alia onera supportarent, non voluntarii, sed inviti, et adstricti ei tanquam Domino obedire, et in diversis aliis etiam eidem favendo, ad mandatum ipsius Domini Mathei, videlicet secundum possibilitatem ipsorum, praeterquam in haeresi vel aliqua fautoria alicuius haeresis, in quibus nunquam eidem obediverunt, nec favorem aliquem praestiterunt; Item ad confitendum, et recognoscendum etiam, quod dicta Civitas, communitas, et homines, et habitatores eiusdem Civitatis, et eius districtus fuerunt aliquibus temporibus obedientes, et faventes Ludovico de Bavaria, etiam in Coronatione ipsius facta in Civitate Mediolani, scientes ipsum tunc temporis esse rebellem Sanctae Romanae Ecclesiae, et ei tanquam Regi Romanorum, et se nominanti Imperatorem, licet non esset per sanctam Romanam Ecclesiam approbatus, faverunt, obediverunt et intenderunt sicuti supra dictum est, in omnibus praeterquam in haeresi vel aliqua fautoria, seu specie alicuius haeresis,

Lombardy.

heresis, in quibus numquam eidem Ludovico, vel alicui alii obedierunt, nec favorem aliquem praestiterunt, et etiam obedientiam, et favorem praedictos, uti dictum est, eidem Ludovico praestiterunt non voluntarii, sed inviti, et coacti quandoque per dictum Dominum Matthaeum, quandoque per ipsum Ludovicum, seu gentes eiusdem, et quandoque propter timorem aliorum; Item ad recognoscendum, et confitendum nomine suprascripto, quod dudum Civitas, Communitas, Cives, homines, et habitatores eiusdem Civitatis, et eius districtus, aliquibus temporibus scienter receperunt nuncios Petri de Corbario Antipapae, tempore quo in humanis agebat bonae memoriae Dominus Joannes Papa XXII. et Praedicatores etiam praedicantes contra Dominum Joannem Papam praedictum, et eis favierunt ipsos ut tales honorabiliter recipiendo, et eis reverenter obediendo, ipsosque favorabiliter tractando, non tamen in heresi, vel in aliqua fascetoria alicuius haeresis, neque eis, vel alicui eorum in aliqua haeresi, vel in specie alicuius haeresis, seu contra Catholicam fidem, favorem, vel auxilium aliquod ullomodo praestiterunt, nec etiam numquam crediderunt dictum Petrum de Corbario fuisse, vel esse verum Papam, nec dictos nuncios fuisse, vel esse nuncios veri Papae, et suam recognitionem, obedientiam, et favorem huiusmodi, ut dictum est, praestiterunt, et fecerunt non voluntarii, sed

Lombardus.

sed inviti, et coacti, et propter timorem, ut de aliis et praemissum; Item quod in dictis Civitate et eius districtu fuerunt aliquatenus Clericis, et Ecclesiasticis personis, Secularibus, et Regularibus dictae Civitatis et Dioecesis impositae talliae, et collectae, et nonnulla alia onera, temporibus, quibus dicta Civitas fuit recta per dictum ~~Dominum~~ Matheum, seu ad petitionem ipsius, vel per dictum Ludovicum, seu ad petitionem ipsius Ludovici de Bavaria, et per officiales tunc praesidentes dictae Civitati, exactae, et exacta etiam ab invitis, et contra iura, et contra Ecclesiasticam Libertatem patientibus, ~~seu potius~~ non contradicentibus, sed potius assentientibus ~~assentientibus~~, et non contradicentibus dictis Rectoribus in illis Communi, et populo dictae Civitatis; et ad supplicandum pro eis, et ipsorum nomine, Sanctitati eiusdem Domini Papae, quod sua solita Clementia dignetur, et velit adhibere remedium opportunum circa amotionem, et abolitionem, et relaxationem quorumcunque Interdictorum, et Processuum, et sententiarum, et absolutionem ipsorum, Apostolica ordinaria, vel delegata, sive quavis alia auctoritate factorum, et latarum ab homine, vel a iure, tempore bonae Memoriae Domini Ioannis Papae XXII. Praedecessoris sui, contra Civitatem Vercellarum, eiusque Dioecesim, et Districtum, et Communitatem, et Universitatem, et Cives, et incolas, seu habitatores eorumdem, et fautores, et sequaces eorum, in ipsis processibus, sive expresse sive generaliter,

Lombardus.

et alios qualitercumque comprehensos, tam Clericos quam Laicos, tam mortuos quam viventes, et absolvere, et liberare eos ab omnibus irregularitatibus, et excommunicationum, suspensionum, et Interdictorum sententiis, et Sacramentis, periuriis et poenis ~~aut~~ aliis quibuscumque iuris, vel hominis, quae incurrisse dicerentur, vel reperirentur, seu dici possent propter aliqua acta, commissa, aut facta, seu omissa per eos a die Creationis praefati Domini Ioannis Praedecessoris mei usque ad diem praesentem, dictasque Communitatem, et singulares personas, et singulariter et Universaliter habilitare, et restituere ad honores, famam, privilegia, et statum pristinum, iura, bona, et alias plenarie in integrum non obstantibus supradictis, vel aliquibus confiscationibus, alienationibus, et distractionibus, quae factae reperirentur quomodolibet, de aliquibus bonis, vel rebus, aut iuribus eorundem, vel alicuius eorum etc., et etiam ad fideiubendum pro praedictis Dominis Ioanne, et Luchino, si opus fuerit, in quibuscumque obligationibus, et promissionibus, quae fient per eos vel eorum nomine, Domino Nostro Papae, et Ecclesiae Romanae etc. Concedentes eidem Procuratori, et Sindico, quo supra nomine, plenum, liberum, Generale, et speciale, mandatum, plenam, liberam, et Generalem, et specialem administrationem, in praemissis, et quolibet praemissorum, et connexis etc. promittentes insuper et iurantes in manu mei Publici infrascripti Notarii,

Lombardus-

stipulantis nomine Romanae Ecclesiae, et cuiuscumque interesse poterit, iudicio sisti, et iudicatum solvi cum omnibus suis Clausulis, sub omnium dictae Civitatis, et Universitatis obligatione bonorum, et perpetuo rata, et grata habere, et inviolabiliter observare, quaecumque ipse Procurator, seu Sindicus fecerit, et dixerit in praemissis, renuntiando etc. Acta fuerunt haec in suprascriptis Civitate, ac Palatio, praesentibus etc. Ego Franciscus de Sancto Zenone Clericus Mediolanensis, publicus Auctoritate Imperiali notarius, praedictis Constitutioni, ordinationi, nec non omnibus aliis supradictis, dum sic agerentur, praesens interfui, eaque omnia, et singula in hanc publicam formam redegi, meoque solito signo signavi in testimonium praemissorum rogatus. Hoc mandati Instrumentum, repetitum legimus in Bulla mox proferenda, de verbo ad verbum.

31. Qui quidem Guidolus de Caliro, praefatis litteris procuratoriis instructus, Avenionem profectus, omnia coram Benedicto Papa XII. ex ordine exposuit, sicut in mandatis habebat, humiliter praemissis debitis promissionibus, et protestationibus, veniam, et absolutionem petens. Caeterum quae ibi gesta fuerunt, recitare praestat verbis bullae quae hac de re, inde prodiit sub 16. Maii 1341.: Quibus quidem, habet Bulla, confessionibus, recognitionibus, promissionibus, et protestationibus per eumdem Sindicum dictorum Communium, Universitatum, et singularium personarum, eorumdem Civitatis, Comitatus, et districtus Vercellarum nomine factis, praefatus Sindicus praedicto nomine veniam, gratiam, et

Lombardy.

gratiam, et misericordiam nostram, et eiusdem Romanae Ecclesiae, ac Apostolicae Sedis reverenter exposcens, nobis cum omni humilitate, devotione, et ac reverentia flexis genibus supplicavit ut cum singulares personae Communium, et Universitatum praedictarum, propter eorum multitudinem, multorum paupertatem, et ipsorum Communium propter mortales inimicitias, quas habent, se non possint commode Apostolico Conspectui praesentare pro petendo absolutionis beneficio, a poenis et sententiis, quas propter praemissa, et eorum occasione quomodolibet incurrisent, ipsique verum et sincerum propositum habeant poenitendi, et persevarandi in praemissis omnibus per dictum Sindicum praedicto nomine promissis, Communibus, Universitatibus, et ac singularibus personis praedictis, earumque Rectoribus, et fautoribus, seu dantibus eisdem auxilium, Consilium, vel favorem ob Interdictorum, Excommunicationum, et privationum, aliisque poenis, et sententiis quibuscumque iuris vel hominis, spiritualibus, et temporalibus, ideoque perinvriorum ~~[illegible]~~ realibus, quas et quae, Communia, et Singulares personae praedictae, propter praemissa in Instrumento, et capitulis praedictis expressa, et contenta, vel eorum occasione, vel quia terras aliquas invasisse dicuntur, ad Romanam Ecclesiam pertinentes, quomodolibet incurrisent, de absolutionis, et restitutionis in integrum, ad honores, bona, iura, privilegia, libertates, immunitates, status, et famam, necnon et abolitionis ~~et~~ inhabilitatis cuiuslibet,

Coribondus,

et infamiae, ~~et~~ beneficii providere misericorditer, ac interdicti, quibus ~~Communitas~~ Communità, Civitates, Castra, Villae, ~~limitu~~ terrae ~~4~~, Comitatus, districtus, et loca praedicta, praemissorum, aut aliquis eorum occasione, quomodolibet subiacerent, relaxare de consueta ipsius Sedis Clementia, et misericordia dignaremur, offerens et promittens Sindicus antedictus, iuramento per eum super hoc praestito, nomine, et in animas dictorum constituentium, corporali, quod Communia, Civitas, Castra terrae, Villae, et loca, necnon singulares personae ipsorum, super praemissis omnibus, et singulis excessibus, inobedientiis, et contumaciis expressis in Capitulis supradictis, stabunt et parebunt in omnibus, et per omnia nostris, et Ecclesiae beneplacitis, et mandatis, ac suscipient humiliter observabunt, et complebunt mandata huiusmodi, ac etiam poenitentias, quas singularibus personis praedictis, duxerimus infligendas pro praemissis et eorum singulis, seu etiam imponendas, et in animas praedictorum, quorum est Procurator, et Sindicus, ad sancta Dei Evangelia ibidem corporaliter manu tacta, iuravit quod ~~iuravit quod~~ Communia praelibata, praedicta omnia, et singula per eum promissa praedicto nomine et iurata prout supra expressa sunt, tenebunt, complebunt, et inviolabiliter observabunt, ac non contravenient, ~~vel~~ facient per se vel alium, seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte, illaque praedicti Communae ipsius Civitatis ratificabunt, approbabunt, et ex certa scientia

Scientia confirmabunt; ac ratificationem, approbationem, et confirmationem huiusmodi, Nobis, et ~~Sedi~~ Apostolicae, per Instrumentum publicum, Sigillo dictorum Communis sigillatum, infra terminum competentem, quem ordinandum duximus, destinabunt ——— Nos igitur recognitionibus, promissionibus, obligationibus, protestationibus, et iuramentis praedictis benigne admissis, more Pii Patris, iniuriarum, et offensarum receptarum immemores, ubi ad hoc contritionis, humilitatis, et verae poenitentiae congruentia accedant signa, et propterea cum communibus, ~~et~~ hominibus praedictis, quorum dictus Guidotus, Sindicus, et Procurator existit, ut erga nos, et Sedem eamdem constantioris devotionis fervore in posterum habeantur, misericorditer super praemissis, de fratrum nostrorum Consilio providere intendentes, Universitatis, et Communis Civitatis ~~Vercellarum~~ Vercellensis necnon Castrorum, Villarum, Terrarum, ~~Villarum~~ Comitatus, et districtus praedictorum, ad obedientiam, gratiam, et mandata nostra, et Romanae Ecclesiae recipimus gratiose, ac dictas Singulares Personas Civitatis, Castrorum, Villarum, Terrarum, Locorum, Comitatus, et districtus praedictorum in eodem Sindicatus, et procurationis Instrumento expressas etc. praestito prius coram Nobis ab eodem, et Sindico procuratore, ~~et~~ nominibus singularum personarum praedictarum, et aliorum, quorum interest, et praemittitur, de parendo super his mandatis ~~et~~ Ecclesiae, atque nostris,

Lombardia.

Lombardus

corporaliter iuramento, auctoritate Apostolica ~~absolutionem~~ absolvimus etc. (sequitur formula amplissimae absolutionis). Porrò ut Communi, Populo, et singularibus personis Civitatis, Comitatus, et districtus praedictorum, et eorum posteris in perpetuum, de praemissis commissis excessibus, et similibus de caetero evitandis, ac non de tanta gratia, et veniae beneficio, super praemissis obtento, de Clementia dictae Sedis, Memoria perpetua relinquatur, volumus, et Apostolica auctoritate ordinamus, ipsisque Communi, Populo, et hominibus huiusmodi Civitatis, districtus iniungimus per praesentes, ut ipsi Commune, Populus, et homines, nomine poenitentiae pro praemissis, aedificari, seu construi faciant sumptibus eorumdem, in dicta Civitate Vercellensi, unam pulcram, et decentem Capellam, iuxta Maiorem Cathedralem Ecclesiam dictae ~~dictae~~ Civitatis, ad honorem almi Confessoris Beati Benedicti Abbatis, et eius vocabulo insignitam, in qua unus presbyter, perpetuus Cappellanus, et unus Minister instituantur, qui in ea divina quotidie debeant celebrare, et quod ipsam Cappellam Libris, Calicibus, Crucibus, Vestimentis, paramentis, et aliis ornamentis ad cultum divini Numinis opportunis, et decentibus muniant, et ea manuteneant, et faciant effectualiter in perpetuum, quotiens fuerit opportunum, quodque pro dote dictae Capellae, tot possessiones emant, ex quibus fructus, et redditus et proventus

Lombardos.

proventus provenirent ad summam triginta florenorum auri communiter annis singulis ascendentes, in sustentatione et dotatione huiusmodi divinorum; et quod ipsi Commune, Populus, et homines, quolibet anno in festo eiusdem Beati Benedicti, ac Rectores, seu Regimina dictae Civitatis qui erunt pro tempore, voce praeconia Populo dictae Civitatis generaliter invitato, et convocato, ad dictam Capellam conveniant, et missam ibidem solemniter audiant, in qua proponatur populo verbum Dei, in quo habebitur memoria tantae gratiae indultae ipsis misericorditer a sede Apostolica pro praedictis, et de tot, et tantis excessibus, et delictis per eos, ut praemittitur, perpetratis; et quod ipsi Commune in die festivitatis eiusdem Beati Benedicti singulis annis in perpetuum, ad hoc, ut nec culpa commissa per eos, nec gratia veniae illius recepta a sede praedicta, de Vercellensium memoria, valeat aboleri, faciant unam elemosynam in Civitate Vercellensi, mille personis pauperibus, cuilibet personae videlicet de uno pane bono, et convenienter albo, ponderis duodecim unciarum pro quolibet; et quod pro huiusmodi elemosyna perpetuo facienda et manutenenda, ipsi Commune, Populus, et homines Civitatis eiusdem, tot emant praefatae Capellae annuos redditus, praeter redditus Capellani praedicti, quod ex eis possit dicta elemosyna, perpetuo sine defectu, fieri et realiter adimpleri; quodque in casu, in quo non reperirentur

et in sustentatione dictorum Capellani, et Clerici qui ei assistat in celebratione huiusmodi divinorum;

Lombardy. ~~reperientur~~ reperientur dic huiusmodi festi, in Civitate prae-
dicta, tot pauperes, qui suffecerint ad dictam eleemo-
synam capiendam; ipsi Communi, id quod
superierit a pauperibus, qui in dicta eleemosyna
interfuerint, dispensare faciant et largiri inter
pauperes verecundos Civitatis eiusdem; et quod prae-
dictam Cappellam construi faciant, et libros et
Cruces, Calices, ornamenta, vestimenta, et alia
paramenta ecclesiastica ipsi Capellae dent,
et assignent, ac redditus huiusmodi emant tam
pro Capellano, et Ministro, quam pro eleemosy-
na supradictis, intra duos annos a data prae-
sentium computandos. Volumus insuper quod
ipsi Communis praefatae Civitatis, praemissa
omnia et singula etc. infra tres menses a data
praesentium computandos, in eorum pleno, et
generali Consilio etc. ratificare, approbare, confir-
mare etc. et de ratificatione, approbatione etc. in-
fra duos menses, praedictos tres immediate sequen-
tes, nos certificare effectualiter teneantur etc. Si
vero praefati Communae dictae Civitatis prae-
missa omnia, et singula etc. non ratificarent et
approbarent etc. ac Instrumentum publicum
de ratificatione, approbatione etc. Nobis et Sedi
praedictae non miserint, ac dictam Capellam
~~non~~ non aedificaverint, et eam libris, Calici-
bus, Crucibus, paramentis, Vestimentis Ecclesiasticis
et ornamentis huiusmodi non munierint, ac
redditus pro dote ipsius; et sustentatione Cap-
pellani et Ministri praedictorum, ac dicta eleemo-
syna

Lombardus.

eleemosynas faciendas, non curarint ut praefertur infra terminos praelibatos, volumus et auctoritate Apostolica decernimus, quod praefati Commune Civitatis, necnon Comitatus et Districtus ipsius, Universitates et homines eorumdem, in easdem poenas, et sententias, quibus subiacebant antea, recidant ipso facto etc. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum acceptionis, absolutionis etc. infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Avinione XVII. Kal. Junii Pontificatus nostri anno VII.

32. Narrat Reynald. ad hunc annum N.° 28, quod Bergomenses pariter, Papienses, Cremonenses, Comenses, Novarienses, aliique Lombardiae Populi, eamdem absolutionem sub iisdem conditionibus, a Benedicto Papa impetrarunt, et cum iis etiam Mediolanenses, quibus tamen mandatum fuit, ut nomine poenae (Rainald. ibid. n.° 19.) duas ad honorem S. Benedicti Abbatis, Cappellas construerent, una in Ecclesia Cathedrali, et in Basilica S. Ambrosii alteram, quarum quaelibet Sacerdotem, et Clericum habeat, congruente statuta dote, pro quotidiana missae celebratione; et panes bis mille, totidem pauperibus distribuerent, singulis annis, in festo eiusdem Sancti.

33. Vercellenses pro uno Sacerdote et Clerico, assignatis possessionibus, pro congrua eorum sustentatione,

Lombardus-

-quae adhuc extant, duobus ad id institutis Beneficiis Ecclesiasticis, constituerunt; sed capellae constructionem neglexerunt, et proventus pro supellectilibus, ornamentis, aliisque necessariis ad ipsius celebrationem, com-parandis assignare non curarunt. Habetur in Archivio Civitatis Bulla diei 21. Novembris 1458, in qua Pius II. absolvit Commune Vercellarum, et terras eius districtus, ab Censuris, in quas ob huiusmodi negligentiam, et omissionem, inciderant, et insuper obligationem erogandi quot annis in festo S. Benedicti, mille panes, mille pauperibus Civitatis, commutat in florenos decem Mediolanenses, dandos quotannis ad usum pauperum Hospitalis Maioris. Quam absolutionem, et commutationem com-misit Archidiacono Cathedralis, alia Bulla eiusdem diei, quae habetur in eodem Archivio. Caeterum nec deinceps Commune Vercellarum Capellam construi curavit, nec redditus pro supellectilibus, et ornamentis constituit. Et ideo Capellanus non quotidie, sed bis duntaxat in singulas hebdomadas celebrat, liberalibus quidem eiusdem Cathedralis impensis. Paulo post Lombardorum reconciliationem hoc est die 25. aprilis, anni sequentis 1362. Benedictus XII. ad Deum transiit, sanctitatis, et doctrinae fama inclytus, eique successit die 7. Maii eiusdem anni Clemens VI. dictus antea Petrus Rogerius Monachus Benedictinus, Cardinalis SS. Nerei et Achillei tit. Fasciolae.

34. Eodem anno 1362. adhuc durabant dissidia Episcopum Lombardum inter et Commune Vercellarum. Id colligimus ex duobus Chartis Archivii Civitatis.

Lombardus

Civitatis. Una diei 4. Iunii continet mandatum a Communi factum Dominis Ioanni de Guidelardis Iurisperito, Viviano Besutio, et Simoni Gregorio Notariis Vercellensibus, ut componerent discordias vertentes cum Domino Episcopo, et interim appellent a Sententia Excommunicationis Lata a Domino Castellino Russiano Canonico Bugellensi, Delegato Domini Lombardi Episcopi sub 29. Martii eiusdem anni. Controversias nihilominus compositas non fuisse, eruimus ex alia Charta diei 24. Aprilis, anni sequentis 1343, in qua legimus tunc demum post obitum Lombardi, excommunicationum iuridictionem, absolutione sublatam fuisse a Domino Henrico de Castellengo Canonico Vercellensi, et Vicario Generali Capitulari. Altera Charta est diei 9. Martii 1343, et habet preces Dominorum de Blatino, atque Communium, hominumque Blatini, et Borianae, asserentium huiusmodi loca, ferro et igne vastata fuisse a Bugellensibus, mense Maii 1341. et itterum mense Iunio 1342., illuc violenter magna armatorum manu ingressis, et petentium a Communi Vercellarum, remissionem ob id vectigalium inde decursorum, et deinceps aequam eorum imminutionem. Cui petitioni Communes Vercellarum assensisse tradit eadem Charta. Bugellenses itaque tum temporis pro Episcopo stabant: e contra Domini, Communia, et homines Blatini, et Borianae, quamvis districtus Bugellensis, Communi Vercellarum parebant. Facile est inde perspicere, Bugellenses iam ipso milite, eos velato

Lombardus.

velati ~~refractarios~~ & velati refractarios, et Episcopo rebelles, insectatos fuisse.

36. Anno demum 1343. die 9. aprilis, Lombardus Episcopus, post edita miras constantiae, et fortitudinis adversus Vicecomites, et Commune Vercellarum, cum quibus ob iurisdictionem Vercellarum, et Comitatus, perpetuis contendebat bellis, insignia documenta, exul decessit Bugellae, ibique in Ecclesia S. Stephani, sepulturam habuit. Anno 1534. teste Sperurio fol. 205. cum altare, apud quod eius corpus conditum fuerat, dirutum esset, repertum est Epitaphium sepulcrale sequens, quod eximiam laudatissimi huius Praesulis virtutem, et fortitudinem pandit.

Mille trecentis quadraginta cum tribus annis,
A saeclo vitae migragis Episcopus iste!
Aprilis die nono, sicut carmine prono,
Ternono mensis post hoc, Febrisque sequentes,
Hac positus petra, signant praesentia metra.
Qui viguit fama clara, nunc aret in ara,
Flos Lombardorum, Lombardus, flos dominorum,
Stirpeque magnati de Turre Mediolani,
Quem genus, et mores, virtutes, sensus, honores,
Ordine dictari meruerunt Pontificali.
Urbis erat Praesul Vercellarum, exitit exul,
A quibus obsessus multum fuit, at non oppressus,
Illis atque manum porrexit Mediolanum.
Hic bene artavit, Bugellam fortificavit
Turribus, et muris, quibus non defuit ullis;
Fortia Castra fuit de novo, plura refecit.

Illis

Expulit inde grumos, protexit undique terras,
Tota sub magnis posita regione tyrannis,
Magnanimo nam corde, resistit solus in orbe.

36. Placuit ex Archivio Monasterii Monialium S. Petri Martyris huius Civitatis, hic transcribere Chartam electionis Abbatissae Monasterii S. Petri de Lenta, eiusque confirmationis factae ab Episcopo Lombardo. Plura enim ibi scitu dignissima continentur.

„ In Nomine Domini. Amen. Anno Nativita-
„ tis eiusdem MCCCXXXI. Inditione XIV. die XII.
„ Mensis octobris. Quanta Ecclesiis ex ipsarum voca-
„ tione diuturna, damna proveniant, quanta etiam
„ ipsarum prolixa vacatio, dispendiosa solent animabus ~~diminu~~-
„ ~~m~~ afferre, ex transacti consideratione temporis evi-
„ denter intelligit, qui prudenter attendit. Et ideo
„ provide voluerunt Sancti Patres, et Canonum con-
„ ditores, ut celeri, et utili provisione Pastoris, gregi „
„ Dominico consulatur, per cuius providentiam cir-
„ cumspectam grex ipse reservetur a noxiis, et sa-
„ lubribus proficiat incrementis. Nos igitur Lom-
„ bardus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus
„ Vercellensis et Comes, notum facimus universis
„ praesentem paginam inspecturis, quod vacante
„ Monasterio S. Petri de Lenta ordinis S. Bene-
„ dicti, Vercellensis Diocesis, Abbatissa, seu Regimine
„ Abbatiae, per liberam renuntiationem in manibus
„ nostris factam per Dominam Peronam olim Ab-
„ batissam Monasterii memorate, Religiosae Dominae
„ Moniales, et Conventus dicti Monasterii, volentes
„ quod dictum Monasterium propter vacationem

Lombardus. ii

"diutinam, suae viduitatis incommoda deplorasset, die
"ad eligendum praefixo in unum convenientes pro
"futurae electione Abbatissae, per viam compromissi
"eidem Monasterio de Abbatissa providere, concor-
"diter decreverunt, discretis viris Jacobo de Codecapra
"Canonico, et Praesbytero Antonio Ilardito Capellano
"Ecclesiae Bugellensis potestatem plenariam conce-
"dentes eligendi concorditer Abbatissam...... prout-
"que electionem ipsam in communi publica-
"rent; qui concta potestatem, et formam sibi tra-
"ditam, habito tractatu, et colloquio plurium per-
"sonarum, tandem concorditer Religiosam
"Dominam Sororem Agnesinam de Cutallis de Bu-
"gella monacham Monasterii praedicti, vitam Mo-
"nachalem ibidem expresse professam, in eiusdem
"Monasterii Abbatissam, Canonice elegerunt, ip-
"samque electionem in communi coram Monialibus,
"et conventu praedicto, solemniter publicarunt, facien-
"tes tamen dictae monialis et conventus, decretum
"electionis praedictae, eidem electae per procuratores
"idoneos praesentari, et eidem cum instantia, et hu-
"militate supplicari, ut electioni de se factae, suum
"dignaretur praebere consensum; dicta vero Domi-
"na Agnesina super praemissis deliberatione ha-
"bita diligenti, Sapientium, et religiosorum Com-
"municato Consilio, De omnipotentis Dei miseri-
"cordia confidens, Divinaeque Providentiae resistere
"non intendens, praedictae electioni suum prae-
"stitit consensum. Quam quidem electionem et
"Instrumentum dicti consensus, una cum aliis..

Lombardus.

„cum aliis Instrumentis dictam electionem contin-
„entibus, postmodum iidem Electores, Sindici ad hoc
„ab ipsis Monialibus, et Conventu, specialiter consti-
„tuti, Nobis praesentarunt, nos cum instantia
„requirentes, ut Electionem huiusmodi, velut Ca-
„nonicam, et de persona idonea, celebratam con-
„firmare dignaremur. Nos vero competenti instruc-
„tione recepta, a monialibus Antiquioribus Mo-
„nasterii praelibati, super dictae electionis forma,
„ac etiam electae Conversationis, et vita, per
„nostras patentes litteras, in dicto Monasterio man-
„davimus proponi publicum vocationis Edictum,
„ut quicumque vellet se opponere Electioni praedi-
„ctae, seu etiam personae electae, deberet certo
„termino, ad hoc praefixo peremptorie, legitime
„comparere, alias termino iam dicto elapso, prout
„foret canonicum, procederetur in dicto negotio, cu-
„iuspiam absentia non obstante. Nos igitur licet
„in termino praedicti edicti proposito iam diutius
„elapso, nec infra terminum praedictum, nec etiam
„post, nullus oppositor coram nobis comparuerit,
„qui contra electionem huiusmodi, vel Electionis
„formam, seu personam Electam, aliquid vo-
„luerit opponere, dicere, vel allegare, attendentes
„tamen verbum Apostoli dicentis, nemini cito
„manum imponas, ad ea quae exequenda pre-
„stant, sicut debuit, ex officio nostro duximus pro-
„cedendum; sufficiente autem per Nos exami-
„natione praemissa circa formam electionis prae-
„dictae, et personam Electam, Nobis etiam ~~solemniter~~ solerter

Lombardus.

„inquirentibus de modo electionis, studiis eligentium
„et meritis personae Electae, invenimus electionem ip-
„sam de persona, scientiae, morum, et aliarum
„virtutum titulis multipliciter insignita, et omni
„exceptione maiori, in aetate legitima, et in Regula-
„ri vita S. Benedicti laudabiliter instructa, ac Mo-
„nachalem vitam, in eodem Monasterio, ex professo
„ipsa, in spiritualibus, et temporalibus circumspecta, pro-
„ipse Canonice celebratam, per cuius industriam
„circumspectam, propinquorum, et amicorum
„suarum auxilium, et favorem, status eiusdem
„Monasterii, feliciter conservari poterit, et augeri,
„attendentes igitur iuxta censuram Canonis, electio-
„nem canonicam, et de persona idonea celebratam,
„debere merito confirmari, ac providere
„volentes ipsarum electae, et eligentium annuere
„iustis votis, visis et diligenter examinatis decreto
„electionis praedictae, et instrumento praedicti con-
„sensus, et dicti Compromissi facti, et potestatis
„concessae Electoribus suprascriptis, et omnibus aliis
„Instrumentis, et litteris occasione dictae electionis fac-
„tis, et habitis, et persona ipsius Electae diligenter exa-
„minata, et habitis etiam in praemissis, tractatu,
„et deliberatione matura, ac Communicato Consilio
„Cum Reverendo viro Magistro Eusebio de Erousano,
„Maiore Ecclesiae Vercellensis, Commissario, et dele-
„gato in hac parte, Archidiaconi, et Capituli eiu-
„sdemque Ecclesiae Vercellensis, et de ipsius expresso Con-
„silio, et tractatu, ad honorem Dei et Individuae
„Trinitatis, et Gloriosae Virginis Mariae, et Beati

Lombardus.

„ Eusebii, et Beati Petri Apostoli, electionem de prae=
„ dicta Domina Agnexina, ut praemittitur Canonice
„ celebratam, in his scriptis auctoritate ordinaria as=
„ sistente nobis dicto Magistro Eusebio, vice sua, et
„ Capituli Vercellensis exigente iustitia confirmamus,
„ eandemque Sororem Agnexinam sic electam, in
„ nostra praesentia personaliter constitutam, eidem
„ Monasterio S. Petri de Lenta, in Abbatissam prae=
„ ficimus, et ministram, eidem curam et regimen admini=
„ strationem dicti Monasterii, et Conventus ipsius in
„ spiritualibus et temporalibus committendo. Quibus
„ sic peractis, dicta Soror Agnexina sic electa, et con=
„ firmata, obedientiam et reverentiam a sanctis Patri=
„ bus institutam, nobis a dicto Domino Maiori vice
„ et nomine Capituli Vercellensis, reverenter exhibuit,
„ et fecit, et fidelitatem, seu iuramentum fidelitatis
„ praestitit in hunc modum. ═══ Ego Soror
„ Agnexina electa et confirmata in Abbatissam Mo=
„ nasterii S. Petri de Lenta ordinis S. Benedicti,
„ iuro, et promitto, quod ab hac hora in antea,
„ ero obediens tibi Reverendo Patri in Christo, et
„ Domino meo, Domino Lombardo Dei et Apo=
„ stolicae Sedis gratia Episcopo Vercellensi, et Co=
„ miti, tuisque Successoribus Catholicis, Canonice in=
„ trantibus, et Capitulo Vercellensi: non ero in
„ Consilio vel facto, quod perdas vitam, membrum,
„ vel honorem, vel fiat malum aliquod contra
„ te in personam, vel rebus, et si scivero, prohi=
„ bebo quantum potero ne fiat, et si prohibere,
„ aut differre non possum, significabo tibi vel

Lombardus

"tibi, vel tuis certis nuntiis quam citius potero, per
"me vel per fidelem nuntium meum: Consilium
"bona fide dabo tibi, cum a me requisieris, et se-
"creta quae mihi commiseris per te, vel per nun-
"cium seu litteras, nulli revelabo ad dampnum vel
"dedecus tuum, et Ecclesiae Vercellensis: Thesaurum,
"ornamenta, et spolias Ecclesiae meae, bona fide
"custodiam, non alienabo possessiones de Ecclesia
"mea, sine licentia tua, et Catholicorum succes-
"sorum tuorum: Ecclesiam non accipiam, nec ac-
"cepi per simoniam, vel manum laicam, nec re-
"tinebo per potentiam laicalem, et faciam resi-
"dentiam continuam in Ecclesia mea, nisi de
"licentia tua, et Catholicorum successorum tuorum
"nec resignabo eam nisi in manibus tuis, vel suc-
"cessorum tuorum; et si aliquid acquisiero, acquiram
"nomine Ecclesiae meae. Praedicta omnia, et singula
"attendam et observabo bona fide, sic Deus me ad-
"iuvet, et ista Sancta Dei Evangelia. — In quo-
"rum omnium testimonium praesentes litteras, in
"forma publica Instrumenti tradi, fieri, et scribi
"mandavimus per infrascriptum e Notarium publi-
"cum, et scribam nostrum, nostrique Sigilli appo-
"sitione muniri. Datum et actum in Castromon-
"stro Episcopali de Bugella, praesentibus testibus
"ad supraescripta vocatis specialiter, et rogatis Vene-
"rabilibus et sapientibus Viris Magistro Petro de Marro
"Canonico Vercellensi, Iacobo de Godecapra Canonico
"Bugellensi, Magistro Reinaldo de Placentia Praeposito
"Rodobii, et Guillielmo de Cagnolis Iudice Vicariis no-
stris,

Lombardus.

‖ Judice, Vicarii nostri, et Presbytero Guillielmo Zumalia
‖ Capellano nostro, ac nobilibus viris...... Ambrosio
‖ de Zabiano, et Guirano de Variis nostris domicellis.
‖ Et ego Martinus Zumalia Notarius Bugellensis,
‖ scribaque praefati Domini Episcopi, Confirmationis
‖ institutionis, provisionis, et Commissionis, et omnibus
‖ aliis, et singulis suprascriptis praesens interfui, eas=
‖ de has litteras in formam publici Instrumenti
‖ tradidi, scripsi et me subscripsi, et signum meum
‖ apposui in testimonium omnium praemissorum.

37. Habes inde quaenam fuerit antiqua disciplina
hujus Vercellensis Ecclesiae in Electione, et confirmatione
Abbatissarum: et quanta cum circumspectione se gessit
in hoc negotio Lombardus Episcopus. Quod vero in
hujusmodi confirmatione adhibuerit consilium Capi-
tuli Vercellensis, nec mirum, nec novum est. Namque
id esse juxta Canonicas sanctiones, constat ex rescri-
pto Apostolico dato Hierosolymitano Patriarchae, apud
Arduinum to. 6. par. 2. collect. Concilior. edit. Parisien.
1714. column. 1808 cap. 18. ibi: Apostolica Auctoritate
prohibemus ne Abbates, Abbatissas, vel alias personas Ec-
clesiasticas, sine assensu et Consilio ~~Ca~~ tam Prioris,
quam Fratrum tuorum Canonicorum instituere, vel
destituere, aliqua de caetero ratione praesumas. Quod
si forte quod non credimus, contra praeceptum no-
strum venire praesumpseris, nos tales institutiones,
et destitutiones, si quas amodo feceris, cassamus, et om-
ni robore decernimus et stabilitate carere. Illud
autem omnino peculiare erat in hac Dioecesi, quod
ibidem legitur, Abbatissam nempe in ipsa fidelita-
tem,

Lombardus.

et obedientiam Capitulo Vercellensi.

38. Lombardo sedente, plures Vercellenses floruerunt virtute, et dignitate praeclari. Praecipui sunt.

Uguccius Borromaeus
Episcopus Novariensis.

De hoc nonnulla diximus supra in Uberto. Fuit ex Nobilissima Vercellensi gente ~~de Borromeis~~ de Bovis, seu Borromaeis (utrumque enim legitur in Chartis antiquis Archivii tum Capituli, tum Civitatis) vir pius doctus, et mana strenuus. Factus est Episcopus Novariensis anno 1304. 19. Febbr. Cum Valensis Gibellinus, dictoam audientes offendisset, vi et armis ad obedientiam coëgit; quod et deinceps praestitit, tum ut Respaet aliqs compimeret, tum ut gregem suum ab hoste defenderet. Anno 1307. aliquot decreta edidit, ad Ecclesiasticam disciplinam promovendam utilissima. Anno 1311. interfuit Mediolani, Coronationi Henrici VII. quo tempore Ubertus Episcopus Vercellensis Litem habuit cum Episcopo Brixiensi pro praeminentia, eamque obtinuit. Anno 1312. ab eodem Henrico VII., omnium privilegiorum olim Ecclesiae Novariensi concessorum confirmationem impetravit. Eodem anno condidit statuta, a Canonicis S. Petri observanda. Anno 1320. testamentum condidit, quo plura, et ampla legata Ecclesiis, Monasteriis, et pauperibus reliquit. Decessit anno 1329.

o de Borromeis

Borromaeus de Borromaeis.

39. Eodem tempore floruit Borromaeus de Borromaeis Uguccii

Ughelli Episcopi frater, ipse pariter doctus et eruditus, qui a Fratre Vicarius Generalis adlectus, Ecclesiae Novariensi, difficillimis illis temporibus, egregiam navavit operam. Lombardus.

Petrus Episcopus Albensis

40. Petrus Vercellensis, ordinis Praedicatorum, ex nobilissima Advocatorum gente, factus est Episcopus Albensis anno 1334. Interfuit instrumento, quo Catharina vidua Philippi di Tarentia Principis Achaiae, Baviliam tradidit Raymundo de Marciano feudatario Roberti Regis Neapolis, auctor est Franciscus Augustinus ab Ecclesia Episcopus Solutiensis in Gleba, tom. 12. fol. 181. Translatum, qui ad Ecclesiam Sistericensem in Gallia, scribit Ughellius. Fuit Ecclesiae partibus addictissimus, et Amicissimus Lombardi Episcopi, cum quo a Gibellinis plura perpessus est.

Martinus de Bulgaro

Archidiaconus Vercellensis.

41. Martinus nobilissimus Vercellensium, ex praeclara Bulgarorum gente, ex Praeposito S. Eusebii, electus est a Capitulo utriusque Ecclesiae, post obitum domini Martini de Credario de Pergamo, Archidiaconus Vercellensis die 15. Septembris 1332. Charta electionis, quae autographa asservatur in Archivio Capitulari talis est.

" In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Anno

Lombardis.

nativitatis Domini MCCLXXXII Indictione XV. die XV. Mensis Septembris in Civitate Vercellarum in loco Sacristiae Ecclesiae Vercellensis praesentibus Dominis Presbytero Martino Sacrista Ecclesiae Vercellensis praedictae, et Presbytero Ioanne de Sentariis Rectore Ecclesiae S. Petri de Vercellis, testibus ad infrascripta vocatis, notis, et specialiter rogatis. Ibique vacante dignitate archidiaconatus Ecclesiae Vercellensis, per obitum bonae memoriae Domini Martini de Pergamo, olim Archidiaconi, ipsius Vercellensis Ecclesiae, et die 12. Mensis instantis, ipsius corpore reverenter tradito Ecclesiasticae Sepulturae, et per Venerabilem Virum Dominum, Martinum de Bulgaro praepositum dictae Ecclesiae Vercellensis, et alios Canonicos, ejusdem Ecclesiae residentes, et Capitulum, ad praesentem diem ante tertiam cum continuatione omnium dierum sequentium, et horarum, solemniter termino jam praefixo ad electionem futuri Archidiaconi faciendam, et absentibus Canonicis, ad electionem hujusmodi in ipso termino, tam per patentes litteras, comunidam Domus nomen Praepositi, et Maioris, ac Capituli dictae Ecclesiae Vercellensis, quam per nuncium specialem ad hoc deputatum, ad dictum locum, et terminum hujusmodi pro praedictis modo debito evocatis, ut de his omnibus suprascriptis constat; et evidenter apparet per legitima documenta, indicto, convocato, et congregato Capitulo iam dictae Ecclesiae Vercellensis, de mandato Venerabilis Viri Domini Martini de Bulgaro Praepositi Ejusdem Ecclesiae Vercellensis,

Lombardus 6

Vercellensis, et ad sonum campanae more solito,
et loco Capitulo in talibus consueto, scilicet in
dicta sacristia pro infrascripto negotio explicando
et ut praemittitur, omnibus absentibus Canonicis
citatis, et in termino dicto, modo debito expecta-
tis, atque ad ipsum Capitulum convenientibus
in dicto termino iam praefixo, omnibus dictae
Ecclesiae Canonicis, qui debuerunt, voluerunt, et
potuerunt commode interesse, quorum nomina haec
sunt: videlicet Domini Martinus de Bulgaro Praepo-
situs suprascriptus, Eusebius de Rovasio Maior, suo
nomine, nec non vice et nomine Dominorum Joan-
nis de Albano, Raynerii de Quaregna, et Georgii
de Albano, et Alberti de Rovasio, Canonicorum
dictae Ecclesiae absentium, ab eis ~~habens~~ habens
specialiter liberum mandatum, nec non Bonifacius
Caynolus, Bartholinus de S. Agatha, Joannes
de Nebiono, Dolphinus de Vassallis, Dalphinus
de Groxeneto, Henricus de Monsanto, Rossinus de
Maxino, Philippus de Placentia, et Joannes de Ver-
gnasco, omnes Canonici dictae Ecclesiae Vercellensis,
ipsi quidem Domini Maior et Canonici, ac Ca-
pitulum, videlicet ipse Dominus Maior suo,
et dictis nominibus, et vice et nomine omnium alio-
rum Canonicorum, et Capituli praedictorum,
de voluntate et consensu, ac mandato per dic-
tos Canonicos, et Capitulum sibi facto, et ipsi
Canonici, et Capitulum una cum eo, permittentes
per praedictum Dominum Maiorem, ex auctoritate,
et potestate sibi a dictis Canonicis, et Capitulo attri-
buta,

Lombardus.

attributa, et etiam sub et dictis nominibus denuntiatione, et monitione facta, quod si quis essent inter eos excommunicati, suspensi, vel interdicti, aut defectum aliunde patientes, propter quae interesse non deberent dictae electioni, recedant de dicto loco, alios eligere libere permittentes, et quod vocis talium nulli praestent suffragium, nec etiam nocumentum, et pro non vocatis habeantur, et inde est publicum Instrumentum, volentes dictae Ecclesiae et dignitati de bona et idonea persona, ad ipsam dignitatem Archidiaconatus eligenda, modo debito providere, ne propter diuturnam vacationem, dicta dignitas, et Ecclesia ullum sustineat detrimentum, nec patiatur in spiritualibus, vel temporalibus laesionem, sicut solet Ecclesiis in vacatione diutina provenire, prout ex transacti temporis consideratione, liquidum cernere, et apprehendere potest animus sapientis, et considerantes ac manifeste cognoscentes dictum dominum Martinum de Bulgaro esse bonum, et providum, et potentem, et per quem honores, et iura dictae Ecclesiae et dignitatis manuteneri poterunt, et defendi, et ugni et litteratus, et Iurisperitus, et in aetate legitima constitutus, et de legitimo Matrimonio procreatus, et idoneus ad dignitatem praedictam, omnes unanimiter, et concorditer una voce, et eorum nemine discrepante, Divina inspirante gratia, et favente, Praepositum Dominum Martinum de Bulgaro, in Archidiaconum dictae Ecclesiae Venetiarum ad honorem Dei, et Beatae Mariae Virginis, ac Beati Eusebii

Lombardus.

Eusebii, cujus vocabulo dicta Ecclesia est constructa, solemniter elegerunt, et eligerunt, replicantes tenore hujus publici Instrumenti; Invocando in Electo Patre, et Domino, Domino Lombardo Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Vercellensi, et Consecto per dictam electionem, et praemittitur; Canonici Cathbertanu dignetur, et velit admittere, et ipsum Dominum Martinum de Bulgaro in Archidiaconum confirmare. Deinde praefatus Maior meo, et dictis nominibus, et a parte dictorum Canonicorum, et Capituli, ad Chorum dictae Ecclesiae Vercellensis accessit, et ibidem dictam electionem Clero, et Populo ibi adstanti, solemniter publicavit, praecipiens de praedictis omnibus, et singulis fieri publicum Instrumentum per me Nicolinum de Arnoldo Notarium infrascriptum. Et ego Martinus Dalmarius de Bugella publicus Imperiali auctoritate Notarius, jussu, et mandato Nicolini de Arnoldo Notarii infrascripti, hoc scripsi Publicum Instrumentum, et de protocollo ipsius extraxi, ideo me subscripsi, signumque meum apposui consuetum. Ego Nicolinus de Arnoldo Imperiali auctoritate Notarius publicus Vercellensis praedictis omnibus interfui rogatus, et hoc Instrumentum tradidi, et qui dictum Martinum scribi feci, et me subscribens signo meo, et nomine solito roboravi.

42. Quae electio a parte Canonici facta postmodum confirmata fuit jussu Lombardi Episcopi, ut ex sequentibus

Lombardus.

sequentis Charta ejusdem Archivi Capitularis.

"... In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCLXXXII. Inditione XV. die ultimo Mensis Septembris, praesentibus testibus Domino Roglerino de Marino filio quondam Domini Bonitestini de Marino, Canonico Vercellensi, et Domino Bartholomaeo filio Domini Andreoli Capitanei de Sylavengo. Ibique vacante Archidiaconato Ecclesiae per mortem quondam Martini de Credario de Pergamo, Venerabilis viro Dominus Martinus de Bulgaro tunc Praepositus Ecclesiae Vercellensis, ac Eusebius de Roncano Maioris Ecclesiae Vercellensis, ambo praesidentes Capitulo Vercellensi, Corpore ipsius Domini Martini de Credario de Pergamo Archidiaconi Vercellensis, reverenter prout decuit, tradito sepulturae, omnes Canonicos tam praesentes, quam absentes, qui infra Provinciam erant reperti, ad Electionem futuri Archidiaconi vocaverunt, et die praefixo, et expectatis omnibus, qui ad dictam electionem interesse voluerunt, Christi nomine invocato elegerunt virum Providum, et Venerabilem Dominum Martinum de Bulgaro in Archidiaconum Vercellensem, et dictam Electionem Clero, et populo, ut moris est, solemniter publicaverunt; Electionem vero tam in persona Electi, quam in forma eligentium, Dominus Eusebius de Roncano Maioris Ecclesiae Vercellensis, auctoritate sibi commissa a Domino Reverendo in Christo Patre et Domino Lombardo, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopo Vercellensi et Comite, examinare procuravit, et sicut invenit Electionem instanter

Lombardus.

"tam in persona Electa quam eligentium, auctoritate supradicta dignatus est humiliter confirmare, dans sibi biretum, quod in suis tenebat manibus, in veram, et traditam possessionem dicti Archidiaconatus, et ponens dictum Dominum Martinum de Bulgaro in veram possessionem vel quasi per pannum Altaris Maioris, Ecclesiae S. Mariae Vercellensis, et assignando eidem Domino Martino, nomine Matricis Ecclesiae praedictae, ad quam accedere non poterat propter infirmitatem, quam tunc temporis patiebatur, stallum in Choro Ecclesiae praedictae, et ab ipso Domino Archidiacono accepit iuramentum de observandis statutis, et consuetudinibus Ecclesiae Vercellensis. Et ego Ioannesfornaschus de Bugella publicus Imperiali auctoritate Notarius, una cum dictis testibus praesens interfui, et exinde hoc publicum Instrumentum propria manu scripsi, et signo meo solito signavi rogatus."

Nota quod possessio capiebatur in Ecclesia S. Mariae ut pote in Ecclesia Matrice.

42. Fuit autem Martinus in utroque iure peritissimus, nec non iurium Ecclesiae vindex, et propugnator acerrimus. Totis triginta sex annis, quibus in Archidiaconatu vixit, indefessa opera totus incubuit, ut Ecclesiam ornaret, et eius iura intacta servaret, vel vindicaret deperdita. Dionisiorum conatus, Mosbudinum, aliaque Ecclesiae iura, in loco Carisianae invadentium, fortiter cohibuit, fregitque. Quae fuerit eo tempore Dionisiorum praepotentia, co-

rumque

Lombardus.

omnesque adversus Ecclesiam violentas usurpationes, pandit Charta Archivii Capitularis, quae habet:
" In Nomine Domini. amen. Noverint universi
" praesentes et futuri, quod Domini Petrus et Jacobus
" de Dionisiis de Carisana, anno MCCCXXXVIII. die XXIII.
" augusti, turrim, quae extat in Castro Carezano Pa-
" troni nostri Beatissimi Eusebii, et Canonicorum suo-
" rum, atque Capituli, fodiendo eam, et ponendo
" sub secunditer ignem supposito diruerunt, et proie-
" cerunt ad terram etc. Item praedicti fratres de Di-
" onisiis invadunt, occupant, et indebite, et iniuste
" detinent terras, et possessiones S. Eusebii, Canonicorum,
" et Capituli pro libito voluntatis, nec est in Care-
" zana aliquis, qui audeat eos accusare, inferendo mor-
" tem accusatoribus, si eos accusaverint" etc. Sequitur Elen-
chus omnium bonorum per Dionisios, vi occupato-
rum, quae excedunt modia quinquenta, nec non alio-
rum Capituli proventuum ab eis violenter usurpa-
tis. Praeterea Martinus Masperani praedia, e rusti-
corum manibus eripuit, omnesque proventus ad
90. Cados, seu ut aiunt Bottallos vini, et Avenae
Staros duodeviginti, quotannis Capitulo persolven-
dos, certa ratione redegit. Nunc ab aliis pos-
sideri noscuntur; iurene an iniuria, alii viderint.
Verum equidem ius Capituli tum pro-
prietatis, tum possessionis, evidenter liquet tam
ex instrumentorum donationibus, tum ex cessione
facta ab Uguccione Episcopo Vercellensi, Instru-
mento 18. Februarii 1169. et ex continua possessione
per Capitulum habita usque ad saeculum 16.um

Lombardus.

Fuit etiam Martinus vitae integritate conspicuus. Decessit anno 1368. rebus Ecclesiae optime constitutis. Placeat audire quid de eo habeat antiquum Necrologium fol. 124. a tergo, ibi: Pridie Kal. Septembris MCCCLXVIII. obiit in Domino Reverendus Pater Dominus Martinus de Bulgaro, Iuris Canonici peritus, egregia stirpe strenui Imperatoris militis quondam Domini Iacobi de Bulgaro genitus, huius Venerabilis et famosae Ecclesiae Vercellensis primo praepositus deinde Archidiaconus, vir quidem moribus et vita reverendus, virtutum adhortator affabilis, vitiorum increpator terribilis, vigiliarum et orationum operator assiduus, Eleemosynarum promptus liberalis largitor, Praelatis, et Canonicis huius Ecclesiae dilectus, tres nepotes suos filios fratrum suorum, et duos de eadem Domo de Bulgaro in Castro Castellengi, suo tempore meruit habere in Canonicos istius Ecclesiae institutos, quorum fultus auxilio pariter et consensu, multa laudabilia opera per Canonicos, et Capitulum, in hac Ecclesia fieri procuravit, videlicet brachium argenti in quo residet os Beati Iacobi fratris Domini, Imaginem argenteam Beati Eusebii ... obtinuit etiam sua industria a Domino Abbate de Clusa de Sancta de Sanctis duas de spinis Coronae Domini Nostri Iesu Christi (Hae de re aliqua iam disseruimus sup. in S. Aemiliano f.o) quae in Tabernaculo argenteo deaurato sunt honorifice collocatae, per quarum spinarum traditionem Capitulum, et Clerici huius Ecclesiae pro anima dicti Abbatis, Anniversarium

(Martinus de Bulgaro reverendus ...)

Lombardus

tenentur solere annuatim, quia sic fuit dicto Domino Abbati promissum. . . . De suis etiam propriis bonis fuit Crucem unam argenteam fieri, habentem lapides rubeos in brachiis dictae Crucis ad rotundas dependentes &c. Insudavit etiam non modicum in construendo Molendino Ecclesiae et Capituli in loco Cassianae contra Dionisios, qui ipsum Molendinum iniuste occupare nitebantur, et per ipsos Dionisios semel furtim et occulte nocturno tempore combustum fuit, Denuo per ipsum Dominum Archidiaconum sub certis pactis refectum, et custodiam, domum dotum capitulum in dicto Molendino suum ius vindicavit. Pari modo in recuperatione possessionum Misurani, quae per rusticos occupatae tenebantur, sic quod parum vel nihil percipiebatur ex eis, sollicite, et effectualiter laboravit; unde postea dictis rusticis sub annua pensione locatae, novaginta Bottalli vini, et decem et octo stari etvenae percipi debent omni anno. Similiter et in possessionibus Olderii et aliorum locorum recuperandis, et aliis, quas Ecclesia Veratlensis possidebat conservandis pervigil fuit, et attentus. Speculum enim bonorum operum Clero et Populo se praebuit per operum praedictorum exhibitionem. Nam et virginitatem corporis fine tenus custodivit, et ad limina Apostolorum visitanda accessit, et visitationi Ecclesiarum in urbe per annum institit ob indulgentiarum meritum consequendum, Devotione insuper praecipua ductus, sacerdotii onere et honore susceptis, hostiam laudis Deo qui vitae

& unum

Lombardus.

in vitae munditia, infirmitatis impedimento cessante, quotidie offerebat. Praeterea Chori officio et affuit assiduus, et attentus, ut nullam unquam horam praeteriret, quin, nisi infirmitate, vel alio urgente impedimento praepeditus, Divinis in Choro continuo interesset. Condidit etiam testamentum in sua mentis et corporis sanitate, in quo omnium bonorum suorum patrimonialium, nepotes suos, fratres sibi haeredes instituit, et omnia bona sua mobilia per quondam suae ultimae voluntatis, et Testamenti ofin Desconsiporios, et Fratres Charitatis, pauperibus erogari exigerit. Legavit etiam Ecclesiae Vercellensium pulcherrimum librum Decretalium, et Clementinas sine glossis. Etiam et Credentiam suam, sive Arborem duri Corallis cum pede argenteo deaurato, et ad eius insignia in...... cum linguis serpentium, et Lapillis pretiosis cum annulis et ramis ipsius Arboris dependentibus, Ecclesiae Thesauro dimisit, in solemnioribus super Altare, pro ipsius ornamento ponendam. Tempore vero ultimo, nonagesimum, vel circa agens annum, dicitur annis exstiterit decoratus, statum tamen rotunditatis corporalis non amisit, et inexhausta coloris speciositate pollebat, nemini unquam blandiebatur, sed medium inter claritatem, et severitatem tenens, vultus hylaritatem modestam, rigorositatem non decerens praetendebat.

Suscepit Martino, in Archidiaconatu Philippone de Cimeto, Huic autem Joannes de Bulgaro Martini nepos, Canonicus S. Mariae, a Capitulo

Lombardus.

utriusque Ecclesiae electus die 1. Februarii 1392. qui in Instrumento electionis infra proferendo, appellatur vir Venerabilis, scientia, virtutibus, et moribus probatis plurimis commendatus.

Iacius Cagnolius
Archipresbiter Vercellensis.

44. Inter praeclaros huius aetatis viros, merito recensendus est Jacius de Cagnoliis Civis Vercellensis; quem in archipresbyterum electum legimus in sequenti Charta archivii Capitularis

|| In Nomine Domini. Amen. Anno eiusdem Nativitatis MCCCXXXVIII. Inditione VI. die Sabbathi decimo mensis Ianuarii. Convocato et congregato Capitulo utriusque Ecclesiae Vercellensis, more solito, et de mandato Venerabilis Viri Domini Martini de Bulgaro Archidiaconi Vercellensis pro infrascripto negotio specialiter explicando, in Sacristia dictae Ecclesiae Vercellensis ubi consueverunt talia agitari; ad quod Capitulum interfuerunt, et praesentes fuerunt infrascripti Praelati, et Canonici dictae utriusque Ecclesiae. Ubique ~~Domino~~ Bonae Memoriae dno Guidone de Casanova Archipresbytero Ecclesiae Vercellensis, die Sabbathi tertio mensis instantis, viam universae carnis ingresso, Reverendi viri dictus Dominus Martinus de Bulgaro Archidiaconus, Eusebius de Cro[n]zano Maiore, Glio de Arborio Praepositus Sanctae..., et Domini Rayneri de Quaregna, cuius...

|| ... Ioannes de Aurilliano, Dalphinus de Grassento,

Lombardus.

"Joannes de Nibiono, Henricus de Monsaico, Georgius de
"Albano, Albertus de Esozano, Joannes de Verguano,
"Vincentius de Cremona, Antonius de Bulgaro, Bapti-
"stus de Vassallis, Rufinus de Marino, Raymundus
"de Albano, suo nomine, et procuratorio nomine
"Domini Joannis de Albano, et Domini Raymun-
"dini de Marino, Christophorus de Placentia, Hen-
"riottus de Castellengo, Joannes de Marino, Ber-
"nardus de Pergamo, Philippus de Placentia, et
"Eusebius de Dionisiis, omnes Canonici Vercellenses,
"et tunc praesentes in Capitulo, et Sacristia
"praedictis, die hodierna, cum continuatione die-
"rum sequentium, ad electionem futuri Archi-
"presbyteri celebrandam, statuta, et ordinata,
"Citatis ad terminum huiusmodi, omnibus,
"et singulis Canonicis eiusdem Ecclesiae absentibus,
"qui debuerunt de iure evocari et citari, sicut
"constat de Citatione huiusmodi per publicum
"Instrumentum. Convenientibus igitur in termino
"huiusmodi, ad Capitulum praedictum, omni-
"bus praelatis, et Canonicis utriusque Ecclesiae Ver-
"cellensis, ad quos tam de iure, quam de antiqua,
"et hactenus servata, et praescripta consuetudine,
"electio Archipresbyteri noscitur pertinere,
"et omnibus, qui voluerunt, debuerunt, et po-
"tuerunt commode interesse, quorum omnium
"nomina inferius continentur, praedictus Domi-
"nus Archidiaconus vice sua, et omnium, ac
"singulorum de ipso Capitulo, mandato ab
"eis specialiter facto, monuit omnes excommu-
nicatos,

Lombardus.

|| excommunicatos, suspensos, ac etiam interdictos, nec
|| non et quoscumque alios, si qui essent, peni-
|| tus interessentes, qui de iure, aut consuetudine
|| interesse in ipso electionis negotio non deberent,
|| quod exirent, et recederent de Capitulo, alios
|| eligere libere permitterent; protestans quod
|| non erat sua, vel aliorum intentio, tales ad-
|| mittere tanquam ius habentes in electione, neque
|| procedere vel eligere cum eisdem, imo vole-
|| bant quod vota talium, si qui reperirentur
|| interesse, nulla praestarent suffragium, nec
|| inferrent alicui nocumentum, sed prorsus pro
|| non receptis, sive pro non habitis haberen-
|| tur, et subsequenter. His quidem sic perac-
|| tis, et deliberatione habita, per quam
|| formulam esset in dicto Electionis negotio pro-
|| cedendum; tandem placuit omnibus, et
|| singulis de ipso Capitulo, quod sine
|| alia formula, discretus Vir Dominus Jacobus
|| Cagnolius Canonicus et Sacerdos ordinarius eius-
|| dem Ecclesiae, vir prudens, et discretus, et aetatis
|| maturae, et in Ecclesiasticis Officiis bene eruditus,
|| in quem omnes, et singuli praelati, et Ca-
|| nonici utriusque Ecclesiae in Capitulo exi-
|| stentes, consentiebant, et dirigebant vota sua,
|| eligeretur in Archipresbyterum Ecclesiae praelI-
|| batae, et sic dederunt auctoritatem, et Potesta-
|| tem dicto Domino Archidiacono dictae Ec-
|| clesiae, et vice omnium de dicto Capitulo,
|| et aliorum ius habentium in electione prae-

dictam

" praedicta ipsum Dominum Ifaciam in Com-
" munem eligeret in Archipresbyterum Ecclesiae memo-
" ratae, unde ipse omnibus Canonicis, et Praelatis,
" ac Capitulo utriusque Ecclesiae Voluntibus, et
" consentientibus, idem Dominus Archidiaconus, vi-
" ce omnium, et singulorum praedictorum, et to-
" tius Capituli, ex potestate sibi tradita, ip-
" sum elegit solemniter in hunc modum. In
" e Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Cum
" vacante Archipresbyterata Vercellensis Ecclesiae per
" mortem Bonae memoriae Domini Guidonis
" de Casanova quondam Archipresbyteri Ver-
" cellensis, vocatis, qui fuerunt evocandi, et pos-
" sunt die praefixa omnibus, qui debuerunt,
" et voluerunt, et potuerunt commode interesse
" placuerit omnibus Praelatis, et Canonicis utrius-
" que Ecclesiae superius nominatis, qui ad Ca-
" pitulum convenerunt die praefixa ad electio-
" nem futuri Archipresbyteri celebrandam.
" Et quod aliqua formula Concilii Generalis,
" discretus Vir Dominus Egidius de Caquolis
" Sacerdos Ordinarius, eiusdem Ecclesiae, eligeretur
" per me Martinum de Bulgaro Archidiaconum
" Vercellensem, vice omnium de ipso Capitulo,
" in Archipresbyterum eiusdem Ecclesiae Vercellensis,
" in quem omnes consentiebant, et dirigebant vo-
" cas suos, Virum utique providum, et discre-
" tum, litterarum scientia, et moribus, ac virtuosis
" actibus merito Commendandum, in Sacerdotio,
" et legitima aetate constitutum, ac de legitimo

Lombardus/

" legitimo Matrimonio procreatum, in spiritualibus
" et temporalibus plurimum circumspectum, Sd!
" isio ego Martinus de Bulgaro Archidiaconus
" ejusdem Ecclesiae, vice mea et totius Capituli
" ac omnium jus in ipsa electione habentium,
" ex potestate mihi a toto Capitulo tradita
" et concessa, ipsum Dominum Jacobum
" invocata Spiritus Sancti gratia, eligo in Archi-
" presbyterum Ecclesiae Vercellensis. Qua electione
" sic celebrata, praedicti omnes, et singuli eam
" approbaverunt, et ratam habuerunt, atque gra-
" tam, et cantando alta voce Te Deum laudamus
" ipsum electum ad Chorum deportarunt, ~~intro~~-
inthro = " nizantes ipsum in Archipresbyterali sede, ut
" est moris. Ac deinde dictus Dominus Mattol
" vice sua et dictorum Dominorum Archidiaconi et
" Capituli ipsam coram Clero, et Populo solem-
" niter publicavit. Acta fuerunt haec in
" ~~[illegible]~~ sacristia, et Choro ipsius Vercellensis
" Ecclesiae, praesentibus testibus Nicolino de Mi-
" roldo Dumnano, Dorano Zornasco de Bu-
" gella, et Ubertino de Erverio Custodibus prae-
" libatae Vercellensis Ecclesiae. Ego Aimo de Griggio
" Vercellensis publicus Imperiali Auctoritate Nota-
" rius, praedictis omnibus, et singulis interfui,
" et rogatus hanc Chartam tradidi, scripsi, et
" me subscripsi, et signum meum apposui
" in testimonium."

Emanuel

Emanuel.

Anno 1343.

1\. Emanuel de Flisco nobilis Januensis ex Comitibus Lavaniae, consanguineus Isabellae de Flisco uxoris Luchini Vicecomitis Domini Vercellarum, ipso Luchino annitente subrectus est Lombardo, teste Ughellio in Episcopis Vercell. VI. Kal. Julii anno 2° Pontificatus Clementis VI. ex Regesto Vaticano Ep. 158, hoc est die 26. Junii huiusmet anni 1343. Caeterum Regestum Vaticanum loqui de confirmatione, cum Emanuel statim post obitum Lombardi, a Capitulo Vercellensi electus fuisset, constat ex rescripto eiusdem Pontificis apud Jerrl. fol. 206. dato Avenione XIV. Kal. Junii anno 2°, hoc est die 19. Maii 1343, in quo Clemens Guillelmo Cardinali Sanctorum quatuor Coronatorum, mandat ut bona Lombardi Episcopi Vercellensis mortui, recipiat ne pereant, eaque Vicariis, et Ministris Emanuelis Electi tradat.

2\. Porro de bonis Lombardi Episcopi, non modicas post eius decessum, excitatas esse quaestiones, liquet ex Rescriptis Pontificiis, summatim relatis Jerrl. sup. ex ~~Registris~~ regestis Bibliothecae Vaticanae. Epistola data Avenione pridie Idus Novembris anno 2°, Pontifex Ludovico de la Torre, seu Turriano Canonico Aquileiensis, potestatem facit in ius vocandi debitores Lombardi olim Episcopi,

Emanuel

eosque ad solutionem cogendo; Epistola data Avenione Idibus Februarii anno 2°, scribit eidem Ludovico Canonico Agislensi, et Jacobo de Vallis Rectori Ecclesiae Sancti Theonesti (de Masserano) Vercellensis Diaecesis, et Lazarum Vicarium Emanuelis Episcopi Vercellensis, aliosque Lombardini Episcopi Vercellensis, jubet Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum, curam demandaverat bonorum Lombardini mortui, recuperandorum, rationem eorundem bonorum reddere cogat.

3. Quamvis statim ab initio Episcopatus Emanuelis, omnia Vercellis, ut videbimus, reperiunt esse pacatiora; nihilominus vetus Vicecomitum in Advocatorum gentem, odium nondum deferbuerat. Non pauci ex eadem gente extra patria vagabantur, alii carceribus mancipati erant, inter quos Ruffinus de Colobiano Simonis filius, nec non Joannes, et Albertus. Hos libertati restitui, utpote Ecclesiae Vercellensi fideles, et devotos iubet Pontifex Epistola Joanni Archiepiscopo Mediolanensi, et Luchino fratribus de Vicecomitibus, qui tunc rerum potiebantur, scripta et data Avenione XIV. Kal. Januarii anno 2°, hoc est anno 1343. quam ex Regestis Bibliothecae Vaticanae, summatim refert Gener: fol. 206.

4. Anno 1344. pacem sancitam esse (quam ignoravit Muratorius) inter Joannem Archiepiscopum Mediolanensem, Luchinum fratres Vicecomites, et Joannam Neapolis Reginam:, aliosque hujus fac-

tionis

Emanuel.

aliosque huius subalpinae Regionis Regulos, constat ex Rescripto Pontificis dato Avenione X. Kal. Aprilis anno 2.º quod ex Regestis Bibliothecae Vaticanae refert idem Jurev. fol. 207. Eo Clemens mandat Archiepo Genuensi, et Astensi, ac Vercellensi Episcopis, ut foedera servari curent inita inter Joannem Archiepiscopum Mediolanensem, Luchinum fratrem eius de Vicecomitibus, in Civitate et agro Mediolanensi Vicarios Ecclesiae Romanae, et Ebulonem Comitem Esriventi Senescalum et Capitaneum Generalem pro Joanna Regina, Jacobum de Sabaudia, Joannem Montisferrati, Thomam, et alios Marchiones Salutiarum, Dominos de Bennaria, de Colimorino, de Pozono, de Carreto, de Incisa, de Ceva, Marchiones, et Dominos S. Martini, de Valperga, de Masino Comites, ac de Castromonte, de Bario, de Rivalba, de Brandetio, de Limonetio, Franciscum de Calamandrana, de Visclis, et de Coconato Dominos.

5. Caeterum Vercellenses, post diuturna intestina dissidia, tandem pacem, et tranquillitatem nacti, ad recuperanda loca, quae olim ipsorum iurisdictionis erant, animum intenderunt. Itaque hoc anno 1344., sollicitantibus fortassis Joanne et Luchino Vicecomitibus, Civitatis Principibus, denuntiare iubent Joanni Montisferrati Marchioni (id liquet ex Charta Archivii Civitatis diei 20. Junii) ut restituere habeat Burgos, et Villas Tridini, Trinum cerrorum, Palazzoli, Fontanetti, Livorni, et Blancheti, iam occupatas a quondam Domino Theodoro

Emmanuel

ciis patre, quae sunt, aiunt, quasi viridarium Civitatis Vercellarum; quaeque pertinent pleno iure, et pertinuerunt Communi Vercellarum per tempora quorum in contrario memoria non habetur, et quoad merum, et mixtum imperium, et omnimodam iurisdictionem, praesumptione defuncto dicto Domino Marchione Theodoro, per vos Dominum Marchionem Joannem detentae, et detinentur indebitae, et iniuste contra voluntatem Communis, et hominum Vercellarum, occupando ipsas terras, et merum et mixtum imperium, et iurisdictionem omnimodam ipsarum terrarum spectantem pleno iure ipsi Communi, et Civitati Vercellarum...... Quae quidem Dominus Marchio facere non deberet, si veram amicitiam, et purum affectum attenderet, quem ad ipsum, et suos progenitores, Vercellarum Cives habuerunt ab antiquo; sed utrum utrum haec magis ex odio quo specialiter non iniuste prosequatur, quam ex innato, si dici liqueat, livore nequitiae procedant, ignoramus. Scimus tamen Vercellarum Civitatem, machinis, et instrumentis bellicis, bellisque campestribus, et ex diversis mundi partibus, ex exercitibus obsessam dictis, fuisse conquassatam, propter quae Cives Civitatis eiusdem, et dictorum Burgorum et terrarum, et iurisdictionem ipsorum recuperandam, ad quam vota ipsorum omnium omnino aspirarunt, intendere, et vires extendere nequiverunt. Quae denuntiatio subinde intimata fuit eidem Domino Marchioni in Castro Clavaxii,

Clavasij, ut liquet ex alia Charta eiusdem Archivii diei 29. Iulii eiusdem anni 1344. Verum cum Ludovicus Vicecomes, postmodum se plurimum opera Marchionis intelligeret, ut vasta quae animo conceperat longe lateque propendae dominationis consilia compleret, denuntiatio in irritum decidit. Anno 1534., cum ob obitum Georgii postremi ex Palaeologa Gente Montisferrati Marchionis absque liberis, Marchionatus ad manus Imperatoris (erat tum Carolus V.) redactus esset, Vercellenses interruptam postulationem coram iudicibus Caesaris repetierunt, et iam non Ericinum solum, sed Villas Ericumbeccarum, Palazoli, Fontaneti, Liburni, et Blanzati, sed insuper Casale ipsum, et loca S. Georgii prope Casale, Anuiniani, Paciliani, Montiscalvi, Mombelli, Gabiani, Fraxineti, Ticineti, Pomarii, Rosignani, Cellae, Curticellae, Mirabelli, Ozzani, Solaggiae, Carpaneti, Morani, Paletae, Plancheriae, Ericonis, Balzolae, Villaenovae, Grangiae Gazi prope Villanovam, aliaque non pauca, Imperatorum Dominationibus, Episcoporum Vercellensium Concessionibus, et antiquae atque diu per ipsos habitae possessionis iuxire, sibi deposcebant. Id constat ex actis hac de re agitatis, coram Caesaris Delegatis, quae autographa in Archivio Civitatis asservantur. Quid inde evenerit, videbimus suo loco.

6. Emmanuel interea versabatur in Galliis, apud Pontificem, qui eius opera, et consiliis, in difficilioribus extricandis negotiis, plurimum utebatur, certo

Emanuel.

certo constituto salario, eidem ex aere Camerae Apostolicae quotannis persolvendo. Repert. Ferrer. fol. 207. ex Regestis Bibliothecae Vaticanae, Rescriptum datum Avenione prid. Idus Decembris anno tertio, hoc est anno 1344., in quo Pontifex mandat Pontio de Perotto Archidiacono Vindocinensi, in Ecclesia Carnotensi, Collectori Apostolico, ut ex pecunia Camerae, duorum millium Florenorum summam tradat Episcopo Vercellensi, debitam eidem ab eadem Camera.

7. Tradidisse Emanuelem iurisdictionis investituram Civitatis Vercellarum Communi eidem Civitatis per Papinianum de Fliscо Vicarium suum Generalem, praepositum S. Agathae, constat ex charta Archivii Civitatis diei 18. Octobris 1344. Verum hanc investituram ipse limitate concepam, liquet ex alia charta eiusdem Archivii, ~~Civitatis~~, diei 13. Iunii 1346., in qua Commune Vercellarum mandat Domino ~~Bartholomeo~~ Bartholomeo de Alice, ut nomine Communis petat a Domino Papiniano de Flisco Praeposito S. Agathae Vicario Generali Domini Emanuelis Episcopi Vercellensis, investituram eorum omnium, quae Commune habere consueverat ab Episcopo, et Ecclesia Vercellensi, hoc est totius iurisdictionis tam Civilis, quam Criminalis in Urbe, et Diocesi, insularum, vectigalium, nundinarum Montis S. Laurentii, Iudicii inferioris, et caeterorum omnium, quae ad Ecclesiam Vercellensem spectant vigore privilegiorum Imperialium.

Emanuel.

8. Anno 1346. Clemens VI. Ludovicum Bavarum, in dies contumaciorem erga Ecclesiam Romanam, diro iterum perculit anathemate, atque Electores impulit, ut ad novi Imperatoris electionem devenirent. Quare Walramus Coloniensis, Gerlacus Moguntinus, Balduinus Trevirensis, Rudolphus Dux Saxoniae, et Joannes Bohemiae Rex (aliis duobus Electoribus, vel adesse nolentibus, vel forte non vocatis, quod Ludovico adhaererent) convenientes in Villa Rentiae, Trevirensis Dioecesis, Carolum IV. Moraviae Marchionem, ejusdem Joannis Regis filium et Henrici VII. Augusti nepotem, in Imperatorem contra Ludovicum Bavarum elegerunt. Ex hinc saevum bellum, Ludovicum inter et Carolum, quod tamen brevi restinctum est, Ludovico anno sequenti, Apoplexia e vivis sublato.

9. Hoc eodem anno (Muratorius citatis Chron. Petri Azarii) Astenses Gibellini, nempe Gottuarii, Isnardi, et Turcae, impotentis Solariorum dominationis pertaesi, facta seditione, Solarios expulerunt, in Urbis Dominium Joanne Montisferrati Marchione adscito. Solarii vicissim magna foederatorum manu instructi, vastatis hostium agris, arcta obsidione praemunt. Adest Luchinus Vicecomes, a Gibellinis advocatus. Ergo Solarii praelio victi, feudis omnibus, quae magno numero possidebant, expoliantur, et Luchinus Urbe potitur.

10. Anno 1347. Luchinus, et Joannes Marchio Montisferrati,

Emanuel.

invectis armis Bobbium, Derthonam, Albam, Clerascum,
et Valentiam expugnant, atque omnia oppida ad
Alpes usque Joannae Reginae eripiunt. Valentia
Marchioni, reliqua Vicecomiti, ex pacto cesserunt.
Tot, tantisque successibus exciti Amedeus VI. Sabau-
diae Comes, et Jacobus Achaiae Princeps, ne malum
latius serperet, Luchinum et Joannem Marchio-
nem armis aggressi, atque commisso proelio, ingen-
ti clade prosternunt. Id. Murator.

11. Clemens Pontifex Joannae Reginae rebus consul-
turus Emanuelem Episcopum Vercellensem Nun-
cium suum in Italiam transmisit, ut
cum Luchino Vicecomite de pace ageret, et
oppida Reginae in subalpinis ablata restitui cu-
raret. Qua de re extat apud Zeller. fol. 205.
Rescriptum Pontificium ex Regestis Bibliothecae
Vaticanae ad eumdem Emanuelem, datum
Avenione VIII. Kal. Junii anno VIII, hoc est anno
1348: et aliud ad Patriarchas, Episcopos, etc. qui-
bus praecipit, ut Emanueli Episcopo Vercel-
lensi in Italiam transmisso, florenos octo
in singulos dies, ad rerum illi necessariarum
subsidium persolvant, datum Avenione IX. Kal.
Junii anno VII. hoc est eodem anno 1348.
Caeterum Emanuelem eodem anno, et non
multo post, in Italia fato cessisse liquet ex
documentis, quae infra dabimus in Joanne
eius successore. Ubi decesserit? Ignoramus. Scri-
bit Corbellinus, testamentum Mediolani con-
didisse, praesente Joanne Malabaila Can.co Ver-
cellensi,

Vercellensi, de quo mox, et in eo mandasse aedificari Sacellum in Basilica Eusebiana ad honorem Beatae Mariae semper Virginis. Emanuele

12. Emanuele sedente floruerunt Lazarinus Eliseus Emanuelis Nepos, Cappellanus Clementis VI. Olim Praepositus Bugellensis, et postmodum anno 1350. Episcopus Albensis, ac Pedemontis Gubernator pro Joanna Neapolis Regina: Joannes Malabaila ex Canonico Vercellensi, Episcopus Taurinensis; necnon Antonius Cagnolus, et Octavius Laverius, ambo Doctores Collegiati Vercellenses.

13. Moniales S. Spiritus hujus Civitatis, eamdemque incidentes ipsae earumque Ecclesiam interdicto Ecclesiastico suppositam ob Decimas a Clemente VI. imperatas, et ab eisdem non solutas, eximuntur ex descripto Caponiani de Glino Praepositi S. Agathae Vicarii generalis Episcopi Emanuelis diei 6. Junii 1345, quod habemus ex Archivio Monasterii, quo mandatur Parochis Dioecesis, ut Moniales praedictas a Censuris contractis ob Decimas ipsis Clementis impositas, ab eis non solutas, absolvant, et sublatum declarent interdictum ab earum Ecclesia.

14. Donatas fuisse duas ex Spinis Coronae Domini, (quae ad hanc usque diem in Cathedrali Eusebiana pie asservantur et coluntur) Martino Bulgaro Archidiacono Vercellensi, diximus sup. in Lombardo ## 43. Hac de re autem extat Charta in Archivio Capitulari confecta anno 1344. tenoris sequentis.

" Martinus de Bulgaro, cum devotionis causa

Emanuel.

honorem contendisset, ob Aimerico de Advocatis Cer-
ridoni, S. Benigni Codiferi Abbate susceptas benigne
fuit, et spinas duas ex Corona D. N. J. C. de-
susceptas accepit, quas se dare promisisset Abbas in
honorem S. Aemiliani, prout ex sequenti scriptura ap-
paret. ———— 'Noverint universi praesentes
pariter et futuri, quod Dominus Aimericus de
antiqua Domo illorum de Cerridono, Abbas S. Be-
nigni de Codiforo de Janua, ad Petitionem Ven-
erabilis Viri Domini Martini de Bulgaro Archidia-
coni Vercellensis, mera gratia, et liberalitate sua,
dedit Ecclesiae, et Capitulo Vercellensi, duas spi-
nas simul ad invicem colligatas, quae sunt in
Thesauro Ecclesiae Vercellensis, de corona, quam
posuerunt Judaei super caput D. N. J. C.
Redemptoris Nostri, quia pars dictae Coronae, de
qua illae duae spinae fuerunt desumptae, fuit
translata per Januenses de Partibus ultramarinis,
et collocata in dicto loco S. Benigni, in quo loco
adhuc existit ornata mirabiliter de Argento;
quam donationem illarum duarum spina-
rum fecit ob honorem Beatissimi Aemiliani
Episcopi Vercellensis, qui iacet in Ecclesia Cathe-
drali eiusdem Civitatis, et qui fuit de Domo sua
antiqua dicti Domini Abbatis de Cerridono,
ita et taliter quod omni anno fiat in Eccle-
sia Vercellensi ob honorem dicti Beatissimi
Aemiliani, et pro remedio animae dicti Domi-
ni Abbatis, unum anniversarium in die Cine-
rum, prout in Anniversario Capitulum existentibus in Cho-
ro.

Emanuel.

"in Choro, nihil teneatur solvere, sed propter reve-
"rentiam Crucifixi, qui talem Coronam pro nobis
"portavit, quilibet Praelatus, Canonicus, et Cappella-
"nus teneatur interesse. Et praedicta fuerunt lau-
"data, approbata, et ordinata per dictum Domi-
"num Archidiaconum, et Capitulum Vercellen-
"sem, anno Domini MCCCXLIV. Inditione XII. die
"XVI. Februarii."

Olim, quoad viguit ritus Eusebianus, celebrabatur officium de Corona Domini, feria tertia ante diem Cinerum: nunc vero celebratur feria sexta post Dominicam in Albis.

16. Quod B. Aemilianus Episcopus Vercellensis, fuerit ex loco Cerridoni, quamvis in tanta antiquitate, nihil certi definiri possit, haud invite transmittimus. Verum quod fuerit ex i Advocata gente, sicut in nonnullis videtur Charta, et nonnulli ex nostris scripserunt, ab omni abhorret fide. Constat quippe familiarum nomina, quae nunc sunt, et cunque antiquae familiae censeatur, circa decimum aerae communis saeculum, initium habuisse. Audi de re Carolus a Basilica Petri Episcopus Novariensis in fragm. fol. 16: Post Italiam, inquit, a Barbaris occupatam, antiqua familiarum nomina ita periere, ut neque in libris, neque in Chartis, neque in Inscriptionibus ulla appareant, sed solum hominis nomen, de quo mentio est, legatur, ut existimari non possit quomodo antiqua nomina familiarum, ad posteriora tempora

Emanuel potuerint pervenire; neque satis scitur quonam pacto hominem alium ab alio, per ea barbara secula distinctum sit, nisi aliquando a Patria, sive nomine, aut vero aliquo proprio homini agnomine. quae quidem etiam ex lectione Auctorum temporis illius cognoscere quisque potest, velut apud eos qui de Pontificibus, et Cardinalibus scripsere. Et paulo post loquens de antiquioribus Archiepiscopis Mediolanensibus, quibus Scriptores Mediolanenses, et Catalogi tenere nomen familiae assignant, subdit: quod enim superioribus singulis Archiepiscopis, familias illorum temporum quidam assignant, a veritate historiae abhorret. In quem errorem, inter caeteros lapsum terminas Auctorem Catalogi Episcoporum Mediolanensium editi iussu S. Caroli Borromaei, qui extat Excuso pag. 6, necnon Auctorem alterius Catalogi editi a Joanne de Deis ex Bibliotheca Vaticana.

*assignant,

16. Ex Archivio Capitulari, quod Papinianus de Zlino Vicarius generalis Episcopi Emanuelis anno 1346. concessit Rectori S. Petri la Gerla duas partes Decimarum Loci Cotii, quibus dictis sine sustentare posset, quandoquidem ipsius iuris erat Episcopo Pontificalia agenti ministrare; et quod eodem anno idem Rector dictis decimis investivit Dominos de Confalonerii.

17. Anno 1347. facta est unio Illuminationis S. Eusebii, Clericaturarum SS. Mathei et Georgii de Caserana,

de Carrona, S. Salvatoris de Casali Russo, S. Germani de Leignano S. Petri de Derana, et S. Quirici de Olenngo, quarum collatio ad Capitulum pertinebat. Accipe Chartam ex Archivio Capitulari. Emanuel

|| In Nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis eiusdem MCCCXLVII. Indictione XV. die IV. mensis Martii, constitutus in praesentia Venerabilis Viri Domini Papiniani de Ghino Praepositi Ecclesiae S. Agathae, in Spiritualibus et temporalibus generalis Vicarii Reverendi in Christo Patris Domini Emanuelis Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Vercellensis et Comitis, providus vir Dominus Alchirius de Montilio Canonicus Vercellensis, et in hac parte Sindicus et Procurator Venerabilium virorum DD. Archidiaconi, Praepositi, Canonicorum, et Capituli Ecclesiae Vercellensis, ex parte ipsorum Dominorum supplicavit eidem Domino Vicario, suo et eorum nominibus, quatenus infrascriptas Praebendas, et simplicia Beneficia Ecclesiarum S. Matthaei et S. Georgii de Carrona, S. Salvatoris de Casali Russo, S. Germani de Leignano, S. Petri de Derana, et S. Quirici de Olenngo, Vercellensis Diocesis, ad provisionem et dispositionem, et collationem ipsius Capituli spectantium, unire, et adnectere dignaretur de ipsius Capituli, et Canonicorum consensu praebendum per dictum Dominum Alchirium, ad hoc sindicum deputatum, Praebendae et officio, seu stipendio Luminariae dictae Ecclesiae

Emanuel

Vercellensis, ex causis in dicto Sindicatus Instrumento
contentis, de quo constat per Chartam scriptam
et traditam per Simonem de Greggio Notarium
Vercellensem, hoc anno, et indictione, die Veneris
secundo mensis Martii. Idcirco praefatus Dominus
Vicarius, attendens, dictam requisitionem fore iustam,
et laudabilem, ac consonam rationi, et per
dictam unionem, cultum augeri divinum, et
utilitatem dictae Maioris Ecclesiae procurari cir-
ca illuminationem, et ornatum Ecclesiae antedictae,
pro eo quod redditus, et proventus seu stipendia
deputati, et deputata ad dictam luminariam
non sufficiunt operi illuminationis Altarium
et Ecclesiae praelibatae, et quod dictae praebendae
sunt simplicia beneficia Clericalia Ecclesiarum
praedictarum, quibus per Clericos Beneficiatos ea-
rundem, nullum divinum obsequium impenditur,
nec praestatur; quodque per provisionem ipso-
rum Beneficiorum fieri solitam Clericis Bene-
ficiatis earum, non tam providetur Ecclesiis
quam personis, cum non resideant in eisdem,
per unionem vero faciendam de ipsis, praedictae
Luminariae, et officio, seu stipendio ~~ipsius~~ eiusdem, pro-
videtur utilitati Maioris Ecclesiae potius quam
personae, pro eo, quod redditus, et proventus eius-
dem non sufficiunt ad illuminationem ipsius
Ecclesiae, onera supportanda; attendentes quod ho-
nor, et utilitas praedictae Cathedralis Ecclesiae,
ad omnium aliarum Ecclesiarum refertur decorem,
et includitur in eisdem; Ad honorem, et laudem

Emanuel.

Dei et Beati Eusebii Patroni, et Protectoris ipsorum Canonicorum, et Capitulo, ex causis praedictis, omni iure, et modo, quibus melius potuit, praesente, consentiente, et assistente sibi, Praefato Domino Alcherio, nomine et vice dicti Capituli, ipsas Praebendas, et Beneficia Clericalia earumdem Ecclesiarum cum earumdem iuribus, et pertinentiis universis, univit vice et nomine praefati Domini Episcopi, cuius vices gerit, et annexuit, atque unit, et annectit ad opus, et officium, ac Stipendium Seminariae ipsius Ecclesiae Vercellensis, ita quod cedentibus, vel decedentibus Clericis Beneficiatis Ecclesiarum praedictarum, praedicta Beneficia Clericalia, et Praebendae, omnes simul, et singulariter, ac successive, prout quaelibet ipsorum vacaverit, praedictae Seminariae, et eius officio, ac beneficio, et Stipendio sint unitae, ita quod ipsis Clericis, aut altero ipsorum Beneficiatorum dictarum Ecclesiarum cedentibus, vel decedentibus, nullum ulterius Clericale Beneficium sit, nec esse reputetur in eis, sed universa iura ipsorum Clericorum, ~~et~~ ac redditus, et proventus eorumdem, pleno iure remaneant, et perveniant operi, et officio, ac Stipendio Seminariae praelibatae. Et praedicta omnia, et singula, idem Dominus Vicarius consentiente dicto Domino Alcherio, nomine Capituli antedicti, omni iure, et modo quibus melius potuit, approbavit, et auctoritate ordinaria decrevit, perpetuo valitura; praecipientes atque rogantes praedicti Domini Vicarius et Alcherius,

Emanuel || per me rotatum impositum, fieri, et tradi publicum Instrumentum, ad dictamen unius, et pluribus sapientum. Actum in Capella Castri Episcopalis Bugellae, praesentibus testibus Guillielmo Cagnolio, et Praesbytero Marco Zumalia Thesaurario Ecclesiae S. Stephani de Bugella. Ego Guillielmus Zumalia Notarius de Bugella praefati Domini Vicarii scriba, praedictis omnibus interfui, et inde hanc Chartam tradidi, scribi feci, et me subscripsi, et signum meum apposui."

Hoc beneficia nunc amplius non supersunt. Quo casu perierint, nescimus.

18. Chartas fere omnes, quae ab initio huius saeculi e Curia Episcopali prodiere, Bugellae datas legimus. Quod mirum esse non debet. Etenim invalescente Gibellinorum factione, et Vicecomitibus omnia praepotenter agentibus, Episcopi cum in Civitate tutam amplius mansionem non haberent, in Bugellae munitissimam arcem se receperunt, ibique habitationem pluribus habuerunt annis. Nec est silentio praetereundum pluries eundem Populum Bugellensem, fidelem et utilem navasse operam. Ludovicus Scaglia in relatione missa Illustrissimo Bonhomio, quae extat apud Corsanum fol. 240, die 8. aprilis 1575, refert Transactionem quandam, inita Guillielmi Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum, initam anni 1340, Lombardini inter Episcopum Vercellensem, et Communitatem Bugellae, in qua, haec de Bugellensibus

de Bugellensibus praeclara narrantur. Liquet igitur, et celebris fama testatur, quod eadem Vercellensis Ecclesia, quam ab antiquis temporibus crebrae persequentium incursiones infestant, constantissima fidelitate, et opportunis subventionibus Populi Bugellensis, potenter adiuta convaluit, et de persecutorum protervia triumphavit. Interdum quoque caeteris fere omnibus, praefatae Ecclesiae subditis, ab eius obedientia, et veneratione subtractis, habuit ipsa Ecclesia, et iugiter habet solos Bugellenses adiutores, soletque pro Bugellensium indefesso subsidio, caeteris dominari subiectis. Caeterum tempore praefati Lombardi Episcopi, Bugellenses cum eodem alterari caeperunt. Alterationes tunc aequa indulgentissima Transactione, paulisper sopitae sunt. Sed procedente tempore, donque creverunt, ut in apertam seditionem, et sceleratissimam, horrendamque proditionem eruperint. Quo de re infra.

Emanuel

Joannes Primus

Joannes 1.us

Anno. 1348.

1. Emanuelis, a Capitulo subletus est eodem anno 1348. Joannes de Flisco nobilis Januensis, et ipse ex Dominis Lavaniae, Emanuelis Consanguineus; pugnacissimi ingenii Vir, et iurium Ecclesiae acerrimus defensor.
2. Initio Episcopatus, ut potentiores Dioecesis sibi conciliaret,

Joannes IV.us

conciliaret, eorumque favorem acquireret, plures eidem investituras, ut aiunt, concepit, et praesertim Dominis de Burontio, et Dominis de Arborio: Prioribus quidem terras, castra, decimas, necnon Patronatus Ecclesiarum Burontii, Blandrati, Vitilengi, Sanctae Mariae de Binaretto, Casalis Beltrami, Casalegii, Rozaschi, Landianae, Crontiani, Petianae, et S. Damiani: Posterioribus vero, iura, decimas Ecclesias et districtum Gattinariae, in feudum dedit, sicut liquet ex Archivio Episcopatus, Advocatos pariter perpetuo facit. Quorum omnium opera, magno deinde usui, ipsi fuit, ut videbimus.

3. De Emanuelis Episcopi Bonis, post eius Mortem, nonnulla Pontificia Rescripta refert Summatim Ferrer. fol. 207 et 208. ut sequitur. Clemens VI. Magistro Lazarino de Flisco Praeposito Bugellensi, eius Capellano scribit, ut cum bona Emanuelis Episcopi Vercellensis mortui, quae habebat, vel ad eum tempore mortis pertinebant perierunt; quare iura agat, et compellat quos oportet, ut ea restituant. Dat. Avenione IV. Kal. Octobris anno VII., hoc est anno 1349. Alia eiusdem argumenti dedit Avenione Kal. Octobris eiusdem anni, Uberto Abbati S. Stephani, et eidem Lazarino. Dominum Martino de Bulgaro Archidiacono Vercellensi, et Bernardino de Novedis Canonico Terdonensi scribit ut super dispositione bonorum Emanuelis Episcopi provideant, non obstante cura demandata Lazzarino tunc Praeposito Bugellensi, postea Electo Albinii. Dat. Avenione VI. Kal.

VI. Kal. Aprilis anno VII. hoc est anno 1330. | Joannes I.°

1o. Anno 1349. die 24. Januarii, Luchinus Vicecomes Vercellorum, et tot aliarum Civitatum dominus, Mediolani, fato cessit, Vir violenti quidem ingenii, sed iustitiae tenax, et cultor praecipuus. Eius mortem scriptores pluribus, unus uni, alter alteri causis assignant. Sed praestat audire Muratorium in Annal. ad hunc annum. " Se vogliamo stare all'
" opinione di Giovanni da Bazzano, egli morì di peste;
" ma da altra cagione credettero altri proceduta la sua
" morte. Siccome dicemmo all'anno 1347, Isabella del
" Fiesco (erat consanguinea Manuelis, et Joannis Episcoporum Vercellensium) sua moglie, donna di molta
" avvenenza, andò per cagion di voto, vero, o finto,
" a S. Marco di Venezia. Questa libertà le diede campo a soddisfare le sue illecite voglie contro la fede
" maritale. Benvenuto Aliprando, e dopo lui, Bartolomeo
" Platina nelle storie di Mantova, chiaramente scrivono che era invaghita di Ugolino Gonzaga, ma
" il condusse a Venezia con familiarità detestabile;
" e perchè le dame, che donne di confidenza avrebbero
" potuto rivelare il segreto, ad esse pure fu dato agio
" di procacciarsi quella pastura, che vollero. I malanni di casa, d'ordinario son gli ultimi a saperli i
" Padroni, e mariti; e Luchino finalmente scoprì
" i propri. Fanno i suddetti Storici Mantovani autore dello scoprimento, Mastino della Scala, il quale
" in questa maniera, attizzò lo sdegno di Luchino
" contra de Gonzaghi. E certo s'egli vivea più
" lungo tempo, ne dovea procurato lo sterminio, come attesta

Joannes Visc.

il Gazzata. Ma non sussiste già che Lucchino facesse
impregionar la moglie, come asserisce Platina. Secon-
do altri, accortasi ella, esser venuto il marito in cogni-
zione de' suoi falli, s'affrettò a dargli il veleno, per
cui terminò i suoi giorni. Pietro Azario, Scrittore
contemporaneo, e ben informato di quegli affari, con-
fessa gli scandali accaduti nel devoto Pellegrinag-
gio d'Isabella del Fiesco, e delle sue Dame; ma per-
ciocchè l'amore, e la tosse non si possono nascon-
dere, ne ebbe in fine contezza il tradito Lucchino.
Gli scappò di bocca un dì, di voler far in breve la mag-
gior giustizia, che mai avesse fatto in Milano.
Rapportata alla Moglie, questa parola, sospettò,
o s'accorse, che la festa era preparata per lei.
L'Azario non volle dir di più, e terminò il raccon-
to con quel verso attribuito a Catone:

Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

C. Defuncto Lucchino, tota Imperii moles penes unum Jo-
annem Archiepiscopum Mediolanensem, ejus fratrem,
deinceps stetit. Extat in Archivio Civitatis Charta
Diei 4. Decembris 1349, in qua Commune Vercella-
rum mandat Dominis Vercellino et Sutariis, et Ni-
colino de Bossis Cancellariis Communis, ut officia
publica Civitatis vendant, aut pignorent ad
honorabilium Domino Joanni Archiepiscopo Mediolanensi,
Domino Vercellarum, necnon ad stipendium mili-
tibus solvendum, tam peditibus, quam equestribus
qui praesidio sunt Civitati, et Castro Saluzzolii.
Ex quo intelligimus quam in arcto positae essent
Vercellensium res.

6. Anno 1350. Commune Vercellarum petiit ab Episcopo Vercellensi, qui appellatur Electus, ut dignaretur eidem Communi in feudum concedere quidquid eius Praedecessores Episcopi Vercellenses, et Ecclesia Vercellensis concedere consueverunt, se paratum exhibens debitum fidelitatis iuramentum praestare. Extat hac de re Charta in Archivio Civitatis diei 29. Iulii huius anni 1350. quae confecta dicitur Bugellae in Castro Episcopali super Lobiam, prope portam aulae, recepta per Notarium Simonem de Massino. Num investitura, iuxta petitionem concessa fuerit, pro certo statuere non possumus. Nam nulla Charta Archivii, sive Civitatis, sive Capituli, sive Episcopatus, id indicat. Verosimile tamen est negatam fuisse, si perpendamus quae postmodum à Ioanne Episcopo gesta sunt, ut Dominium Civitatis Iam diu amissum reparavit.

Ioanne

7. Eodem anno Ioannes Episcopus, plurimum egit tum apud Ioannem Archiepiscopum Mediolanensem, tum apud Clementem VI., ut Ecclesiae Vercellensi restituerentur ea, quae occupata fuerant a Luchino Vicecomite, Ioannis Archiepiscopi fratre. Clemens Ioanni Episcopo non defuit. Extat eius Rescriptum Ioanni Archiepiscopo Mediolanensi datum Avenione VIII. Kalendas Martii anno VIII., hoc est hoc anno 1350, quo eidem mandat, ut quae a Luchino eius fratre, Ecclesiae Vercellensi, occupata fuerant, quamprimum restituat. Illud ex Registis Bibliothecae Vaticanae refert Ferrer. fol. 208.

Joannes XXII.

Mantuam abiit, et Joannes Vicecomes, ipsius Pontificis morem gessit, quod inter incolas locis, quae adhuc sub Episcopi Imperio tenebantur, Bugellenses, qui ab Episcopo defecerant, in tutelam accepit, sublato interdicto Ecclesiastico, cui Refractarios Episcopus supposuerat, et ipsis Praetoribus, multoque potius militia, qui Bugellae, eius nomine ius dicerent, et rebelles contra Episcopum protegerent. Haec ex Archivio Communitatis Bugellae scribit Ludovicus Scaglia, hac in re fidei locupletissimae, in relatione supra citata, ad ipsum Episcopo Bonhomio, quam nobis servavit Cusanus, fol. 242., et quae ita incipit.

"Al molto Illustre e Reverendissimo Signor mio
"Osservandissimo Monsignor Gianfrancesco Bonomio
"Episcopo di Vercelli.

"Desideroso di servire a V.S. Reverendissima in ogni
"occasione, massime in questa, che mi ha coman-
"dato di cosa tanto lodevole, che trovando scrittu-
"re, che trattassero alcune cose delli Reverendissimi
"Episcopi suoi Antecessori, gli ne volessi dar rag-
"guaglio. Ho usato qualche diligenza, massime nel
"vedere le scritture riposte nell' Archivio del Co-
"mune di Biella, ma o sia per le pesti passate,
"o altra causa siano state smarrite, o perdute ne
"ho trovato poche, ne molto antiche, de quali man-
"do a V.S. Reverendissima un breve sommario,
"fedelmente cavatone, come seguita; ed in sua buona
"grazia raccomandandomi, humilmente li bacio le
"mani. Di Biella li 8. aprile 1575.

"Di V.S. Ill.ma Ill.ma e Reverendiss.   Soames(?)

"Servitore

"Lodovico Scaglia"

Et quidem "omnia quae ex Archivio elicere potuit, accuratissime describit. Bugellensium tamen defectionem, patriae studiosus si non excusare, saltem emollire satagit, eam in rigidum Ioannis Dominium refundens.

9. Porro causam perduellionis Bugellensium narrat idem scriptor his verbis: "L'anno, inquit, 1349. oltre
"la peste, che travagliò assai la Lombardia, per la
"quale si ottenne un'assolutione a poena et culpa
"per tutte le persone di Biella, intricate in grandi
"fastidi per la lite di nuovo mossagli da Gio-
"vanni Fiesco Episcopo, il quale non ostante la
"transattione fatta coll'Episcopo Emanuele, per
"le successioni, mosse detta causa, facendo di fatto
"prender il possesso delli beni, et heredità, ove egli
"pretendeva ragione; et più per lo dacito del vino,
"e gabbella del sale, che la Communità aveva im-
"poste per molte spese fatte sì nella fortificazione
"di Biella, come per sostentar la guerra per li Episcopi,
"et Santa Chiesa contro i suoi rebelli, e perse-
"cutori, confermate da detto Emanuele Episcopo. Et esso
"Giovanni Fiesco, volendo impedirgli l'esattione di
"tali dacite per debilitar le forze della Commu-
"nità, procedette molto rigorosamente contro la
"Communità, e particolari, citandogli a tener l'
"arresto nel Castello di Masserano, e sino all'Interdet-
"to. Onde fù per la Communità, appellato al-

la

Joannes VI.

"alla Curia Archiepiscopale di Milano...... Et l'
"anno 1350. la Commmunita et uomini di Biella, per
"potersi meglio dal rigore dell' Episcopo Giovanni
"Fieschi, fu accordo con Giovanni Visconte Arci-
"vescovo, e Signor Generale di Milano, Vercelli, ed
"altre città, e fu ridotta sotto sua salvaguardia."
Et haec quidem origo fuit implacabilium ini-
micitiarum quas Joannes Episcopus, perpetuo
habuit cum Vicecomitibus.

10. Ulterius itaque subditorum perduellionem, et Vicecomitum iniquam agendi rationem, cum caetera non proficerent, ad arma recurrit. Joannes Vicecomes, probe intelligens quanto cum viro, sibi res esset, Amoedeum VI. Sabaudiae Comitem, (Muratori ad hunc annum 1356.) in suas partes affinitate pertraxit, nuptum tradita Galeatio Vicecomiti, Nepoti ex fratre Stephano, Blanca Comitis sorore.

11. Decessit anno 1352 Clemens VI. cui eodem anno suffectus est Innocentius VI. Anno 1354 diem ultimum clausit Joannes Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis, Mediolani, et Vercellarum etc. Dominus, scriptis haeredibus universae ditionis, Matheo, Barnabove, et Galeatio fratribus, ejus ex fratre Stephano nepotibus. Quippe bellica virtute potius quam ecclesiasticae disciplinae nomine illustrem, scribit Galesinus in Tabula Mediolanensium Antistitum; sed muneri Pastorali minime defuisse, quamvis jurium conservandorum opus illi fuerit aliquando cum se tractare scribet Cl. Sarius in hist. Archiep. Mediolan.

Joannes XIV

Facta inter fratres divisione, Galeatio obvenere Vercellae, Novaria, Comum, Asta, Alba, Alexandria, Derthona, et plures terrae in subalpinis; Mediolanum et Genua pro indivisis habitae sunt.

12. Anno 1354. Carolus IV. in Italiam descendit, ut Imperii Coronam acciperet. Unde Vicecomites inter et Joannem Episcopum Vercellensem ~~Episcopum Joannem~~ ideo paulisper conjunctae sunt. Munus Coronationis Romae obeundum, Petro Bertrandi Juniori, Episcopo Cardinali Ostiensi, commisit Pontifex; et interim mandavit Joanni Episcopo Vercellensi, ut Caroli lateri adhaereret, eique in omnibus per Italiam adesset. Carolus die 4. Januarii 1355. Mediolanum ingressus, magnificentissima tractatione a Vicecomitibus exceptus est, et die 6. in Ecclesia S. Ambrosii de more Coronam ferream accepit ~~excepit~~. Pluribus privilegiis Vicecomites cumulavit Carolus, eosque Imperiales Vicarios constituit. Galeatio fusque significanter concessum Vicariatum Vercellarum scribit Corius.

13. Reprimendum erat, ne, Joanne Episcopo Romam, in comitatu Caroli abeunte, Galeatius aliquid in contra Clerum ~~contra Clerum~~ in Civitate moliretur, et Episcopi Ministros. Quare Innocentius Pontifex, misso Nicolao de Francavilla Archidiacono de Ripario, Abbreviatore, et scriptis litteris, quas refert Ferrer. fol. 208, datis Avenione XIV. Kalend. Martii anno III. hoc est anno 1355. denuntiari jussit Galeatio, ut dum Episcopus Romam petens abesset, penitus abstineret a Clero, et Episcopi Ministris. Hoc idem significavit litteris datis sub eodem die, ~~significavit~~ Communi Vercellarum.

Joannes I.

Carolus Corona Imperiali Romae donatus die 5. Aprilis a Cardinali Ostiensi, illico se in Germaniam recepit.

14. Anno 1356. Joannes Montisferrati Marchio, nimiae Vicecomitum potentiae infestus, Astam, Albam, aliaque oppida Subalpinae Regionis, quae per Vicecomites tenebantur, suae ditionis fecit, ad hoc Leonardi Vicecomitis filii nothi Joannis Archiepi Mediolanensis, opera utiliter usus. Qua de re audiendus est Corius ad hunc annum: Aveva, ait, l'Arcivescovo Giovanni lasciato un suo figliuolo naturale detto Leonardo Visconte, il quale in vita del Padre, havendo havuto la Podesteria di Novara, si era portato tristamente in quel governo, molti anni, in modo che, cadde talito in disgrazia del Padre, che più nol voleva sentir nominare. Per la qual cosa egli insieme con Caterina sua moglie, si ridusse nel castello di Viazalla (Vinzaglio) del Vercellese. Fu questa donna molto prudente, e unica figliuola d'un Martino di Viazalla Signore di Palestro; il quale primieramente l'aveva maritata ad un Francesco Novarendo, richissimo in Vercelli, che non aveva se non dieci anni; ma aspettando il tempo conveniente al matrimonio, sopraggiunse la morte di Martino; onde ella si maritò a Leonardo, il quale successe nell'eredità del morto; perchè egli dimorava a Viazalla, e per la vicinanza del luogo molto praticava col Marchese Giovanni di Monferrato, il quale l'anno medesimo col mezzo suo, hebbe trattato con certi Ghibellini Astigiani, ricetti presso quella città,

quella Città, fuorchè il Castello, e poi ebbe esso con molti altri Castelli, e terre del Piemonte, tenute per Galeazzo Visconti.

Joannes Epis.

16. Papiae pariter, nequidquam obsistentibus Vicecomitibus, Marchio consentientibus Dominis de Beccaria, dominatum coepit, ibique Jacobum Bussolarium ex ordine Eremitarum S. Augustini, virum praedicatione et exterioris probitatis specie celebrem, sed ingenii turbidi et factiosi, atque dominandi cupidum, rebus praefecit. Extemplo inito foedere cum Amedeo Sabaudiae Comite, ex-annunziato il Conte Verde, Novariam habuit pulsis inde Tornielliis, et restitutis Brusatis et Caballatiis, qui factione Gibellinorum, iam diudum exulaverant. Exinde Vercellense territorium infestum habere coepit, quin et Civitatem ipsam, teste Corio, obsidione cinxit. Joannes Episcopus Vercellensis, occasionem nactus, nonnulla oppida, quae olim Ecclesiae Vercellensis ditionis erant, vi capta Vicecomitibus, et Marchioni abstulit, et in suam potestatem redegit. Quae tamen postmodum a Summo Pontifice impulsus restituere, ut infra videbimus. Anno 1359. Galeatius Vicecomes Papiam dira, diuturnaque obsidione pressam, in deditionem accepit, fratre Bussolario Vercellas deportato, ubi in conventu S. Marci, diuturno carceri macceratus interiit.

16. Anno 1360. Aegidius Albornoz Cardinalis Sabinensis, Legatus Apostolicus ex pacto cum Joanne Vicecomite, dicto de Oleggio, Bononiam, aliaque oppida circumiacentia ~~ista~~ recepit. Bernabos Vicecomes, multo conducto milite,

Joannes IIus

militi, et ex Lombardia auxiliaribus Galeatii Protiso-
piis atque commeatibus instructus, qui iam diu tanto-
ti momenti Urbis possessionem inhiabat, eam oppugnare
instituit. Ad eius defensionem Innocentius VI. Summus
Pontifex Principes Status contra Vicecomitem sollicitat, et
Joanni Vercellensi Episcopo, littera data Avenione III.
Kal. Junii anno VIII. hoc est anno 1360., quam ex
Regestis Bibliothecae Vaticanae refert Ferrer. mandat
ne sinat commeatus deferri per suos fines ad Ber-
nabovem Vicecomitem, oppida Ecclesiae et praecipue
Bononiam oppugnantem; imo jubet ut adsit Car-
dinali Sabinensi, Apostolico Legato, eique favorem
et operam praestet.

17. Anno 1362. 12. Septembris ex hac vita migravit
Innocentius VI. Summus Pontifex, eique die 28. oc-
tobris sequentis sublectus est Guillielmus Grimoardi Ab-
bas S. Victoris Massiliensis, ordinis S. Benedicti, di-
ctus Urbanus V. Saevius interea ardebat bellum, Galeatium
inter et Marchionem Montisferrati. Joannes Epi-
scopus, neutri adhaerens, sed omnem discordiae occupo-
sitionem vertens utilitatem, eo arma capessebat, quo-
rei bene gerendae spe vocabatur, omni semper oc-
casioni imminens. Itaque Urbanus Papa mandat
Abbati S. Justi de Secusia Taurinensis Dioecesis Epi-
stola data Avenione VI. Idi. Februarii anno I°.
hoc est anno 1363, ut Marchionis et Galeatii di-
scordias componat, atque Episcopo Vercellensi restitu-
-enda curet quae a Marchione occupata fuerunt,
et quae fuerunt Galeatio certis conditionibus obliga-
ta: et limes inhibeat Episcopo ne se inter illos discordias

diruptis interponat. Quod duabus aliis Epistolis datis ut supra, significat Galeatio, et Marchioni, eos admonens, ut credant Abbati S. Justi ad id misso. Aliam pariter sub eadem die dedit Episcopo Vercellensi, mandans ut desistat a bello, et ab offensis Marchionis inferendis: et id ipsum vicissim Marchioni iubet. Sed cum Abbas S. Justi nihil profecerit, alteram dedit Pontifex datam Avenione V. Kal. Octobris anno 1°, Ministro Generali ordinis Fratrum Minorum, eidem mandans, ut cum Abbas S. Justi nondum pacem ad exitum perduxerit, ob varias difficultates, ipse eum iuvet, sicut alias fecit. Altera Epistola data ut supra, eidem mandat ut cum Marchio queratur quod Episcopus Vercellensis occupet nonnulla castra ipsius Marchionis, de quibus restituendis mentio facta non erat, iubeat Episcopum reddere si quae occupaverit, modo Marchio et ipse restituat. Haec refert Gerurerius ex Regestis Bibliothecae Vaticanae.

Joannes

18. Scribit Corius Galeatium Vicecomitem anno 1362 Riccardonum de Tapottis nobilem Vercellensem, qui olim apud eum plurima gratia valebat, Viglevani suspendio necasse; quod in Aerarii publici administratione, cui praepositus erat, male versatus esset. Saeva pestis 1361. totam Lombardiam corripuit, et Vercellis praecipue duas partes ex tribus hominum absumpsit. Excepit alia calamitas, quae agrum Vercellensem pene destruxit. Angli a Joanne Montisferrati Marchione in Galeatium Vicecomitem conducti, Regionem iam fere hominibus exhaustam,

Joannes XI.

pererunt compilarunt, deinde ferro et flamma ita populati, ut pene nihil reliqui fecerint.

19. Anno 1364. Urbanus Pontifex Androinum Cardinalem S. Marcelli Legatum suum in Italiam misit, ut de pace cum Vicecomitibus ageret. Die undecima Januarii Cardinalis Vercellas ingressus est magno procerum et Equitum comitatu stipatus. Die 13. Mediolanum se contulit, ubi tantum negotiatione, auctoritate, et sermone valuit, ut Barnabovem Vicecomitem, qui diu cum Ecclesia Romana in bello fuerat, ad pacem et ad restituenda, quae ob eadem abstulerat, compulerit. De pace quoque Galeatium inter et Marchionem Montisferrati, uni irrito conatu anno praecedente adlaboraverant Abbas S. Justi de Senia, et Minister Generalis Fratrum Minorum, prospero successu actum est. Ne omnia tamen ad tranquillitatem redirent, obstitit Joannes Episcopus Vercellensis, qui aegre ferens se in pace praetermissum, et, quod caput erat, se inscio inter Vicecomitem et Marchionem, de oppidis et urbis, quae Ecclesiae Vercellensis erant, conventum fuisse, Galeatii copias quae in agro Vercellensi erant, infestis persequi coepit armis. Galeatius, cum frustra omnia experitus esset, ut Episcopum emolliret, atque ad pacationem traduceret mentem, tandem maiori comparato exercitu, in territorium quod adhuc Episcopus habebat, impetum fecit, et Castrum Masserani oppugnans adgressus est. Ob id Episcopus Galeatio iratior factus, ardentius in bellum iniit, et multis

et multis factis praeclaris, non solum sua tutatus est, sed etiam bellum in territorium Mediolanensem intulit, et ab Alexiani obsidione Galeatium excelleret. Ejusque praeterea iis, qui aut Galeatio favebant, aut eidem se dediderant, siquos nactus est, in eos severa punitione animadvertit. Uno verbo, nullas finis caedibus, nulla quies Galeatio ab Episcopo erat.

Joannes[?]

20. De quibus omnibus cum plurimum apud Summum Pontificem conquaerentur, et vehementer rogaret, ut Joannem ad aliud transferret Episcopatum, Urbanus eidem conscripsit Epistola data Avenione IV. Non. Martii anno III. hoc est anno 1365, promittens se Joannem Episcopum ad aliam translaturum Ecclesiam, cum occasio commutationis idonea, et conveniens illius nobilitati, occurrisset, quo decentius transferretur: iubens interea, ut occupata Ecclesiae Vercellensi restitueret, et exercitum amoveret; addens se missurum Joannem Abbatem S. Mariae Florentinae, ut pacem inter illos componere studeret. Deinde altera Epistola data Nonis Martii eiusdem anni scripsit Joanni Abbati, ut curaret ea quae mox dicta sunt. Mandavit pariter Androino Cardinali S. Marcelli Legato Apostolico, ut Joannem Abbatem familiarium suum destinatum pro ea pace non differret. Cum Galeatius Pontifici significasset se in adventum Abbatis exercitum amoturum, modo Joannes Episcopus remitteret offensos; Urbanus litteris data III. Nonas Aprilis eidem rescripsit, ut exercitum amoveret ante adventum Abbatis, addens se Joanni Episcopo

Joannes V.us

scribere ut offensas remitteret et expensas. Joanni vero Episcopo littera data V. Id. Aprilis ejusdem anni scripsit Galeatium promisisse per Manuelem de Pouzano Jurisperitum Vicarium suum, se exercitum amoturum e castro Messerani, modo ipse remitteret offensam communiter, et privatim, et veniam daret praecipue iis locis campestribus nec munitis, quae se Galeatio dediderant, cum se defendere non valerent et iubet ut conditionem adimpleat. Utrinque obtemperatum est. Unde Urbanus scribens Galeatio, littera data VIII. Idus Maii ejusdem anni, eum laudat quod exercitum amoverit (ut Manuel Doctor ejus Vicarius retulerat) ab obsidione Messerani, et bona Ecclesiae occupata tempore belli cum Joanne Episcopo gesti, restituerit, paratusque sit caetera etiam, quae prius tenuerat restituere, modo Episcopus alio transferatur, et Ecclesiae Vercellensi praeficiatur persona sibi grata: eidem commendat eandem Ecclesiam, et pollicetur se Episcopum translaturum, cum idoneam nactus fuerit occasionem. Et ita pax Episcopum inter et Galeatium firmata est, brevi tamen duratura.

21. Per eadem tempora (Chron. Bonon. to. 18. rer. Ital.) ingens locustarum nimbus ex Hungaria emergens, universam Lombardiam inundavit. Ferunt solem ob iis, dum in aere elevarentur obscuratum, et tantam fuisse multitudinem, ut nonnisi duobus horis, earum transitus fieret. Ubicumque consistebant, herbas etiam et ita depascebant olera.

22. Galeatius Vicecomes, nonnulla quidem oppida Joanni Episcopo restituit, sed Bugellam, contra fidem, sibi retinuit, et Bugellensium perduellionem aperto favens

aperto fovens favore. Episcopus ~~igitur~~ itaque animo aeger et Galeatio infensus, Avenionem, quo brevi accessurum Carolum IV. Imperatorem audiebat, se contulit anno 1368. Ibi apud Pontificem, et Imperatorem graviter conquestus de fide a Galeatio violata, ut contra eum se muniret, et iura olim ab Imperatoribus Vercellensi Ecclesiae in Civitatem, et universum comitatum Vercellensem, qui pro maiori parte a Galeatio tenebatur, concessa repararet, ab Imperatore confirmationem donationum per praedecessores Imperatores Ecclesiae Vercellensi factarum, amplissimis clausulis obtinuit. Accipe ex Archivio Capitulari, Diploma confirmationis

Joannes IV.

" In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis, feliciter. Amen. Carolus IV. Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, et Boemiae Rex. Ad perpetuam rei memoriam.

" Etsi de innata Imperialis magnitudinis benigna clementia, in singulis subiectorum nobis, commodis nostra delectatur serenitas, Sanctarum tamen Ecclesiarum commodis, et quieti, ac ipsarum promovendis honoribus ad laudem Dei, et nostrae salutis augmentum, sicut ex assumptae Imperialis Dignitatis tenemur officio, sinceriori semper affectu dignamur intendere, ut iis, quos divina providentia suo deputavit ministerio, sub felici nostro regimine, animi tranquillitate sincerius famulantur Altissimo, quanto gratiori senserint nostrae protectionis specialiter praesidiis communitos, ac largissimis donationum nostrarum generibus

Tomus Ius

consolari. Oblata siquidem pro parte Venerabilis
Ioannis Episcopi Vercellensis, Principis, et devoti no-
stri dilecti petitio continebat, quatenus omnia et sin-
gula Privilegia, et specialiter infrascripta, gratias,
libertates, immunitates, et indulta per Divos Roma-
norum Reges et Imperatores praedecessores nostros
Ecclesiae Vercellensi concessos, et concessa, traditas, et
tradita ratificare, approbare, ~~et~~ innovare, et de novo
concedere, auctoritate nostra Caesarea gratiosius di-
gnaremur, quorum privilegiorum tenor sequitur
in haec verba." Hic ad extensum recitantur Diplo-
mata Imperialia Friderici I.i de anno 1152. Otho-
nis III. de anno 999., Henrici III. de anno 1054. et Hen-
rici IV. de anno 1070. quae nos supra suo loco retu-
limus. Deinde prosequitur." Nos igitur praefato-
rum nostrorum Praedecessorum ~~Antecessorum~~ vestigiis inhaerere volen-
tes, nostrae considerationis oculis attente pensantes,
dictam Ecclesiam Vercellensem multiplicis libertatibus
et honoribus prae caeteris multipliciter insignitam,
grata etiam obsequiorum fidei, et devotionis purita-
tem, quibus idem Episcopus, et sui praedecessores,
nos et Sacrum Romanum Imperium flagrantibus
animis, et solertibus studiis ferventibus honorarunt,
eiusdemque Ecclesiae Antistites similia facere pote-
runt, et debebunt praestantius in futurum; prae-
sertim cum iusta petentibus non sit denegandus
assensus, et supradicta de fonte rationis emanent,
animo deliberato, non per errorem, aut improvide
sed ex certa nostra scientia, omnia, et singula
Privilegia suprascripta, prout de verbo ad verbum

ad verbum, praesentibus inseruntur, ac gratias, libertates, et immunitates, ac indulta, quibus sacrum Romanum Imperium, eandem Vercellensem Ecclesiam, et eius Praesules, hactenus insignivit, in omnibus suis tenoribus, punctis, articulis, ~~et~~ sententiis, et clausulis, sicut iuste, et rationabiliter processerunt, ratificamus, approbamus, et de novo concedimus, et de Imperiali nostrae Potestatis plenitudine, praesentibus confirmamus, nostris tamen Imperii Sacri, et aliorum iuribus semper salvis. Nulli ergo hominum liceat hanc confirmationis nostrae paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare praesumpserit, gravem nostrae Maiestatis offensam, et poenam centum librarum auri puri toties, quoties contra = factum fuerit, se noverit irremi: ~~irrem-~~ [illegible] ~~ssibiliter~~ incursurum, quarum medietatem Imperiali aerario, residuam vero partem iniuriam passorum usibus volumus applicari. Signum Serenissimi Principis et Domini Domini Caroli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi, et gloriosissimi Boemiae Regis. Testes sunt Venerabiles Bartolomeus Eystetensis Sacrae Imperialis aulae Cancellarius, Theodoricus Wormatiensis, Marquardus Augustensis, et Lambertus Spirensis Ecclesiarum Antistites, Illustris Rupertus Senior Comes Palatinus Rheni, Sacri Romani Imperii Archidapifer, et Bavariae Dux, Ludovicus Andegavensis, Ioannes Bituricensis fratres, Serenissimi Regis Franciae Nepotes nostri carissimi, Ducum ~~[illegible]~~, Henbotus et Rupertus ~~Lignicensis~~ Boldo Opuliensis, et Premislaus Teschinensis Duces, Spectabiles Amadeus Sabaudiae, Burchardus ~~Magdeburgensis~~ Burgravius Imperialis Curiae, Magister Fridericus ~~Senior~~ senior

⊕ Barum Stezensis, Henbotus

+ Rupertus Lignicensis, ⊖ Burchardus Magdeburgensis,

A DI TORINO

Joannes II.us

„ ~~Junior~~ Senior de Lingley, Joannes Langravius de Leutemburg,
„ Ludovicus Junior de Otting aut. et Henricus de Swarzburg
„ comites, et alii quamplures duces Barones et Nobiles Sacri
„ Imperii fideles praesentes, cum Nostrae Imperialis
„ Maiestatis sigillo, testimonio literarum. Datum
„ Avenione anno Domini MCCCLXV. Indictione III. VII.
„ Idus Junii, Regnorum nostrorum anno XIX. Impe-
„ rii vero XI."

Interea Pontifex cum Imperatore agebat de foedere contra Vicecomites ineundo, quod anno sequenti sancitum est, eique consilium suum aperuit de se in Italiam transferendo ut propius foederatis adesset.

23. Anno 1367. Urbanus Pontifex summa omnium laetitia in Italiam descendit, et die 14. Octobris Romam ingressus est; quem deinde anno 1368. ingenti exercitu subsequutus est Carolus IV. Augustus. Haud dubium erat hisce apparatibus Vicecomites peti. Galeatius Joannem Episcopum suspicatus ejusmodi quoque aliquid contra se moliri, cum de hoc apud Pontificem quaereretur, rescripsit Urbanus litteris datis apud Montemflasconem IV. Idus Septembris anno VI., hoc est 1368. etiam Episcopum iure de ipso queri, quod Bubsiae castra retineat; nullum autem tractatum adversus ipsum habuisse; inbuisse propterea ut castra restitueret. Eodem anno Magnificentia vere Regia Mediolani celebratae sunt nuptiae Violantis filiae Galeatii cum Lionello Clarentiae Duce, Angliae Regis filio; quas Bugellenses ipsi quoque, in perduellione adversus Episcopum persistentes; muneribus prosequuti sunt ut habet Relatio supra

supra laudata Ludovici Scotiae. Joannes VI.

24. Anno 1369. Vicecomites tanta sagacitate se gesserunt, ut tandem cum Pontifice, et Imperatore de pace convenerint, quae die 13. Februarii publicata est. Bellum Galeatium inter et Marchionem Montisferrati denuo exarsit, quo Galeatius Albam, aliaque oppida in Subalpinis amisit, at vicissim Valentiam, Casale, aliaque oppida, quae juris Marchionis erant, obtinuit. Episcopus Vercellensis quoque, contra Galeatium, qui Bugellam aliaque oppida Ecclesiae Vercellensis, restituere renuebat, in acie stetit, consilia Galeatii, velati e specula circumspectans.

25. Anno 1370. Urbanus Papa, rebus Italicis utcumque compositis, ex improviso cunctis omnium maerore Avenionem repetiit, et paullo post in morbum incidit, quo defunctus est die 19. Decembris; eique die 30. ejusdem suffectus est Petrus Rogerius Sanctae Mariae Novae Diaconus Cardinalis, Gregorius XI. nuncupatus. Galeatius tandem pacto foedere, Vercellensem Episcopum infestis armis persequi coepit. Sed intercepit Gregorius Pontifex, mandans Epistola data Avenione Kal. Aprilis anno 1°, hoc est anno 1371, Raymundo Abbati Fondensi Nuncio Apostolico, ut Galeatium ab offensa Episcopi et Ecclesiae Vercellensis, averteret. Januenses eodem anno 1370, Gabriele Adurno a Magistratu depulso, Dominicum de Campofregosio, factione Gibellinum, in Ducem elegerunt. Exinde Flischi, aliique factionum Guelpharum e Civitate ejecti. Joannes

Joannes IV.

Episcopus Vercellensis, in auxilium consanguineorum avulatus accurrit, Sanmam oppugnaturus. Gregorius Pontifex, ut tam perniciosum bellum prohiberet, scripsit Episcopo sub 11. Id. Novembris anno 1º, ut abstineret a foedere rebellium Subsiniaci, expugnatione Sannae, et se ad pacem disponeret. Eadem die litteras pariter dedit Dominico de Campo Fregosio Duci Januensium, ut ad pacem et benevolentiam reciperet Joannem Episcopum Vercellensem, et ejus consanguineos: item etiam Thomae Generali Minorum, ut insisteret apud Ducem, et Episcopum pro praedictis. Misit praeterea Nuncium ad hoc, Petrum Petroncini, scribens iterum Episcopo Vercellensi, et aliis Nobilibus de Flisco littera data Idibus decembris, ut se promptos redderent ad conclusionem pacis faciendae cum Januensibus, et crederent Nuncio.

26. Anno 1372. 19. Martii e vivis excessit Joannes Marchio Montisferrati, scripto haerede totius ditionis Secundotto, seu Secundotto ejus primogenito, nondum pubertatem egresso, sub tutela Othonis Ducis Brunsvicensis, et Amedei Comitis Sabaudiae. Joannes Episcopus Vercellensis, tempus advenisse ratus, quo terras olim Ecclesiae Vercellensi, a Marchionibus occupatas vindicaret, pupillo bellum indixit. Sed obstitit Gregorius Pontifex, scribens litera data 11. Non. Junii anno 11. Ministro Generali Fratrum Minorum, ut pacem componeret.

27. Interea cum nimia Vicecomitum potentia omnibus formidabilis esset, contra eos opera Ducis Brunsvicensis

Ioannes II.

Brunsvicensis, arcto foedere junguntur Pontifex, Amadeus Sabaudiae, Marchiones Estenses, et Montisferrati. Exemplo Galeatius ab obsidione Astae pellitur. Comes Sabaudiae, ingenti instructus exercitu, in agrum Vercellensem immisit, ibique castra S. Agathae, et S. Germani occupat. Nec mora, agrum Novariensem invadit, et Mediolanum usque excurrit, inaequus Ticini, quae tum ob cives, magnopere creverant, prohibitus est. Sociaverat se adiuvit Joannes Episcopus Vercellensis, magna copiarum manu, qui et ipse nonnulla oppida in Vercellensi agro, Galeatio eripuit. Inter primos, Episcopo adhaerebat Mossinus, et ceteri de Advocatorum gente, quos Pontifex littera data IV. Non. Decembris anni [illegible] commendat de rebellione facta tyrannis de Lombardia, de adhaesione Ecclesiae Romanae, et de auxiliis praestitis Episcopo Vercellensi. Episcopum praeter alia littera data eadem die, commendat, quod perseverat in devotione Ecclesiae Romanae, et alios ad eamdem inducat.

28. Anno 1373. Ioannes Episcopus ob diuturnam Bugellensibus obstinatamque rebellionem iratus, Bugellam, totam belli molem transtulit, ubi auxiliante Amedeo comite Sabaudiae, extrema rebellibus minitabatur. At Bugellenses cum in Galeatio aliis bellis implicito, ~~nihil~~ nihil auxilii spei haberent, sub certis conditionibus, quas recitat Ludovicus Scaglia in citata Relatione, se, suaque Episcopi misericordiae permiserunt.

29. Recepta Bugella, praesidioque imposito, Vercellas Episcopus exercitum duxit. Expugnatis, maioribus

Ioannes VI.

erat, quam quae pauci verbis perspici potest. Itaque corruptis nonnullis Praefecti Castri familiaribus, nocte milites, in castrum immittit. Capto castro, et interfectis qui praesidio erant, atque Praefecto cum filiis in vincula coniecto, postero mane Episcopus Urbem intrat, et cum eo Advocati omnes, qui iam dudum ab Urbe exulaverant. Praetor, et Militiarum Dux, se in arcem recipiunt. Eo etiam confugiunt Tittones, et reliqui Gibellinorum partium, qui se hostium furori subtrahere potuerunt. Exinde Urbs direptioni tradita.

Haec narrat Muratori ad hunc annum ex Gazata. Arcem recentis construi curaverat Galeatius, sed fidium expensis. Plures habentur Chartae in Archivio Civitatis ab anno 1367. ad 1372., quae docent Commune Ferusianum non paucas emisse domos ad huiusmodi Arcis constructionem, praecipue a Monasterio S. Stephani postea appellato della Cittadella. Absoluta est constructio anno 1372., latis, profundisque foveis, vallo, et muro, validisque munita propugnaculis. Eam Episcopus, capta Urbe, fossa, et aggere circumvallare instituit: La Cittadella, ait Corius, che ancora si manteneva in fede di Galeazzo, fu nel mese di Novembre dal Vescovo serrata con profondi fossi, ed alti palancati, di sorte, che alcuno non vi poteva entrare, ne uscire senza pericolo della morte.

30. Anno 1374. Episcopus totis viribus arcem oppugnare pergebat. Galeatius aderat, ut subsidia, et munitiones intromitteret. Episcopus in arcto positus Gregorium Pontificem per Ioannem Episcopum Aretinum Nuncium Apostolicum, admonet, ut opem ferat. Rescribit

Rescribit Pontifex Joanni Aretino litteris datis Avenioni Arelatens. VII. Kal. Julii anno IV., et dolet quod Episcopo Vercellensi opem ferre non possit; nihilominus proventibus S. Germani Vercellensis Diaecesis, ad Philippum Abbatem S. Andreae, qui Galeatio adhaeserat spectantibus, illo privato, si citra scandalum fore videatur, eumdem Episcopum interim devolvi jussit; mandatque ut Administratorem constituat Eleprotem Baldassarum de Rosis de S.ta Agatha ejusdem Monasterii Canonicum, donec aliud statuatur de Philippo. Hoc spe frustratus Episcopus, nihilominus cum intellexisset Galeatium magnis copiis, et munitionem in arcem importantem, ei obviam ad Sanctum Germanum prodiisset. Commissa pugna, Galeatius funditur, fugaturque. Quod ut cognovit Pontifex eidem Episcopo scribit litteris datis Avenionis Avenionensis Diaecesis XVI. Kal. Augusti anno IV., eique hortatur ut defendere nitatur jura Ecclesiae Vercellensis, eum laudat de relata victoria apud S. Germanum: eidemque mittit per Albertinum Balardum, aureos florenos 18000, et alios 3000 per Ludovicum de Parma. Cum itaque nulla amplius suppetiarum superesset, et de cetero arx in mediis esset angustiis, deditio facta est salvis personis, et rebus, teste Corio. "Le milizie Pontificie, (inquit Muratorius in annalibus ad hunc annum), "che col Vescovo di Vercelli, assediavano la Cittadella "di Vercelli, dopo aver impedito i soccorsi, che v' "inviò Galeazzo Visconte, se ne impadronirono; con "che tutta quella Città restò all'ubbidienza della Chiesa.

Joannes IV.

31. Exinde Episcopus Titiones, aliosque eiusdem factionis veluti rebelles proscripsit, eorumque bona publicavit, et fisco addixit. Id habemus ex Charta Archivii Conventus S. Francisci huius Civitatis, in qua Episcopus Fratribus eiusdem Conventus, concedit quasdam Domos, quae Titionum erant, iunctas apud Ecclesiam S. Gratiani, hac praefatione praemissa: Joannes Dei, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Vercellensis et Comes etc. Cum itaque Riccardus de Titionibus filius Domini Raynerii, et Jacobus de Titionibus filius quondam Domini Guillielmi, tamquam fautores, colligati, et adiutores Galeatii de Vicecomitibus de Mediolano, ut Rebelles Ecclesiae Romanae et Domini Nostri Papae, ac Sacri Imperii, privati fuerint per nos omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, iuribus, et gratiis, et iurisdictionibus quibuscumque, et dicta eorum bona, confiscata Camerae Sedis Apostolicae, Volentes vobis etc. Actum, et datum Vercellis anno MCCCLXXV. Indictione XIII. die XIII. Febbruarii, Pontificatus Domini Nostri Papae anno V. in Ecclesia S. Francisci Ordinis Minorum de Vercellis, in Capella S. Eligii. Post haec pulsis ubique Vicecomitis copiis, et fautoribus, universam pacavit Dioecesim. De quibus omnibus, cum per Legatos suos, Pontificem certiorem fecisset, respondit Pontifex littera data Avenione IV. Nonas Maii anno V., eum commendans de rebus bene gestis, pro Ecclesiae suae defensione, quemadmodum se intellexisse dicit ex nuntiis Legatis, hortatur ut perseveret.

32. Eodem anno 1375. Galeatius Vicecomes, Joannem Galeatium filium, mirae indolis adolescentem, nuptiis

adolescentem sui juris fecit emancipavitque, eumque constituit administratorem Vercellarum, et Novariae, Alexandriae, et Casalis S. Evasii, facta illi potestate bella gerendi, et pacis firmandae. Id habemus ex Corio ad hunc annum: L'anno, inquit, di nostra salute MCCCLXXV. alli VIII. di Gennaio, Galeazzo Visconte, volendo rinnovar la Guerra contro Casale, emancipò Giovan Galeazzo suo figliuolo d'età d'Anni XXIII. ma di grand'ingegnio, assegnandogli il governo di Novara, Vercelli, Alessandria, Casale Sant'Evasio, ed altri luoghi, soggiungendo che potesse far la guerra, e celebrare la pace col conte di Savoia, riservandosi però la suprema ~~podestà~~ autorità, col titolo di Principe Generale.

33. Interea Vicecomites, cum undique premerentur, de pace agere coeperunt, sed negotiationes ob innumeras quotidie supervenientes difficultates, in irritum reciderant. Induciae ~~factae~~ pactae sunt ad annum. Joannes Episcopus, rebus domesticis compositis, contra Januenses, consilia, et animum convertit. Id colligimus ex litteris Pontificis, datis Avinione Kal. Septembris anno V. hoc est anno 1375, in quibus Episcopo scribit, quod cum intellexerit ipsum favere Comitivas, ut ait, in Lombardia congregatas, quae Genuensi Civitati damnum illatura videtur, eaque de re, conquesta sit Respublica, tametsi minime credat, praecipit sub poena Excommunicationis ut desistat, si forte sit reus, ne odia contra Ecclesiam concitentur.

34. Anno 1376. Florentinis auctoribus universae pene Tusciae, Piceni, Flaminiae, Aemiliaeque Civitates, atque

Joannes VI

oppida a Pontifice defecerunt. Quare Pontifex rebus suis in angusto positis consulere volens, pacem cum Galeatio composuit. Inter pacis conditiones, praecipua fuit, quod Vercellae Galeatio restituerentur. Sed ne ea fortiretur effectum, invicte obstitit Joannes Episcopus; unde insidiis opus fuit, quibus tandem anno sequente, ut videbimus, Galeatius obtinuit, quod aperta vi, et armis non poterat. Il Papa, ait Illustratorius in annot. ad Annal. ex Gazata, conchiuse pace con Galeazzo Visconte, rilasciando a lui la Città di Vercelli, Castello S. Giovanni, e circa cento altre castella sul Piacentino, Pavese, e Novarese; con che Galeazzo sborsasse in varie rate, ducento mila fiorini d'oro. Ma ripugnando il Vescovo di Vercelli a restituire Vercelli, Galeazzo ne entrò al possesso solamente l'anno seguente, essendo stato tradito il Vescovo dai suoi e fatto prigione.

36. Anno itaque 1377, cum Episcopus esset in castro Bugellae, instigante Galeatio, ab oppidanis suis, nil simile cogitans, per proditionem captus est, et in carcerem traditus. Corius scribit id actum esse impulsu Amedei Comitis Sabaudiae, qui paullo ante cum Vicecomite in amicitiam redierat: Giovanni del Fiesco, ait, Vescovo di Vercelli, in podestà del quale, per quel nemico capitale de' Visconti, il Pontefice havea commesso il dominio di quella Città, essendo nella terra di Biella, da terrieri a persuasione del Conte di Savoia, cognato di Galeazzo Visconte, fu fatto prigione, e posto in carcere. Certum est Galeatium ex quo Episcopus Bugellam recuperaverat,

Joannes Fliscus

recuperaverat, secretos tractatus cum Bugellensibus ha-
buisse, quorum plerosque sibi beneficiis pe-
culiaribus devinxerat. Hoc defecit cujusdam proditioni
fomentum. Cum enim Episcopus sibi fodra, seu
tributa solvi juberet, aliaque posceret, quae juris
sui erant, plerique perversi et scelerati homines, id im-
potenti dominationi adsignantes, ita populi veteres in
Episcopum odium renovarunt, eoque populares ac-
cenderunt, ut nefarium facinus, quo
legitimum excuterent jugum. Eo liberius impium
opus aggressi sunt, quod scirent se id impune fa-
cturos, eiusi favore Galeatii Vicecomitis, Comitis de
Sabaudia, et Jacobi filii Luchini del Verme, qui
armatus non longe aberat, ut rebellibus subsidio es-
set. Improbo foederi, se quoque adiunxit Otho Dux
Brunsvicensis, Marchionis Montisferrati tutor, et ad-
ministrator.

36. Capto Episcopo, omnem pariter supellectilem rebelles
diripuerunt, aurum, argentum, pecuniam denique om-
nem suam receperunt. Ludovicus Scaglia, cui potis-
sima fides adhibenda est, ut pote Bugellensi, quique
omnia, quae refert, aperit haurisse ex Archivio
Communis Bugellae, in saepe citata relatione, missa
Episcopo Bonomio, rem narrat his verbis: "L'Episco-
"po Giovanni Fiesco, come uomo d'animo inquieto,
"non sapendo conservar la pace, ma tirannicamente
"governandosi contro gli uomini di Biella, questi per
"levarsi tal tiranno, trattarono modo di farlo pri-
"gione, e cacciarlo di Biella. Così l'anno 1377, ebbero
"modo di prendere il castello una notte, ed entrati

Ioannes 1.us

" dentro, fu fatto prigione in letto per mano di un Bartolino
" de Veggio, e di Giovanni de Marta, con molti
" delli suoi Capitani, ed altri di casa, et ridotto nella
" Torre d'esso Castello, qual fu messo a sacco, et es-
" portati molti denari, argenti, ed altre robe. L'anno
" 1379. furono pagati per la Comunità, fiorini 500.
" al Capitano Giacomo figliuolo di Facchino del Verme
" di Verona, per un accordo suo fatto per mezzo
" del Conte Amedeo di Savoia. Fu anco fatto lega,
" et ottenuto un salvocondotto dal Duca Brunsvicense
" per gli uomini di Biella, e suo mandamento, di
" poter andar sicuri per tutto il suo paese."

37. Cum Bugellensibus conspirasse etiam Communem Masserani, colligimus ex transactione inita inter praedictum Dominum Episcopum, et Communem illius loci, anno 1378. 24 Junii, quae impressa legitur in statutis Masserani, et Crevacorii, ut sequitur.

Caput 4.um Item quia ipse Dominus Episcopus habebat, et tenebat certos nobiles de Castellengo, et de Cittonibus in Castro Masserani; et Commune et homines Masserani ad instantiam Illustris Principis Domini Domini Galeatii Vicecomitis, et Nobilis viri Domini Nicolai de Esino fratris ejusdem Domini Episcopi, ipsos de Castellengo, et de Cittonibus relaxaverunt, praefatus Reverendissimus Pater et Dominus remittat, et remittere teneatur, ac ipse Dominus Episcopus ex nunc remittit dicto Communi, et hominibus dicti loci, tam communiter quam divisim omnem iniuriam ipsi Domino Episcopo illatam, ex dicta relaxatione, et omne damnum et interesse.

Joannes I.us

Caput 6.um Item quod praefatus Reverendissimus pater teneatur, et debeat dicto Communi, et hominibus Clusperani tam communiter, quam divisim remittere, et ex nunc ipse remittit omnes iniurias ipsi Domino Episcopo illatas per dictos Commune et homines, ac omnia damna illata per ipsos in Castro Clusperani, tam sibi quam alterius bonis, rebus ipsius ipsius Reverendissimi Domini Episcopi ~~Domini Episcopi Reverendissimi~~ sive alterius personae, quam in libris, Chartis scripturis, et aliis quibuscumque, ita quod vigore praedictorum, ipsi homines, et Commune, tam communiter, quam divisim, non possint in perpetuo molestari.

Caput 7.um Promittit praefatus Dominus Episcopus tenore praesentis publici Instrumenti, contra aliquas personas de Clusperano, et ibidem habitantes, qui tempore detentionis praefati Domini Episcopi, et postea, steterunt, intraverunt, tenuerunt, et perpetraverunt in Castro Clusperani praefato, non procedere in aere nec personis, immo liberat eosque absolvit; et quod hominibus de Clusperano, licet investituras non petierint a dicto Domino Episcopo, congruo tempore de his rebus, de quibus investituram petere, et recipere tenebantur a tempore suae captionis citra, nullum ipsis hominibus praeiudicium generetur.

Caput 8.um Item quod praefatus Dominus Episcopus teneatur, et habeat procurare, et facere cum effectu, quod omnes, et singuli de Clusperano qui res et bona eius rapuerunt, ac ipsis usi fuerunt,

Joannes ???

ac qui ipsis participaverunt, a quacumque sententia Excommunicationis maioris, et minoris, si quam incurrissent per ipsum Dominum Episcopum, vel summum Pontificem ~~liberaretur~~ absolvantur.

Caput 22.um Item quod dicti Sindici et per ipsos dicti Commune, et homines Masserani teneantur et debeant quotiescumque fuerint requisiti per ipsum Dominum Episcopum, vel sufficientem nuncium, videlicet habentem ad infrascripta, speciale, et sufficiens mandatum, restituere, libereque relaxare facere castrum Masserani cum omnibus bonis, et rebus ipsius Domini Episcopi, et Ecclesiae Vercellensis, existentibus in eodem.

Porrò id quod habet caput 4.um transactionis, nobis pandit quid velit Gregorius XI. Epistola data Avenione XIX. Kal. Januarii anno IV. hoc est anno 1374. scribens Joanni Episcopo: quod ad Dominos de Castelletto, [illegible] [illegible] Sabaudiae dediderunt se, liberosque relaxandos, favorabilem se reddat.

37. Vercellenses, cum nihil amplius in Episcopo Captivo, praesidii esset, ne in manus Amedei Comitis Sabaudiae inciderent, voluntarie se Galeatio Vicecomiti dediderunt, ea lege ut Advocati in Patriam restituerentur. Haec narrat Corius: Li Cittadini di Vercelli, ait, intendendo la captura del Vescovo per commun consiglio, non volendo il Conte di Savoia per loro Signore, ritornarono quel Dominio a Galeazzo, con un Capitolo che gli Avvocati, capi della fazione Guelfa, si potessero ripatriare, come erano stati fuori dal tempo di Azzo Visconti fino a Galeazzo,

e per Comiti Sabaudiae

Bonnesy

Galeazzo, a persuasione dei Tizzoni principi della parte Ghibellina, mai in Vercelli non avevano potuto habitare.

39. Eodem anno 1377. Gregorius Papa, ratus tot, tantaque mala quibus miserandum in modum tota discerpebatur Italia, ex absentia Pontificis oriri, tandem Sanctae Catharinae Senensis impulsu, Romam demigrat, Romaeque Pontificis Romani sedem, septuagesimo anno postquam Clemente V. abierat in Franciam restituit.

40. Anno 1378. cum Ioannes Episcopus adhuc opus incarcerari, pro eo, contra Bugellenses pugnabatur, ab eius fautoribus et amicis. Sed intercepit Reverendissimus Sigismundus, a Pontifice destinatus, novis internuntius. Eo Auctore pacis conditiones signatae sunt, quibus Episcopus omnem temporalem iurisdictionem in Bugellenses perpetuo amisit. Aderat enim Ibletus de Chalant, Gubernator Subalpinae Regionis pro Amedeo VI. Comite Sabaudiae, qui in eandem suffragabat. Eidem Bugellae administratio cum mero et mixto imperio tradita est ad triennium, ea adiecta conditione, ut Bugellenses defenderet adversus Episcopum. Placuit audire Ludovicum Italiam in saepe citata relatione, qui rem prout gesta est, luculenter describit:

" Detto anno 1378. fu liberato di Prigione, detto Episcopo Giovanni Fiesco, però mandato fuori di Biella
" il quale con aiuto de' suoi amici, et adherenti tentava di vendicarsi contro detti uomini di Biella,
" li quali per loro difesa avevano condotto buon numero

Doc. 29

|| numero di soldati a loro stipendio, e con l'aiuto degli
|| uomini di Andorno, e di Mumaglia, nemici dell'Episcopo
|| si diffesero, e combatterono valorosamente." Haec tamen
acta esse cum Episcopus adhuc esset in carcere, liquet
ex iis quae statim subdit, inquiens: " Frattanto fu man-
|| dato da Sua Santità per Nuncio, il Reverendissimo
|| Aglurio d' Ottone a trattare di nuovo la pace tra
|| detto Episcopo, e la Communità, et uomini di Biella,
|| Andorno, e di Mumaglia, il quale per poter meglio
|| trattare questo negotio, pensò di farlo con inter-
|| vento, consiglio, e parere d' Ebleto di Chalant, Ca-
|| pitano in Piemonte per il Conte Amedeo di
|| Savoia; e così alfin ridusse le parti alla pace, et
|| accordo, con molti capitoli, e convenzioni, quali
|| per esser molti, e longhe lascio per brevità, solo
|| dirò alcune di maggiore importanza. Primo l'
|| Episcopo perdona, annulla, e cancella tutte le ingiu-
|| rie, danni, et offese, fatte si nella sua persona, de'
|| suoi parenti, servitori, aderenti, e seguaci, come
|| nella robba, promettendo con giuramento di non
|| farne vendetta, ne farla fare, ne procurare che si fac-
|| cia contro detta Communità, nè in commune, nè in
|| particolare, nè contro loro adherenti, seguaci, e
|| fautori, per via retta, o indiretta, o in qualsi-
|| voglia modo, etiam che detto Episcopo col
|| Reverendissimo Nuncio avere l'assoluzione da Sua
|| Santità in scritto, d' ogni scommunica, o interdetto,
|| ne' quali fossero incorsi per detta causa; e così
|| a' Clerici, d' ogni irregolarità, per quali avessero
|| perduto, o potessero perdere i loro Beneficij; et che

Ioannes VI

|| et che l'Episcopo rimetta il governo di Biella, Andorno
|| e Zumaglia al suddetto Ebleto di Chialant, con mero, e
|| misto imperio, et omnimoda giurisdizione, e con com=
|| petente stipendio da pagarsi per detta Commu=
|| nità; il quale però giuri nelle mani di esso Epi=
|| scopo di governar bene essi luoghi ad honore, e servi=
|| tio di sua Santità, e dell'Episcopo, e questo fù
|| per il termine di anni due, e mezzo; durante il qual
|| tempo, esso Episcopo non debba entrare, nè abitare
|| nelli luoghi suddetti, se non di volontà d'esso Go=
|| vernatore, e di detta Communità; passato qual
|| tempo, parendo a detta Communità per loro si=
|| curezza possino supplicare a Sua Santità di prov=
|| vedere come le parrà ispediente, purchè restino
|| sicuri, che dall'Episcopo non si proceda a far
|| vendetta contro di loro. Et che li castellani, et of=
|| ficiali che dall'Episcopo si manteranno in essi luo=
|| ghi, debbano giurare in mano di esso Episcopo,
|| e del Governatore, di governar bene essi luoghi a no=
|| me e servizio dell'Episcopo, e di ubbidire al detto
|| Governatore, e di non prestare alcun aiuto, consi=
|| glio, e favore all'Episcopo, se volesse fare alcuna
|| vendetta contro detti uomini, e Communità, anzi
|| d'aiutare detti uomini in tal caso; nè possa detto
|| Episcopo mutare detti officiali senza consenso di det=
|| to Governatore, etiam durante tal tempo contentando=
|| li essi uomini, e Communità d'accettare esso Epi=
|| scopo, detto Governatore, et officiali, li debbano rimet=
|| tere essi luoghi. Ma in caso che l'Episcopo volesse
|| procedere a vendetta, che detto Governatore sia tenuto

[illegible]

con l'aiuto degli stessi uomini sottoposti al suo governo di difenderli da ogni ingiuria; e che nascendo qualche difficoltà sopra questi Capitoli, et altri ivi descritti fra l'Episcopo, e la Communità, si abbiano a stare alla decisione per ambo le parte, dell'Episcopo d'Ivrea, e del detto Governatore; e che il Reverendissimo Signore con l'Episcopo Fiesco faciano probare ogni cosa da sua Santità, in modo, che detta Communità non restino disfaudate in cosa alcuna; e che delle ingiurie, e cose tolte all'Episcopo, e suoi; e delli prigioni ed ostaggi dell'una e l'altra parte se ne faccia reintegrazione, secondo che da detto Governatore sarà ordinato. Qual pace, e convenzione fu fatta in Verezzo li 24. d'aprile, e confermata nel Castello di Pavone li 16. Maggio con debiti giuramenti con la presenza di detto Episcopo d'Ivrea. Et alli 20. di Maggio furono liberati Giovanni Fiesco, Capitano Pietro de Ultramarinis, Giureperito Antonio di Zerugli, Gorsio Cagnolo, Giovanni di Maifrosino, Giovanni Piccascio, Domenico d'Alberto, e Pezzontino di Piezia, huomini, e soldati dell'Episcopo, e condotti fuori del territorio di Biella, sopra le fini di Pondrano ratificarono con giuramento d'osservare la suddetta pace senza contradizione, e di poter esser chiamato mancatore di fede chi in alcuna parte la contravenisse, come per scrittura del suddetto Pietro Sidone si legge: Et furono ad Abbate di Chialons pagati dalla Communità scudi 1200. esso anno per il suo stipendio, e buoni portamenti.

Joannes 14

41. Et ita per summam iniuriam, dum in vinculis esset, et in potestate rebellium, coactus est Joannes Episcopus vellet, nollet, legem accipere a subditis suis; et ad eorum voluntatem, legitimo imperio se abdicare. Hinc non contenti Bugellenses, eosque prosperi, ut propria auctoritate, se tandem ex toto, subtraxerint Vercellensis Ecclesiae dominio, et principatum in alterum transtulerint. Id discimus ex citata Relatione Ludovici Scagliae; qui cum narrasset verbis a nobis mox recitatis, pacta ab Episcopo captivo extorta, eiusque liberationem, statim subdit: "Hor stando il soddetto
"accordo per il Reverendissimo Signore, fatto, e la Com-
"munità, et uomini di Biella reggendosi per se stessi
"sotto però il governo di detto Ybleto di Chialont,
"l'anno 1379. essendo Chiavaro, o sii Rettore, e capo
"di Biella Bartolomeo Scaglia; e trovandosi l'Italia
"afflitta da molte guerre, e tirannie, da' quali
"difficilmente potevano essi uomini, e Communi-
"tà di Biella per se stessi governarsi, e difendersi senza
"l'aiuto e favore di qualche signore potente, come così
"si narra, ebbero ricorso ad Amedeo Conte di Savoia
"Duca di Chablais, et Agosta, che si trovava in Rivoli;
"seco trattando, e supplicando come Principe grande,
"e vicino, che volesse accettargli in sua salvaguardia,
"e protezione, come fece con alcuni capitoli tra
"loro accordati con giuramento per trent'anni,
"promettendo la Communità di pagargli Ducati
"200. l'anno per ricognizione, come per lettere
"patenti sotto li 27. settembre. E fra un mese,
"egli venne in Biella in persona, e nel Castello

Joannes V.us

|| di Biella furono di nuovo confermate dette convenzioni, e patti con giuramento, e li uomini, e la Comunità li prestarono la fedeltà. L'anno 1408. approssimandosi il termine detto dalli trent'anni, fu poi fatta una continuazione perpetua, salvi sempre li detti patti, e molti altri privileggi, e concessioni ottenute." !

42. Episcopi liberationem paullo aliter narrat Symphorianus Champier, vetustus scriptor historiae Comitum Sabaudiae, cui titulus, Les grands Croniques de gestes, et vertueux faits des tres excellents, Chatoliques, illustres, et Victorieux Ducs, et Princes de Pays de Savoye et Piemont; impressae Parisiis anno 1516. Dicit enim fol. 62 III. quod Episcopus e carcere, Amedeo Sabaudiae Comiti potenti suo scripsit narrans se in carcerem a subditis suis conjectum, ibique captum detineri: quod Marchio Montisferrati, arrepta occasione captivitatis Episcopi, Vercellam, aliaque castra Ecclesiae Vercellensis, vi occupavit: quod Amedeus Episcopum liberaturus, cum exercitu Bugellam accepit: quod in eius adventu Jacobus de Verneis, (Del Verme) administrator Communis Bugellae, fuamis militibus fugam arripuit; quod Bugellenses id intelligentes, se Amedeo dediderunt, pacta per triginta annos, immunitate a Dominatione Episcopi. Quod mox Amedeus e custodia Episcopum eduxit, et a Bugellensibus Sacramentum fidelitatis recepit: Quod Marchionem Montisferrati coegit castra occupata restituere: quod Episcopum ita allocutus est: Mon Cousin, j'ai dechassé vos ennemis de vostres fortresses; mais si je vous remettois

Joannes Ep.

remettois icelles en vos mains, vos ennemis les reviendroient reconquetre quand ils sauroient, que m'en seroit retourné; je vous conseille pour le meilleur que je reserve les fois, et hommages avec la jurisdiction a moi, et vous jouirez de vos rentes; quod Episcopus Amedeo respondit: Monsigneur, humblement je vous remercie de tout mon coeur, car je crois que sans vous il m'eust convenu finir miserablement mes jours, je suis tres content de ce qu'il vous plait. demum narrat quod Episcopus post haec, Romam pervenit, ibique a Gregorio XI. Cardinalis Sanctae ~~Ecclesiae~~ Sabinae Ecclesiae creatus est. Verum in hoc fallitur, nam Gregorius Pontifex, ut ips. dicemus, decessit die 27. Martii 1378, cum Joannes Episcopus adhuc apud eos viveret.

48. Utcumque autem absolutio a censuris in pactum deducta fuerit in ea conventione, quam rebelles ab Episcopo captivo extorserunt, certum est quod anno 1414. eam nondum obtinuerant. Nam in Instrumento 6. Maii ejusdem anni 1414. confecto super investituris inter Electum de Fliseo Episcopum Vercellensem, et Communitatem Bugellae, legitur inter caetera: Item quod dictus Dominus Episcopus liberet, et quietet, ac liberare, quietare, et absolvi faciat cum effectu per se, suosque successores in Ecclesia Vercellensi, ac per Reverendissimum Dominum Ludovicum de Flisco Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Diaconum Cardinalem, Communem, et homines, et singulares personas Bugellae, Glasiaci,

Joannes Pp.

et Vernati, ab omni debito excommunicationis, irregulari-
tatis, et interdicti, in quibus forte ipsi vel ipsorum
aliqui communiter, vel divisim, aliqualiter incur-
rissent occasione detentionis, et manuum iniectionis
in personam quondam Reverendi in Christo Patris
Domini Joannis de Flisco Episcopi Vercellensis, ac
suorum quorumcumque, ac rerum, et bonorum
eorumdem seu dictae Ecclesiae Vercellensis, et ab
omni restitutione rerum, bonorum, quovis modo
eidem olim a domino Episcopo, et suis capta-
rum, ablatarum, et ab omnibus debitis et obliga-
tionibus qualitercumque, et quomodocumque sint,
usque ad diem praesentem, ita et tali modo,
quod dictum Commune, homines, et singu-
lares personae Bugellae, Glariae, et Vernati, ipso
iure, et cum effectu sint, et intelligantur penitus
liberi, quietati, et absoluti a praedictis, et quod
nullatenus possint occasione praemissorum impo-
sterum aliqualiter molestari, turbari, seu inqui-
etari; idemque Dominus Episcopus operam teneatur
et debeat dare cum effectu, quod sanctissimus Do-
minus Noster Papa, praesens Capitulum ratifi-
cabit pariter, et absolutionem largiatur de prae-
dictis, et quod ex abundanti Committat prae-
dicto domino Episcopo, aut alteri ab ipso Do-
mino Episcopo deputando plenariam potestatem
faciendi absolutionem, et ut ipsorum captionis
praedicti Domini Episcopi, manuum iniectionis,
et omnium acceptorum, et ablatorum dicto tempore,
et ex ipsa occasione, ipsis Communi, hominibus,

hominibus, et singulis personis Bugellae, Vernati, et Glarine, et castoris.

Joannes XVI

445. Eodem anno 1378. 27. Martii, diem extremum clausit Gregorius XI. Summus Pontifex; unde Schisma omnium teterrimum, in Ecclesia excitatum est, quod annis ferme quadraginta duravit, et implicitum adeo, ut incertum penitus sit, quisnam ex tot hinc inde successive elatis fuerit Verus, et legitimus Christi Vicarius. [illegible] ea de re videndus est F. Pagius in Urbano VI. Nam mortuo Gregorio, Cardinales Romae congregati ut Successorem eligerent, unanimiter quidem suffragati sunt Bartholomeo Prignano, Archiepiscopo Barensi, qui exinde Urbanus VI. appellatus est, sed compulsi vi et metu incussis a Baronibus, et Populo Romano, qui minaciter deposcebant Pontificem vel origine Romanum, vel saltem Italum. Itaque Cardinales peracta huiusmodi electione, Roma fugientes recesserunt, et de vi protestati sunt, monueruntque Urbanum, ut dignitatem Pontificiam et ornamenta deponeret; eoque renuente, concordibus votis Robertum Gebennensem, S. R. E. Cardinalem, Pontificem Romanum crearunt, qui se Clementem VII. appellari voluit. Ab utraque parte steterunt viri sancti, et miraculis clari. Deinde Urbanus Romae, Clemens Avenione sedem habuerunt.

446. Joannem Episcopum Vercellensem non a Gregorio XI. ut perperam asserunt Panvinius, et Ciaconius, sed ab Urbano VI. Creatum fuisse Cardinalem tit. S. Marci, eidemque absoluto a vinculo quo ~~[illegible]~~ Ecclesiae Vercellensi ~~[illegible] Ecclesiae~~ tenebatur, Episcopatum Vercellensem

Joannes II.us

in commendam traditum esse, sicut ex ~~Charta~~ Bulla Joannis XXIII. ipsa proferenda, quae in Episcopum Vercellensem electus post obitum Ybleti Flisci. Quo vero tempore praecise creatus fuerit, nemo meminit. Colligimus tamen in decima die 18. Septembris hujusmet anni 1378. qua Urbanus Cardinales n.o 29. creavit, inter alios, Ciaconius recenset Joannem nostrum, quem tamen ex errore dicit Episcopum Urgellensem. Nam in caeteris creationibus certo scimus, quinam ad Cardinalatum assumpti fuerint, et ubique desideratur Joannes Episcopus Vercellensis.

46. Eundem annum 1378. insignem fecit obitus Caroli IV. Imperatoris, et Galeatii Vicecomitis, tyranni potius quam Principis, defuncti die 4. Augusti. Ut hujus tyrannidi se subtraherent, Amedeo Comiti Sabaudiae dicto fidelitatis sacramento se dediderunt hujus Regionis Dynastae, et inter caeteros Domini de Burontio. In Charta deditionis, graphice describuntur mores Galeatii. Placet eam audire.

In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis ac ad laudem, gloriam, et honorem totius Curiae Coelestis, ac Romani Imperii. amen. Anno currente MCCCLXXIII. Indictione XI. die XIX. mensis Februarii. Noverit modernorum aetas, et successiva posteritas futurorum, praesentis publici Instrumenti seriem inspectura, quod cum plurimi Christi fideles, qui sub iniquo dominio, et tyrannica servitute Domini Galeatii Vicecomitis Mediolani, tenebantur multipliciter subjugati, et per ipsum Dominum Galeatium iniquissimum tyrannum,

Ioannes Ius

Tyrannum, quotidie gravabantur, multis, variis, et innumerabilibus oneribus quibuscumque, quae non posset ullus conicere, nec lingua proferre, qui Dominus Galeatius maxima scelestis iniquitate, et diabolica superbia, non advertens nec considerans sibi subditos, ac subiectos fore veros, et fidelissimos Christianos, se eos reputans, utque tractans tamquam pessimos Saracenos, eos quotidie, et indebite opprimebat, ac personas, res, bona, imponendo, arrestando, et multipliciter consumando eos, et usque ad cordis angustias destruendo, quod non poterant aliqualiter sustinere et sic taliter, et in tantum ipsos Christi fideles sibi indebite subiugatos, durissime opprimebat, et severiter tractabat, quod nisi solus spiritus, minime remanebat. Ideirco infrascripti Nobiles Domini, et Condomini de Buronzio, volentes, et cupientes talem fugere tyrannicam servitutem, quam nullatenus poterant amplius sustinere propter multiplicia gravamina supradicta, Divinae vocis oraculo, sponte personaliter accesserunt ad Illustrem, et Magnificum Principem Dominum et Dominum Comitem Sabaudiae, Vicarium generale Summi, et Sanctissimi Pontificis Domini Gregorii Papae, ac etiam Vicarium generale Serenissimi Principis Domini Caroli Romanorum Imperatoris, et semper Augusti, cuius quidem Comitis excellentia, bonitas, atque fama per mundum resonat universum, ipsum Illustrem, et Magnificum Principem Dominum Comitem supradictum, humiliter requirentes ut ipsos Nobiles de Buronzio, et alios homines habitantes oneribus, tam personalibus quam realibus ac etiam angariis, et perangariis, et aliis oneribus quibuscumque, quae

Dominus Vs.

et qui in futurum habitabunt in Buroutio, et etiam in loco et territorio Buroutii, ac etiam in aliis villis, et eorum terris, in eorum Imperialibus privilegiis descriptis, in tantis et talibus servitutum laqueis constitutos, ac etiam irretitos dignaretur, et vellet a talibus servitutum laqueis liberare, et eos sub eius dominio, signoria, et protectione tenere, ac eos gratiose accipere ad pacta, et secundum pacta et conventiones, quae describentur; et Propterea praefatus Illustris et Magnificus Dominus Sabaudiae Comes, et in Italia princeps, et Marchio, Vicariusque generalis ut supra annotatus, considerans et advertens quod in hoc mundo nihil est gratius libertate, quia non bene pro toto libertas venditur auro, et hoc caeleste bonum superat Orbis opes, et per consequens nihil est deterius servitute, quoniam morti servitus comparatur; Volens itaque ipse praefatus Illustris, et Magnificus Princeps, et Vicarius generalis ut supra, pro se, et suis haeredibus, supraditos de Buroutio et eorum haeredes quoscumque, et alios habitantes, et qui in futurum habitabunt in villis, in eorum Privilegiis, descriptis a tantis, et talibus oneribus et servitutum laqueis penitus liberare, eosdem Nobiles de Buroutio, ac eorum haeredes quoscumque, eosque homines habitantes, et qui in futurum habitabunt in Buroutio, et aliis eorum terris et villis, sub eius Dominio, Signoria et protectione gratiose recepit etc. Actum in Burgo S. Agathae in Domo Antonii Certae de S. Agatha praesentibus egregiis, et potentibus militibus Dominis

Domino Guillielmo de Grondisono, et Ibleto de Chialant Generali Capitaneo Citra montes, Consiliariisque praefati Illustris Domini Comitis et nobilibus sentifferis Domini praeposito, et Guidetto Fratibus de Alladio ex Comitibus S. Martini, testibus ad praemissa omnia rogatis, et vocatis, praecipientes praedictus Illustris Dominus Comes Sabaudiae, et Nobiles de Buronzio de praedictis omnibus fieri debere duo, unius tenoris publica Instrumenta per Notarium infrascriptum. Ego Joannes de Balzola publicus Imperiali auctoritate Notarius Vercellensis, praedictis interfui, suprascriptumque Instrumentum rogatus tradidi, scripsi, et abbreviavi, et ideo me subscripsi cum appositione soliti signi mei.

Joannes Ioh

47. Galeatio successit Joannes Galeatius eius filius, qui statim a Vercellensibus iuramentum fidelitatis exegit, quod praestitum scribit Corius die 21. eiusdem mensis, inquiens: Il quarto giorno d'Agosto, Galeazzo Visconte d'età d'anni LIX, ed XXIII. del suo dominio, in Pavia avendo ricevuto gli Ecclesiastici Sacramenti, come a fedelissimo Cristiano s'appartiene, rese l'anima al suo Creatore, e succedè Giovan Galeazzo suo figliuolo nell'Impero del Padre. Poichè a 21. d'Agosto la Communità di Vercelli giurò la fede nelle mani di Bartolomeo da Reggio, in nome di quel Principe di Azzo suo figliuolo, dandogli le chiavi della Città; et un giorno dopo giuraro-no le Corti militari constituite sotto Corrado Sonec Alamanno, huomo di grande stima nell'arte militare, che era posto alla guardia di Vercelli col

Joannes I.us

suo distretto; e così fece Antoniolo Visconte Prefetto del Castello, et Losiriolo Nusone in Vercelli Capitano delle gente d'arme Italiane. Juramentum praestitum ipse a Dominis Dominico de Bonfiliis, et Bartholomeo Rauso, Sindicis et procuratoribus Communis Vercellarum, nomine etiam totius Districtus Vercellensis, illudque deinde ratum habuisse singulas Communitates ejusdem Districtus, singulatim habetur ex Chartis Archivii Civitatis. Inter illas leguntur etiam Communitates Asperani, et Brusnengi, quarum prima Antonium Ferrarium et Jacobum Guerz=dallam, altera vero Joannonum Donatum, Procuratores destinarunt. Nulla mentio Bugellae, quae tunc tenebatur per Amedeum Comitem Sabaudiae; quo Vercomitibus spectant illa Cossi: indi a quattro giorni (abjuramento nihil ut praestito per commune Vercellis) in Pavia il Conte di Savoia si convenne con Giovan Galeazzo d'infeudarsi delle terre, che teneva nel Vercellese, et Ivrea, le quali già furono del morto Galeazzo; ma l'ovvenire fra loro giurarono prima non. Alia praeterea loca non pauca possidebat in agro Vercellensi Amedeus Comes Sabaudiae, olim Ecclesiae Vercellensis, postmodum a Vicecomitibus occupata, et praecipue Capitaneatum Sanctae Agathae, qui longe lateque se porrigebat. Extat in Archivio Civitatis Charta diei 4. Novembris 1404, in qua Commune et homines Gliaslarengi sponte dedunt Castrum, et Villam ejusdem loci, in Manibus Domini Guillielmi de Aloceto recipientis nomine Domini Amedei (is erat Amedeus VIII) Comitis Sabaudiae, qui ibi enumeratur Capitaneus S. Agathae,

48. Anno 1380. cum Joannes Fliscus adhuc in vivis ageret, et Episcopatum Vercellensem in Commendam haberet, Jacobus de Cobollis a Clemente VII. Antipapa, Ecclesiae Vercellensi Episcopus praefectus est; quam rexit usque ad annum 1406. sicuti habemus ex pluribus Chartis, et investituris, quae extant in Archivio Capituli, et Exitus, quo anno ab Joanne XXIII. translatus est ad Ecclesiam Severinensem, quemadmodum discimus ex Bulla Joannis XXIII. super citata, et infra proferenda in Ibleto.

49. Eodem anno 1380. Bugellenses ab Amedeo Comite Sabaudiae impetrarunt contra Episcopum Vercellensem, ne huic deinceps tributa penderent. Id narrat Ludovicus Scaglia in saepe citata Relatione ibi: L'anno 1380. promise esso Conte Amedeo di rilevare essa Communità, e particolari di Biella, di qualunque cosa dovuta annualmente all' Episcopo, che avessero pagato a lui, o al suo Podestà, o a suoi officiali per il passato, o che pagassero per l'avvenire, Comandando ad esso Podestà presente, e futuri di non lasciar molestar da esso Episcopo, detta Communità, nè li particolari per tali redditi, et emolumenti, come per sue lettere Patenti date in Avigliana li 24. Febbraio. Bugellenses deinde sacramentum fidelitatis dixerunt successive Amedeo VII. et Amedeo VIII; quod Ibletus Fliscus Episcopus Vercellensis ratum habuit, ut ex citato Instrumento 6. Maii 1414.

50. Novi Principis beneficio, pax, et tranquillitas Vercellis

Joannes VI.

effloruit. Nam quamvis Joannes Galeatius, ditionis proferendae avidus, et assiduis bellis implicitus, subditos tributis non parum gravari permiserit; fuit de caetero clemens, iustus, et attento animo subditorum bono iugiter invigilans. Extant in Archivio Civitatis sapientissimae leges ab eo conditae pro Civitate et Districtu Vercellarum; quarum haec est summa.

Quod nullus Laicus se immiscere debeat causis vertentibus inter Ecclesiasticos. 8. Junii 1380.

Quod Vercellenses neutri ex duobus Pontificibus Urbano, et Clementi, adhaerere debeant, et nullum recognoscant pro vero Christi Vicario, nisi quem Ecclesia vel in Concilio congregata, vel alio legitimo modo declaraverit verum Christi Vicarium. Qui aliter fecerit, districtum Vercellarum exeat. 6. Decembris 1380.

Quod ad avertendas controversias, quae oriri possent Sacerdotium inter et Regnum, nullus eligatur ad Dignitates, et Beneficia, etiam si esset Episcopatus Vercellensis, inconsulto Principe, eiusque assensu non praehabito. 18. Novembris 1381. 14. Augusti 1382. 11. Aprilis 1386. et 3. Augusti 1386, exceptis duntaxat Beneficiis simplicibus, quorum annui redditus, unitim vel divisim, florenos auri 60. non excedunt. 20. Julii 1387.

Quod nulli Vercellensium liceat rem immobilem distrahere in personam non subditam: nullique pariter liceat in Vercellensi districtu arcem excitare, et construere, non praehabita licentia Principis. 23. Decembris 1386.

Joannes IIIus

Quod nulli Vercellensium liceat absque speciali principis licentia, Privilegia impetrare seu a Papa seu ab Imperatore, seu a quocumque Principe, vel Magistratu, gravi contra transgressores indicta poena. 24. Septembris 1336.

Quod nullus Laicus conveniri possit coram Judice Ecclesiastico, nec Clericus coram Laico. 20. Novembris 1339.

61. Quo anno Joannes obierit, ignotum est. Illud certum ex Bulla Joannis XXIII. citata pro Obleto Episcopo, eidem vita functo subfectum fuisse Episcopum Vercellensem Ludovicum Fliscum, de quo mox. Unde certum pariter est Joannem e vivis excessisse ante annum 1384. ut paullo post videbimus.

62. Joanne Sedente, inter caeteros e Vercellensibus floruit Guido, seu Vido Ecclesiae Vercellensis Archypresbiter, primo a Clemente VI. constitutus Episcopus Maceratae, anno 1347; sed sequente 1348. translatus ad Ecclesiam Massanensem in Etruria. Synodum Generalem suae Dioecesis convocavit anno 1366. De eo agit Ughellius tum in Episcopis Maceratensibus, tum in Episcopis Massanensibus.

63. Post Joannem, Corbellinus, et ex eo Cusanus de more, statuunt Episcopum Vercellensem quemdam Othonem Brusatum, qui Episcopatum inierit anno 1375. Obnituntur assertioni Corii dicentis ad annum 1374: Le Gente della Chiesa insieme con Otho dal Fiesco Vescovo di Vercelle del mese d'Aprile furno molte cavalcati. Evidens est quod hic est aut error typographi, aut lapsus scriptoris. Nam hic Otho est ille, de quo paulo

Joannes [illegible]

ante dixerat idem Corius: La seguente mattina Oto ed il Vescovo di Vercelli con molti de suoi fanti ricu-
trarono dentro la Città etc. Unde Otho est alius ab
Episcopo Vercellensi, praeterquamquod ibidem dicitur
ipse non e Tizzonia, sed e Brusatorum gente. Sed audiendus
est Ferrer. fol. 213. Non praetermittus hic monere Co-
rium in Hist. Mediolani, deceptum esse, cum nominaverit
Othonem Tizzonem nescio quem ~~Episcopum~~ Episcopum
Vercellensem anno 1373. recensuit. Constat enim ex
ipsomet Corio Joannem post quadriennium Angel-
lensium discordiis agitatum esse, quem Joannem
ab anno 1347. plurimis veterum tabularum testimo-
niis Ecclesiae Vercellensis praefuisse certissimum est.
Deceptus autem Corius videtur, quod cum Othonem,
et Tizzonem Episcopum Vercellensem nominare debuis-
set, ut antea fecerat, Othonem Episcopum dixerit. Otho
autem hic e Brusatorum Novariensium gente, Oc-
tobri mense praecedentis anni cum Tizzonio Episcopo
Vercellensi Arcem recuperaverat. Quod autem asserunt
Corbellinus et Guerrius haberi nempe in Archivio Epi-
scopatus, plures investituras concessas ab hoc Othone
Episcopo ab anno 1375, est certissima impostura, et
commentum ad arbitrium excogitatum. Nam nullibi
occurrit mentio huius fictitii Episcopi. Haec ad-
notare volui, ut omnibus pateat, quaenam fides ha-
benda sit hisce scriptoribus.

§ 4. Porro Arx quae olim Episcopis Vercellensibus tutis-
simum erat perfugium, quaeque Bugellensibus fra-
enum erat, ne ab obedientia discederent, ab ipsis statim
ac Joannes a Corrario dimissus fuit, eversa est, et solo
aequata.

eversa est et solo aequata. Anno 1421, teste Ludovico Scalia in citata Relatione, concessa fuit ab Eusebio Sabaudiae Duce, Fratribus Praedicatoribus, ut ibi Ecclesiam, et coenobium extruerent. Primus Ecclesiae et aedificii lapis positus est anno 1432 a Francisco de Chialant pro duce eodem, Praesente Joanne de Monteclaro, Magistro Provinciali Provinciae sancti Petri Martyris.

Vicariolf.us [?]

Ludovicus

Ludovicus.

Anno 1384.

1. Ludovicus de Flisco Januensis ex Comitibus Lavaniae, Joanni Cardinali de Flisco, Episcopus Vercellensis subrogatus est ab Urbano VI. cum Episcopatum interea administrarat Jacobus de Cabollis, a Clemente VII. dictus Episcopus Vercellensis iam usque ab anno 1380, sicut supra diximus. Quo anno id acciderit, ignoramus. Anno 1384. Diaconum Cardinalem tituli S. Adriani Creatum ipse mense Decembri, ab eodem Urbano, eique Commendatum fuisse Episcopatum Vercellensem, ob eius ad Cardinalatum assumptionem, tunc vacantem, cum omnibus iuribus, et pertinentiis, liquet ex Bulla Innocentii VII. infra in Matheo Gibalberto afferenda, atque ex Panvinio, et Ciaconio.

2. Mortuo Urbano VI. die 15. Octobris 1389. eique sublecto die 2. Novembris, Bonifacio IX. cuius Comitiis Ludovicus interfuit, ab eodem confirmatus est Commendatarius Episcopatus Vercellensis, ut habemus ex praedicta Bulla

Ludovicus.

Innocentii VII. Campaniae Maritimae, et agri Fundani Legatum Apostolicum, constitutum esse: sua diligentia Anagninam de schismaticorum manibus ereptam, Romanae sedi restituisse: Genuam quoque cum Legationis munere destinatum esse, ut eam Civitatem nutantem, in Bonifacii fide conservaret, narrat Ser. ex Ciacconio.

3. Defuncto Bonifacio 23. Septembris 1404. successerat Innocentius VII. die 17. Octobris, ciusque Electioni interfuit Ludovicus. Cum anno 1406. Benedictus XIII. qui Clementi VII. successerat, Avenione Genuam conscendisset, tota Civitas extemplo, et exhortationibus Archiepiscopi Pilei Marini, Viri sanctissimi, eidem velut Christi Vicario, Obedientiam praestitit. Concivium morum exemplo, Benedicto adhaesit etiam Ludovicus. Ergo Innocentius Bullis datis Kal. Aprilis anno II. hoc est anno 1406., quas infra dabimus, Ecclesiae Vercellensi Mattheum Gisalbertum Plebanum Montisalvi, Episcopum praefecit. Exinde Ludovicus Avenione commoratus est, quoadusque in Concilio Pisano, Pontificatus Benedicto abrogatus est.

4. Innocentius VII. diem clausit extremum 6. Novembris, eiusdem anni 1406. Eum Cardinales, qui in urbe erant deliberare coeperunt num electioni novi Pontificis supersederent, potissimum quod audiebant Benedictum Gallis eius fautoribus adigentibus, abdicare paratum, sive alter Pontifex ipse quoque abdicaret, sive eo mortuo Cardinales, novi Pontificis electioni non procederent, ut utriusque partis collegium, in unius indubitati Pontificis electionem, unanimiter conveniret.

Ludovicus.

unanimiter convenirent. Verum ob metum, ne exultatione pueri cum urbe oriuntur, et interim Benedictus eorum frustrarentur expectationem, statuerunt novum Pontificem eligere, ea tamen cautione adhibita, ut iuramento se obligaret, ad dimittendum Pontificatum quoties alter pariter dimitteret. Et ita die 2. Decembris, Electus est Angelus Corarius, Gregorius XII. nuncupatus; qui post electionem, denuo iuramento solemniter se obstrinxit ad propositam conditionem implendam. Promissis tamen non stetit, sed ei adepta dignitate perstare cupidus, ubi actum est de Pontificatu dimittendo, aemulum suum imitatus, qui tamen spacio tempus fingebat se abdicaturum, tergiversationibus spem omnium elusit. Quare cum nullum aliud remedium ad tollendum Schisma, superesset, Cardinales utriusque partis, indicto Pisis Concilio, ibique congregati cum tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, et Hyerosolymitano, Archiepiscopis, et Episcopis 180, Abbatibus 300, Doctoribus 282, et ex pluribus sessionibus agitata, tandem cum Gregorius et Benedictus saepius per nuncios moniti, obstinate recusarent, se Concilii definitioni submittere, omnes ab utraque obedientia discesserunt, et die 5. Iunii 1409. lata est sententia depositionis contra utrumque facta potestate Cardinalibus, novum creandi Pontificem. Electus deinde est concordibus suffragiis die 26. Iunii Petrus de Candia ex ordine Fratrum Minorum Archiepiscopus Mediolanensis Praesbyter Cardinalis titulo S.S. Duodecim Apostolorum, Alexander V. dictus. Decessit anno anno sequenti 1410. die

Ludovicus. 4. Maii, eique subrogatus est die 17. eiusdem Cardinalis Baldassar Cossa, qui in Pontificatu appellatus est Joannes XXIII.

5. Ludovicus ad Joannem XXIII. Romam concessit, a quo, teste Ciaconio, Legatione Bononiae, Romandiolae, et Ferrariae honestatus est, et vicissim in eiusdem Joannis manibus, Episcopatui Vercellensi sibi ut supra commendato, sponte, et libere cessit anno 1412, ut ex citatis Bullis pro Ibleto. Interea cum Matheus de Gisalbertis, Gregorio XII. iam deposito adhaerere perrexisset, Joannes Pontifex eum Episcopatu privavit, subrecto Ibleto de Fliscο, ut infra videbimus.

6. Caeterum Concilii Pisani definitio, schisma non sustulit. Joannes, Gregorius, Benedictus unusquisque se Pontificem dicebat, et unus alterum ad invicem Censuris, imo et armis insectabatur, magnis Principibus et Praesulibus, quin et Sanctissimis viris hinc et inde stantibus. Ut tanto malo occurreret Sigismundus Imperator, magno rei Catholicae bono, Joannem Pontificem impulit, ut Concilium Generale indiceret; quod Constantiae collectum est anno 1414. In eo Joannes primum ~~annis~~ tergiversationibus egit, et demum Pontificatum deposuit. Gregorius pariter se Pontificatu abdicavit. Benedictus de Luna, nullis precibus, nullis minis adduci potuit, ut aliorum exemplum sequeretur, et pacem Ecclesiae restitueret. Itaque publica Concilii sententia exauctoratus est, et Pontificatu deiectus. Martinus V. Columna, omnium Consensu Pontifex Creatus est in sess. 41. Concilii habita die 11. Novembris 1417. Et ita post quadraginta circiter

Ludovicus.

circiter annos pessimi, ac subtilissimi Schismatis, tandem Ecclesiae pax data est, et unio Ecclesiarum Christianarum subsecuta. Ludovicus tum in Concilio, tum Comitiis Papalibus, quibus Martinus V. Electus est, elector interfuit. Ibletus instis propeditus impedimentis, ad Concilium ire non potuit; misit autem procuratorem suum, Joannem de Ylino Praepositum S. Adriani de Gorigaudio, Januensis Dioecesis.

7. Porro Ludovicus, teste Ciaconio, sub Martino V. Legationis munus in Sicilia obiit; et tandem anno 1428. die 3. Aprilis, Romae e vivis excessit, Ibleto Episcopo Vercellensi sedente. Eius Corpus Januam translatum in Aede Sancti Laurentii, et in sepulcro maiorum conditum est.

8. Per eadem tempora et anno 1385. Joannes Galeatius Vicecomes, Bernabovem Patruum suum, sibi insidiantem, in vincula coniecit, et totius ditionis imperium occupavit. Anno 1389. cum nonnullae dissensiones exortae essent Galeatium inter Vercellarum Dominum, et Amedeum VII. Comitem Sabaudiae Dominum Bugellae, et aliorum Castrorum in agro Vercellensi, ad eas tollendas Bugellae conventus habitus est, eo convenientibus missis Legatis; et die 17. Februarii 1390. etiam de foedere inter eos convenit. Nam narrat Corius ingenuus: a diciasette di Febbraio il Conte di Virtù Giovan Galeazzo per una parte, et Amedeo Conte di Savoia, duca di Ciablese e d'Agosta per l'altra, fecero lega e confederazione perpetua di non offendersi, nè di dare il passo ad alcun loro nemico, ma a vicenda difendersi contro qualunque

Ludovicus.

6 altro Potentato, che volesse loro far guerra: che il Conte di Virtù, e suoi discendenti aiutassero il Savoiese, e i suoi figliuoli con quattrocento lance, a sue spese, mandandole dopo due mesi alla richiesta fatta: che Amedeo in simile forma, soccorresse il Visconte con duecento lance contro qualunque si volesse, riservando il Pontefice, il Re de Romani, e quel di Francia.

9. Anno 1391. Joannes Galeatius a Venceslao Imperatore dux Mediolani creatus est, et Ducalia insignia Mediolani sumpsit. Eodem anno bellum fuit inter Amedeum Achaiae Principem, cui subsidio erat Ludovicus Comes Sabaudiae, et Theodorum Montisferrati Marchionem. Sabaudus Montemregalem Marchioni abstulit, et Vicipum Facinus Canis (quem aliqui Casabensem dicunt, alii apud Muratorium in Annal. ad annum 1412. ex oppido S. Agathae, quod Santia appellamus) egregius bello dux, nonnulla castra in agro Vercellensi expugnavit, et non parva damna Sabaudis, in rebus suis intulit. Controversia in Joannem Galeatium compromissa est. Anno 1399. Domini de Canisio, eidem Facino Castrum tradiderunt; qui subinde, teste Corio, totam Regionem armis infestam habuit, et insuper occupavit Castra Bolochi, Montisformosi, et Villarbotti. Anno 1400. Electores, ob inertiam, et crudelitatem, turpissimosque mores, deposito Wenceslao, eidem substituerunt Fridericum III. Ducem ~~Bavariae~~ Brunsvicensem.

10. Anno 1402. 19. Septembris, Joannes Galeatius dux Mediolani e vivis sublatus est, relictis duobus filiis, Joanne Maria, et Philippo Maria, quibus et ditionem a ducem Brunsvicensem, qui cum ... reddens, ... esset, Regem Romanorum ... Robertum ... Palatinum ducem Bavariae.

ditionem divisit. Joanni Mariae Primogenito Mediolanum, Cremona, Comum, Laudae, Placentia, Parma, Rhegium, Bergomum, Brixiam, Sene, Perusiam et Bononia. Philippo Mariae, Papia, Vercellae, Novaria, Dertona, Alexandria, Verona, Vicentia, Feltrum, Bellunum, et Bassanum obvenerunt. Verum paulo post Ducis, et Civitatis contemptis pupillis, defecere, unde Principatus, qui per eum immensum excreverat, paullatim dissipatus est. Ludovicus

11. Anno 14[illegible] cum idem Facinus Canis assiduis excursionibus, et populationibus Vercellensem infestaret Agrum, oblatamque inde vastitati exposita essent, et nulla de patrocinio eum inermi Philippo Maria praesidii spes esset; Advocati primum, deinde Arborionis, Domini de Novarenda, aliique eorum Communitatis complures certatim ad Amedeum VIII. Sabaudiae Comitem perfugerunt, se, magne eiusdem fidei, et clientelae permittentis. Idem praestiterunt Moniales S. Petri de Lenta, tunc Dominae eiusdem Villae, et Castri, prout liquet ex sequenti documento, quod habuimus ex Archivio Monasterii S. Petri Martyris, huius Civitatis.

" In Nomine Domini. Amen. Anno
|| MCCCCIV. XII. Indictione, die IV. Novembris. Ad laudem Sanctissimae, et Individuae Trinitatis, augmentumque
|| Illustris Principis et magnifici Domini Domini
|| Amedei Sabaudiae Comitis, Ducis Chablesii, et Augustae, In Italia Marchionis, et Comitis Gebennensis.
|| Sit hoc publicum, ~~[illegible]~~ pateat omnibus Documentum, quod in praesentia in prascriptorum

Ludovicus.

dicto loco habitantes, in, et sub speciali protectione, sal-
vaguardia, conducta, plena fiducia, et tranquillitate, di-
cti domini vestri Comitis Sabaudiae, posuit, re-
cepit, et esse voluit, et manere sub pactis, et conven-
tionibus infrascriptis = Primo quod idem Dominus Noster
Comes, suique Posteri, in dicto loco, et super homines,
tenementarios, emphiteotas dicti Monasterii, et qui de cae-
tero habitabunt in dicto loco, habebunt merum, et mi-
xtum imperium, et omnimodam iurisdictionem: =
= Item quod dictus Dominus Comes, suique Posteri,
dictum Monasterium, eiusque membra cum suis pertinen-
tiis teneatur manutenere in eius iuribus, franchigiis, liber-
tatibus, aquis, acquarum decursibus, piscariis, molendinis,
pascuis, possessionibus, et aliis honorantiis quibuscumque,
et ubi ipsum Monasterium, de eius iuribus, aliquo
tempore fuisset privatum, sive spoliatum, reintegra-
re, et restituere ad eius iura, ipsasque Moniales, et di-
ctum Monasterium tueri ab omnibus oppressionibus,
et violentiis indebitis. = Item quod praefatus Dominus
Comes, suique Posteri, non possint remittere ipsum Por-
talverium, eorum Monasterium, nec eius membra sub
protectione alterius Domini, nisi fuerit de bene placito
ipsarum Monialium. = Item quod ipsum Mona-
sterium, ipsaeque Moniales sint exemptae ab omni-
bus oneribus realibus, personalibus, ordinariis, et extraordi-
nariis, gabellis, daciis, taleis, fodris, peraequatis, et mul-
ctis, a quibuscumque. = Quas quidem conventiones,
et pacta dictus Sindicus, et Procurator, sindicario, et
Procuratorio nomine quorum supra, promisit, et
promittit dicto nobili Guillielmo, militique et Notario infra-
scripto,

Ludovicus.

infrascripto, stipulanti, et recipienti vice, et nomine, et ad opus dicti Domini Domini Nostri Comitis Sabaudiae, et suorum praedictorum, per iuramentum suum in animas dictorum Constituentium, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter praestitum, et sub dicti Monasterii obligatione bonorum temporalium, et spiritualium quorumcumque, tenere, attendere, et inviolabiliter observare, tenerique, attendere, et observari facere, dicto Domino Nostro Sabaudiae Comiti, et suis praedictis, promotionem effectu dictos Monialis, et alios in dicto loco, Castro, et Monasterio habitantes, et qui de caetero habitabunt, fides, legales existere, statumque et honorem praefati Domini promovere, et conservare, inutilia vitare, et ubi revelare, dum ad ipsorum pertinuerint notitiam, dictumque Dominum Nostrum Sabaudiae Comitem, et suos praedictos, necnon eorum officiarios, fideles, et subditos, in dictis fortalicio, et loco, et Monasterio, et eius membris, recipere, tenere, et reciperi dum fuerint requisiti, pro pace, vel guerra faciendis. = Et dictus Nobilis Guillelmus nomine praedicto, promisit, et promittit, dicto Sindico, Sindicario nomine, ac etiam dictis mihique Notario infrascripto, stipulantibus, et recipientibus solemniter, vice, et nomine, et ad opus ipsarum Monialium, dictique Monasterii, et aliorum quorumcumque, quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, per iuramentum suum ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter praestitum, et sub dicti Domini nostri Comitis obligatione bonorum quorumcumque, quod dictus Dominus noster Comes, et sui praedicti, praedictas conventiones, et pacta,

Indorsatur.

in quantum ad ipsos spectat, tenebunt, attendent, et inviolabiliter observabunt, in nullo contrafacient, vel opponent, salvo tamen praefati Domini Nostri Domini Comitis iure, et alterius cuiuscumque. Renuntiaverunt insuper dicti Nobilis Guillielmus Capitaneus, et sindicus Sindicario nomine antedicto, et per eorum iuramenta, prout ad ipsorum quemlibet pertinet, et pertinere potest in hoc facto, omni actioni, et exceptioni doli mali, vis, metus, et in factum conditioni sine causa, ob causam, vel iniusta causa, iuri per quod deceptis in contractibus subvenitur, Iurique dicenti confessionem extra iudicium, et non coram suo iudice non valere, omnique laesioni, deceptioni, fraudi, gravamini, et errori praemissorum omnium, et singulorum non sincere, vel legitime actorum, omnique alii iuri Canonico, et civili, quo contra praemissa, seu ipsorum aliqua facere possent, vel venire, aut in aliquo se tueri, et maxime Iuri dicenti generalem renuntiationem non valere, nisi praecesserit specialis. De quibus praemissis omnibus dictae partes, et earum utraque, sibi fieri postulaverunt per me Notarium infrascriptum, unum et plura tenoris eiusdem, publica Instrumenta, ad dictamen, et consilium sapientum. Actum in loco Arboris Diocesis Vercellensis, videlicet in Ecclesia S. Mariae, praesentibus egregiis viris Domino Georgio de Albano Legum Doctore, Guillielmo de Gattinaria, et Oddono de Advocatis de Balzola, testibus ad praemissa vocatis, rogatis, atque notis. Ego Luchinus de Varaico, publicus Imperiali auctoritate Notarius, praedictis omnibus, et singulis, dum sic agerentur, interfui,

Ludovicus.

"interfui, rogatus hoc Instrumentum tradidi, scripsi, et
"me subscripsi cum appositione soliti signi mei in
"testimonium omnium praemissorum."

12. Eodem anno 1404. Philippus Maria Papiae Comes, et Vercellarum Dominus in carcerem conjectus est a Zacharia, cive Potentissimo Papiae. Ebeodorus Marchio Montisferrati, Vercellas, Novariam, et nonnulla alia loca, Vicecomiti abstulit. Hace Muratorius ex Scipione et Benvenuto Sangiorgio. Cl. Iricus hist. Tridini fol. 149. offert quoddam rescriptum Joannis Jacobi, filii Ecodori datum in Pontestura 10. octobris 1412., inscriptum nobis dilectis officialibus, et hominibus locorum infrascriptorum, Casalis, Vercellarum etc. Extat apud nos Charta, data in Pontestura die ultima februarii 1413., in qua Marchio Montisferrati, quamdam causam dirimendam committit Egregio Viro Domino Joanni de Salutiis Potestati Vercellarum Carissimo Nobis; qui Dominus Potestas in sententia eiusque sua data sub 13. Martii eiusdem anni, inscribitur: Spectabilis et Egregius Miles Dominus Joannes ex Marchionibus Salutiarum, Doliani Dominus, Vercellarum Potestas, et in hac parte delegatus ab Illustri Domino nostro Domino Marchione Montisferrati.

13. Anno 1410. Roberto Imperatore e vivis sublato, Successor datus est ab Electoribus Sigismundus Hungariae Rex, Wenceslai, qui adhuc vivebat, frater, vir pius, et rei Christianae salutaris. Eodem anno Facinus Canis, Mediolani Gubernator pro Joanne Maria duce, bellum Philippo Mariae intulit, et Papia per vim occupata, atque foeda populatione vastata,

cum in castrum compulit. Anno 1411. Castrum arcta obsidione cinxit, et tandem Philippum Mariam ad deditionem coegit; qui exinde solo Comitis nomine contentus, Facino plenam rerum admini=strationem commisit, a quo deinceps victus limitato, ac pene inopis expensas accepit. Sed anno 1412. Joannes Maria impotenter, crudeliterque dominans, ob coniuratis interfectus est Mediolani, dum sacrum audiret: et paullo post Facinus Canis, Papiae diem clausit extremum. Quare Philippus Maria Beatrice Tenda, Facini vidua in Matrimonium accepta, cunctam ditionem brevi recepit, et Mediolani Dux, victis factionariis appellatus est. Anno 1417. pacem cum Theodoro Marchione Montisferrati composuit, qua Vercellas recuperavit, et ceterum Marchioni Casale cum nonnullis aliis castris concessit. Eodem anno Sigismundus Rex Romanorum die 26. Febbruarii, Comitatu Sabaudiae in Ducatum erecto, Amedeum VIII. Sabaudiae Ducem primum appellavit. Anno 1418. Martinus V. Pontifex Maximus, Constantia discedens, in Italiam se contulit. Eo itinere Segusium, Taurinum, et Montemregalem pertransiens Vercellas pervenit mense Octobri ineunte, ubi duobus commoratus est diebus.

14. Sed iam tempus illud advenerat, quo sapientissimus Deus Optimus Maximus, tot, tantasque Vercellensium calamitates, Vercellarum dominatum perpetuo donatum, Sabaudo decreverat. Itaque anno 1426. cum Philippi Mariae Mediolani Ducis potentia, iam omnibus formidabilis esset, Veneti pacto foedere cum plerisque Italiae

Ludovicus.

Italiae Principibus, in illud contra Vicecomitem traxerunt etiam Amedeum Ducem Sabaudiae, ea lege, ut omnia, quae sive in agro Vercellensi, sive Mediolanensem ditionem, Vercellis, bello occuparet sui iuris essent. Vicecomes ab Amedeo protinus sibi metuens, qui ingentibus copiis Mediolanensi imminebat agro, missis nunciis, cum eo de pace agere coepit; quam et obtinuit, facta cessione Vercellarum, et Maria Amedei filia, in Matrimonium accepta. Extat in Archivio Civitatis Instrumentum pacis, et foederis, et alterius cessionis Vercellarum, utrumque datum Taurini die 2. Decembris 1427. Hoc postremum accipe, nostrae felicitatis exordium.

Cessio Vercellarum
Facta Amedeo VIII. Duci Sabaudiae
a
Philippo Maria Vicecomite
Duce Mediolani.

" In Nomine Sanctae et Individuae Trinitatis Patris,
" et Filii, et Spiritus Sancti, totiusque Curiae superna-
" turalis. Amen. Noverint universi praesentes partier et
" futuri, quod anno a Nativitate Domini Nostri Jesu
" Christi sumpto MCCCCXXVII. Indictione VII. die
" II. Mensis Decembris, Constitutis in praesentia nostrum
" Notariorum, et testium subscriptorum, Reverendissimus
" in Christo Pater, et Dominus Dominus Bartholomeus Dei
" gratia Archiepiscopus Mediolanensis, Venerabilis et Religio-
" sus Vir Frater Philippus de Corvanis Praeceptor Do-
" mus S. Antonii Mediolani, Spectabilis et Egregius Vir

Ludovicus.

Dominus Franciscus de Castiglione Juris utriusque Doctor et Consiliarius, et Spectabilis Ludovicus Crottus Secretarius Illustrissimi Principis Domini Philippi Mariae Angli Ducis Mediolani, Papiae, Angleriaeque Comitis, ac Januae Domini, nati quondam Illustrissimi Principis Domini Joannis Galeaz Vicecomitis olim Primi Ducis Mediolanensis, Procuratores, et Procuratorij nominibus ejusdem Domini Ducis Mediolani, habentes speciale Mandatum, etiam ad donandum cuilibet Domino Principi, et personae cujusvis status, gradus, dignitatis, et conditionis existat, quamcumque Civitatem, Terram, Sportolimo villam, quodcumque Castrum, omnem locum, Portum, et Pontem dicti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, et quae pro eum, seu ejus nomine tenentur, et possidentur quomodocumque etiam si sub locagio, vel in feudum teneatur, cum omnibus eorum, et cuiuslibet eorum rationibus, actionibus, jurisdictionibus, et regiminibus, honorantiis, emolumentis, introitis, honoribus, et pertinentiis universis, cum cessione jurium, et actionum ipsi Domino Duci Mediolani Pertinentium, habentes etiam speciale Mandatum ad praedicta quaelibet, ut in Instrumento Procurationis recepto per Donatum de Cisero, de Herba filium quondam Domini Marchisii, Civitatis Mediolani, Portae novae, Parochiae S. Fidelis, Imperiali auctoritate Notarium publicum sub anno praedicto a nativitate Domini MCCCCXXVII. Indictione VII. die Lunae Mensis Novembris, sigillo etiam Ipsius Domini Ducis Mediolani sigillato, constituti ingenium praefati Procuratores, ex calloris eorum mentis revolventes, cogitantesque verum

Sabaudiae

verum amorem, quem habet, et gerit Ipse Illustrissimus Dux Mediolani erga Illustrissimum Dominum consanguineum primum Ducem Sabaudiae, consanguineum carum ipsius Domini Ducis Mediolani, et bona, et acceptabilia servitia eidem Domino Duci Mediolani per praefatum Illustrissimum Dominum Ducem Sabaudiae facta, et impensa, et quod tempore, quo fuerat inveniis ipse Dominus Dux Mediolani post mortem Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Patris, et Ducis Mediolani fratris ipsius Domini Ducis moderni, quo tempore ipse Dominus Dux Mediolani modernus a vicinis suis, multum guerris opprimebatur, dictusque Dominus Dux Sabaudiae, non solum ob oppressionibus et guerris eidem Domino Duci inferendis destitit, quin imo, et eumdem Dominum Ducem Mediolani, suis consiliis mirabilibus, a patria sua ad Patriam Mediolani, ac etiam aliis mercantiis vehi, et transire permisit, ac etiam omnibus aliis favoribus, quibus potuit, fovit gratiose, et omnem favorem, quem potuit, id est ipse Dominus Dux Sabaudiae, ipsi Domino Duci Mediolani praebuit incunctanter, ac postea continue a praedictis non destitit, praedictis causantibus ac ipse Dominus Dux Mediolani tantorum beneficiorum videatur immemor, ut ipse Dominus Dux Sabaudiae, de praedictis remunerationem consequatur, contemplatione, et ob remunerationem ipsorum meritorum, quae merita pro notoriis, habebant, et tenent, nolentes ullo umquam tempore de ipsis meritis aliquam probationem exigi, nec fieri ipsorum

Grandovery

meritorum causa similis subsequentium existente, et etiam ex liberalitate ipsius Domini Ducis Mediolani super subsequentibus ore tenus expressum Mandatum ab ipso Domino Duce Mediolani habentis, eidem Domino Duci Sabaudiae licet absente, strenuisque Dominis Umberto bastardo de Sabaudia, et spectabili, et egregio Gaspardo de Montemaiori, et Manfredo ex Marchionibus Saluciarum Marescallis Sabaudiae, et Domino Petro Marchandi legum Doctori, ambasciatoribus et Procuratoribus dicti Domini Ducis Sabaudiae, sigillis suis sigillatis, et manu Guillielmi Bolomerii eius secretarii signatis, sub anno MCCCCXXVII. die XXV. Mensis Octobris datis Aquis praesentibus, et stipulantibus et etiam nobis Notariis praesentibus, et stipulantibus more publicarum personarum, vice nomine, et ad opus ipsius Domini Ducis Sabaudiae, et suorum Successorum, ubi non quorum interest, vel interesse poterit in futurum, dant, donant, transferunt, cedunt, et concedunt, et ~~transferunt~~ tradunt donatione, pura, vera, et irrevocabili, quae dicitur inter vivos, nulla insinuatione indigente, nec aliqua ingratitudinis causa, vel alio facto, vel iure revocanda, eidem Domino Duci Sabaudiae, et supra proxime nominatis recipientibus, et stipulantibus ut supra nomine ipsius Domini Ducis, pro se, et suis haeredibus, et Successoribus, et quibus dare, et alienare voluerit, salvo includendo, consensu cuiuscumque a quo, vel a quibus praedicta necessarii expedientur, videlicet Civitatem Vercellarum, cum toto eius territorio, et districtu, castris, villis,

villis, oppidis, redditibus, censibus, iurisdictionibus, emolumentis, pistoriis, furnis, molendinis, baptisteriis, aquis, aquarum decursibus, pontibus, pontonperiis, pedagiis, gabellis, tributis, angariis, et perangariis, bullatis, subsidiis, venationibus, rogiis, et aliis suis iuribus, et pertinentiis quibuscumque, et quocumque nomine censentur, etiam si hic nomine expressa non fuerint, et cum omnibus, quae dictus Dominus Dux Mediolani in dicta Civitate Vercellarum, et territorio eiusdem, quaecumque solitus est ibidem habere, ~~pertinere~~ percipere, et recuperare ipse Dominus Dux Mediolani per se, vel per eius officiales quoscumque; et haec omnia videlicet a flumine Sicidae ultra, a parte reliqui territorii dicti Domini Ducis Sabaudiae, cum ista declaratione, videlicet quod si essent aliqua loca, terrae, portus, vel alia ex supradictis Districtus, et territorii Vercellarum ultra dictam aquam Sicidae a parte reliqui territorii dicti Domini Ducis Mediolani, quae loca ultra Sicidam existentia, aliquas pertinentias haberent citra Sicidam, a parte territorii, dicti Domini Ducis Sabaudiae, quod illi tales fines, seu pertinentiae debeant remanere ipsis locis ultra Sicidam existentibus, et eisdem spectare ac si essent ultra Sicidam, et viceversa si sint, vel existant aliquae terrae, vel loca, portus, et alia superius descripta eiusdem territorii Vercellensis citra Sicidam, quae haberent, ~~quae haberent~~ ultra Sicidam a parte territorii dicti Domini Ducis Mediolani, aliquas pertinentias, vel fines, quod illi tales fines, et pertinentiae

Ludovicus.

debeant removere, spectare, pertinere ad loca dicta ci-
tra Siridam existentia, et Dominio dicti Domi-
ni Ducis Sabaudiae, ac si essent citra Siridam;
reservatis etiam in omnibus et per omnia singula-
ribus personis utrorumque Dominiorum, eorum
bonis, et possessionibus, tam ultra, quam citra
Siridam existentibus, ita quod si aliqua dissensio,
vel discordia, occasione ipsorum finium, et di-
visionis territoriorum orietur, decisores qui de-
beant Consiliarii utriusque partis, unum uno
partium consedente secundum modum, et for-
mam Capituli in simili ad differentias sedandas,
positi in Contractu ligae, hodie inter ip-
sos Dominos celebratae, et per nos infrascriptos
Notarios rogatae; dantes, et concedentes ipsi Do-
mini Procuratores, et Nuncii dicti Domini Ducis
Mediolani superius nominati, ipsi Domino Du-
ci Sabaudiae, vel eius Mareschallis, vel alteri habenti,
vel habentibus plenam, puram, liberam, et om-
nimodam potestatem, possessionem corporalem,
et realem, ac apprehensionem dictorum Civitatis,
locorum, Castrorum, et territorii, eiusdemque per-
tinentiarum, et aliorum superius descriptorum,
et etiam vi armata, si opus fuerit, absque ali-
qua poena, vel delicto incurrendo, apprehendendi,
detinendi, conservandi, et retinendi sua propria
auctoritate, absque dicti Domini Ducis Mediolani, ali-
cuiusque superioris, vel alterius cuiuscumque
Magistratus, vel Iudicis, seu alterius personae li-
centia, vel mandato, constituentes se nomine dicti Do-
mini

Ludovicus

nomine dicti Domini Ducis Mediolani, et ipsum do-
minium Ducum Mediolani, praedictam Civitatem
cum eius territorio, Castris, villis, et oppidis pertinentiis-
que quibuscumque, et aliis supra descriptis, nomine dicti
Domini Ducis Sabaudiae, et suorum successorum, pos-
sidere, et tenere quousque ipse Dominus Dux Sabaudiae,
seu alii pro eo, possessionem praedictorum accepe-
rint corporalem; Mandantes ipsi Domini Procuratores
et Ambaxatores, omnibus, et singulis fidelibus, feudatariis,
emphiteutis, subditis, et aliis quibuscumque dictae Civi-
tatis, territorii, et Locorum praedictorum, officiariisque,
Custodibus Castrorum, Portarum, Cittadellae, Castel-
laniae, Vicariis, Cavalleriis, Pedagiatoribus, Gabellatori-
bus, Receptoribus, Bullattariis, et aliis quibuscumque
officiariis, dicti Domini Ducis Mediolani, maioribus,
et minoribus, quatenus praedicto Domino Duci Sabau-
diae, eiusque Marescallis, seu alteri eorum, vel alteri
proparte ipsius Domini Ducis Sabaudiae, ibi misso,
et potestatem habenti, pareant, obediant et inten-
dant, ac ipsam Civitatem, Cittadellam eiusdem,
Castraque, et Portas, ac etiam alia castra, loca,
villasque, et oppida ipsius territorii, et Districtus Ver-
cellensis, ut supra Donata, expediant, et tradant
libera, et absque quavis contradictione, et hoc sub
poena rebellionis, et indignationis ipsius Domini
Ducis Mediolani; castellanique officiarii, Gabellatores, Pe-
dagiarii, et alii superius nominati, nec non etiam et
quicumque Notarii aliqua Instrumenta habentes
de redditibus, servitutibusque, censibus, servitiis, aliisque
ad dominium ipsius Civitatis, et Dominium eiusdem

Indorsat.

pertinentibus, sub eadem poena etiam mandantes, ut illa
omnia supra memorata, pro parte dicti Domini Ducis
Sabaudiae, ibi accedentibus, illa tradant libere, et expediant,
nullo impedimento eidem opponendo, ea tamen lege,
et conventione per solemnem stipulationem inter prae-
dictos Procuratores invicem, et nobis Notariis ut supra
stipulantibus facta, quod omnes, et singulae intratae or-
dinariae, et extraordinariae tam Datiorum, quam
Gabellarum, taxatarum, et alterius cuiuscumque...
..... ipsarumque intratarum debitores quacumque ratio-
ne temporis praeteriti tandem a die presentae tra-
ditionis dictae Civitatis, et infra, retro, sint, et esse
debeant ipsius ~~Civitatis~~ Domini Ducis Mediolani, ac
sibi remanere debeant, ita quod ipsas intratas,
et ipsos debitores pro dicto tempore praeterito exigi
facere possit, tam in iudicio, quam extra pro
suo libito voluntatis, talique exactioni ipsius Do-
minus Dux Sabaudiae, ~~pro se et suis successoribus,~~
~~causamque habituris ab eodem~~ suique Officiales,
qui in praedicta Civitate reperiuntur, omnem bra-
chium, omnemque sibi possibilem favorem prae-
bere teneantur; cedentes ipsi Domini Procuratores, no-
mine ipsius Illustrissimi Domini Ducis ~~Sabaudiae~~ Me-
diolani, dicto Domino Duci Sabaudiae pro se et
suis successoribus, causamque habituris ab eodem, ac
supradictis Ambasiatoribus, ipsius Domini Ducis
Sabaudiae nomine stipulantibus, et recipientibus
nomine quo supra, ac cuius interest, vel interesse
poterit in futurum, omnia iura, omnesque actiones,
et rationes, ipsi Domino Duci Mediolani Competentes,

Lombardiae.

et competentia in dicta Civitate, et territorio, iurisdictionibus meri, et mixti imperii, villis, Castris, oppidis, rebus, bonis, et pertinentiis, vassallis, fidelitatibus, et subditis ipsius Civitatis, et ad ipsam Civitatem, et dictum Dominum Ducem spectantibus, et pertinentibus, iuxta tamen limitationem, et declarationem superius descriptam; promittentes ipsi Domini Procuratores per iuramenta sua ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tacta, et sub obligatione omnium, et singulorum bonorum ipsius Domini Ducis Mediolani, et in animam dicti Domini Ducis Mediolani, praedicta omnia, et singula ipsum Dominum Ducem Mediolani, rata, grata, et firma habere, et tenere, et praetextu alicuius laesionis, ingratitudinis, vel aliter quovis modo, non revocare, seu contra ea facere, dicere, vel venire, vel volenti in contrarium quovis modo, clam, vel palam, directe, vel per indirectum, consentire, sed praedicta omnia quoad se, et eius voluntatem, et factum tantum, et expressum, sive tacitum, vel expressum, id est pro suo dato, et facto tantum; ita quod aliter ipse Dominus Dux Mediolani de evictione conteneatur eidem Domino Duci Sabaudiae, et suis successoribus manutenere, et disbrigare, et defendere de iure, et de facto ab omnibus, et contra omnes; et ipsum Dominum Ducem Mediolani nullo unquam tempore fecisse, vel in futurum facere, per quas praesens donatio, et investitionem translationem realem effectum sortiri non possit, nec debeat; promittentes e converso praedicti Procuratores

vel alicui facere, dicere, vel venire volenti

Ludovicus.

dicti Domini Ducis Sabaudiae ipsius Domini Ducis ... ac supradictorum Procuratoribus, nobisque Notariis ut supra recipientibus, et stipulantibus, omnes et singulos Cives praedictae Civitatis Vercellarum, eiusque districtuales tam Nobiles, quam plebeios, et rusticos, et maxime omnes Nobiles de Tizzonibus velut Cives Vercellarum, qui pro ante dicta donatione subditi domini Ducis Sabaudiae esse veniunt, clementer, gratiose, atque benigne tractare, et quod ita per eundem dominum Ducem Sabaudiae, et per nos tractabuntur, nunquam eis imputabuntur aliqua praeterita quomodocumque per eos commissa, tamquam Cives Vercellenses, nec eorum ratione contra ipsos, vel aliquem ipsorum procedetur. Quae omnia et singula supra scripta, fecerunt, et contraxerunt, faciunt et contrahunt praedicti omnes Procuratores utriusque partis, cum infrascriptis modis, conditionibus, et formis, in singulis partibus praecedentibus intelligentiae solemniter stipulatione invicem, et nobis infrascriptis Notariis, ut supra recipientibus solemniter, vallatis, et non aliter, videlicet quod Cittadella, Castrum, et omnia portalicia, custodiaeque portarum praedictae Civitatis, liberae, ac ... expeditae tradi, et assignari debeant hinc ad diem octavam praesentis mensis, inclusive per totam diem, Magnificis militibus Dominis Gaspardo, Domino Montis maioris, et Manfredo ex Marchionibus Salutiarum, ipsius Domini Ducis Sabaudiae Marescallis, nomine ipsius Domini Ducis Sabaudiae receptoris, aut alteri eorum, utrisque nomine

nomine recipienti, ea lege, et conditione quod expectari Ludovicus
debeat et attendi votum, et ratificatio contractus Ma-
trimonii per suprascriptos Procuratores inter ipsum
Dominum Ducem Mediolani, et Illustrissimam
Domicellam Dominam Mariam, filiam maiorem
Domini Ducis Sabaudiae, hodierna die contracti, et
rogati per nosmet Notarios infrascriptos, et si-
militer ratificatio contractus Dotalis, ut supra
confecti, et rogati fiat, et legitime signatur per
eumdem Dominum Ducem Sabaudiae, et filiam
suam praedictam, secundum quod ei iisdem su-
praedictis contractibus de ratificando promissum est,
et conventum, vel non fiat; qua ratificatione
Patris, et filiae sequuta, et eidem Domino Duci,
vel ob eo mandatum habenti, in autentica for-
ma, tradita, et assignata, tunc statim locum ha-
beant praedicta omnia, et alia infrascripta, quae,
usu, omni exceptione remota, de ipsa Ci-
vitate Vercellarum, eiusque iuribus et pertinen-
tiis declaratis, et limitatis ut supra, ita ut Do-
minus Dux Sabaudiae, et praedicti Domini
Monscalli, aut quicumque alii eius nomine
disponere possint pro libito voluntatis ipsius
Domini Ducis Sabaudiae. Item quod sit, et
intelligatur esse, si contigerit, quod absit, supra-
venire obitum praefatae Domicellae Dominae
Mariae, et praedictam ratificationem non
sequi nec fieri ex voluntate ipsius Domi-
ni Ducis Sabaudiae, eiusque filiae praedictae,
aut alterius eorum qui senserit, vel senserit

Ludovicus.

etiam pacem satisfactionem; tunc et eo casu
praedictam Civitatem cum suis iuribus, et per-
tinentiis, et supra, antedicti Domini Marsallij
et uterque eorum, ipsius domini Ducis Sabaudiae
nomine, eidem Domino Duci Mediolanensi, vel
ab eo mandatum habentibus, vel habenti re-
trodare, et restituere libere, et expedite teneantur,
et debeant, et eo casu omnia contenta in prae-
senti contractu, cassa, irrita, et nulla esse in-
telligantur, et sint prorsus, et omnino, perinde
ac si nihil eorum contractum esset, gestum,
vel factum, ea tamen lege, et conventione,
et solemni conventione vallatum ut supra, et
quod omnem casum praedictorum, et aliorum
omnium, nihilominus Liga, hodierna die per
praedictos Procuratores inter antedictos Domi-
nos Duces contracta, et per nos infrascriptos Nota-
rios publice rogata, rata, et firma maneat
in omnibus, et per omnia, prout erat ad con-
tractum. Quae tamen Liga esse debeat nul-
la, et invalida, casu quo, constaret per ipsum
Dominum Ducem Mediolani esse impeditam,
et negatam dispensationem per Summum
Pontificem supra dicto Matrimonio contrahen-
do, sicuti que Eadem esse debeat si ipse Domi-
nus Dux Mediolani contractum Ligae ipsius,
et contractus alios, videlicet Matrimonium, con-
stitutionis dotis, Donationis Civitatis Verul-
larum, et conventionum factarum de non
alienanda Civitate Aste, simul et de observando

Ludovicus.

de observando quod quod Crescentinum relinqui debeat ab eodem Domino Duci Sabaudiae, omnes quoque hodie celebratos inter Dominos Procuratores, et per nos infrascriptos Notarios, rogatos, non ratificaverint intra terminos in dictis Contractibus appositos, aut saltem per quindecim dies post terminos ipsos, in publica forma; remanentibus tamen firmis terminis in ipsis contractibus, appositis, quoad alia in eisdem contractibus contenta. Acto etiam, convento, et in pactum expressum deducto, quod locus, Castrum, Villa, et Territorium Verutti, cum eorum pertinentiis, etiam si de Territorio Vercellensi esse reperiatur, et ultra Secundam sit, et pleno iure remaneat, et remanere debeat Illustrissimo Domino Duci Sabaudiae, eiusque haeredibus, successoribus, et ab eo causam habentibus, promittentes dicti Procuratores, et Ambasciatores dicti Domini Ducis Mediolani per iuramenta sua ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta ut supra, et sub obligationibus omnium bonorum ipsius Domini Ducis Mediolani ut supra, praedicta omnia supra et infra scripta ratificare facere a dicto Illustrissimo Domino Duce Mediolani, hinc ad festum proximum Nativitatis Domini, et de dicta ratificatione, Instrumentum publicum et solemne, sigillatum etiam sigillo ipsius Domini Ducis Mediolani, cum clausulis, promissionibus, renuntiationibus, iuramentis, et aliis opportunis, apportari facere intra dictum tempus, et illud tradere in manibus

Iudobodus.

Illustrissimi Domini Principis Pedemontis, vel eius mitra-[iuma]
di Mondavail. Similiterque dicti Domini Procurato-
res Domini Ducis Sabaudiae promiserunt solemni
stipulatione praedictum Dominum Ducem Sabaudiae,
eodem anno, et circa idem tempus, ratificaturum,
et ratificationem Illustrissimo Domino Duci Me-
diolani, aut eius Ambasciatoribus missurum, ut
supra dictum est de ratificatione fienda per
partem Domini Ducis Mediolani. Renuntiantes
omnes praenominati Domini Procuratores per iuramenta
sua ut supra, omni exceptioni dolimali, vis, metus, erroris,
rei non sic gestae, vel aliter gestae quam scripta fuerit,
iuri quo deceptis in suis contractibus subvenitur, iuri exi-
genti quando fit donatio ob merita, probationem ipso-
rum meritorum, iuri dicenti Donationem, summam quin-
gentorum annorum excedentem, sine insinuatione non valere,
iuri dicenti Donationem, propter ingratitudinem, vel alias
revocari posse, ac etiam omni iuri Canonico vel ci-
vili, propter quod contra praedicta, vel aliquod prae-
dictorum annullari vel eisdem nullatenus derogari,
ac etiam iuri dicenti generalem renuntiationem non
valere, nisi praecesserit specialis. De quibus omnibus,
et singulis supradictis, antedicti omnes Procuratores,
nomine quibus supra, mandaverunt, et rogaverunt per
nos Notarios infrascriptos publicum fieri Instrumentum,
nobis licentiam praebentes, et ita invicem convenientes
quod de ipsis unum, vel plura exempla pro libita
voluntate ipsarum partium, et utriusque ipsarum
conficere, ipsisque partibus vel alteri earum, tradere va-
leamus. Acta haec fuerunt in Civitate Maurinii vi-

delicet

Ludovicus.

videlicet in Domo Episcopali ipsius Civitatis, praesentibus
Nobilibus, et Egregiis viris Domino Ioanne Marchiandi
Legum Doctore, Ioanne de Arignano ex Comitibus Vallis-
pergiae, et Domino Iacobo Spinula Cantore Maiore
Ecclesiae Papiae, Simone de Morigiis, Tarterio de Ray-
morica, Ioanne Murescalli, Givodat. Columbi, Ame-
deo de Plozasco, Angelino Provana, Bartolomeo de
Ifaris, et Ioanne de Assis, testibus ad praemissa
vocatis, et specialiter rogatis. Et ego Franciscus Gallina
filius Domini Petri publicus Papiae Imperiali aucto-
ritate Notarius, Secretarius praefati Illustrissimi Domi-
ni mei, Domini Ducis Mediolani, praemissis omni-
bus, et singulis dum sic fierent ut praemittitur, et
agerentur, praesens fui vocatus, et de ipsis hoc pu-
blicum Instrumentum, una cum egregio Bernardo
Massuarii Notario Publico, et Memorati Illustrissimi
Domini Ducis Sabaudiae, subsignato, rogatus recepi, quod
inde in hanc formam redigi feci aliis praepeditus
negotiis, per Paulum de Castelliono Civem Mediolanen-
sem Notarium Publicum, coadiutorem ad hoc specia-
liter electum, hicque proinde manu propria me sub-
scripsi, et signum meum Tabellionatus apposui, in testi-
monium, et fidem omnium, et singulorum praemis-
sorum. Et ego Bernardus Massuari de Cuisinco Lugdu-
nensis Diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius
memorati Domini mei, Domini Ducis Sabaudiae Secretarius,
praemissis omnibus, sic ut praemittitur dum agerentur, simi-
liter praesens fui rogatus, et de iis hoc publicum Instrumentum una
cum supradicto egregio Ioanne Francisco Gallina Notario,
et praelibati Domini Ducis Mediolani Secretario, rogatus

Ludovicus.

„Rogavi, hic quoque manu propria subscripsi, et signum meum
„Tabellionatus apposui, in testimonium veritatis omnium
„et singulorum praemissorum."

16. Notandum est diligenter prae caeteris in Instrumento con-
tentis, illud nempe, quod Dux Sabaudiae clementer habeat
et gratiose tractet Nobiles de Tizionibus, eisque non
imputet praeterita quomodocumque per eos commissa.
Tiziones etenim anno 1374. post Urbis expugnationem,
proscripti quidem fuere tamquam hostes Ecclesiae Ro-
manae, et Imperii ab Episcopo Ioanne ut vidimus.
Sed anno 1377. cum Ioannes in vincula a Bugellensibus
conjectus esset, audaciores, et magno factionariorum
numero stipati, in Urbem redierunt. Statim Urbis
partes scissa est de more, hinc Advocatis stantibus,
inde Tizionibus. Utrique agere conjurant de Urbe de-
denda, sed disparibus studiis. Advocati pro Sabaudo,
Tiziones pro Vicecomite, cui semper addicti ipsi fue-
runt, cupiebant. Praevalentibus Tizionibus, Urbs tradita
est Vicecomiti; interea tamen ne deditio in populo
fieret, compromissum est Advocatis, ut omnes exules eorun-
dem gentis, in Patriam revocarentur. Id innuit etiam
Corius, cujus verba citavimus, cum ageremus de deditione
Urbis facta Galeatio, post Ioannis Episcopi captionem.
Deinceps neutri partium sequens fuit. Anno 1404. ut
vidimus Philippus Maria Vicecomes Vercellarum Domi-
nus, in carcerem trusus fuit. Iterum Advocati ut A-
madeus in Urbem reciperetur adlaborarunt. Tizio-
nes subdolo Advocatorum consilio, Theodorum Montisferrati
Marchionem ut, immisso milite, Urbem occupa-
ret impulerunt. Deviana eis pro praemio fuit. Habemus

Ludovicus.

Habemus in Archivio Civitatis Chartam diei 16. Septembris 1411, in qua vigore Litterarum Domini Theodori Marchionis Montisferrati, et ut ibidem dicitur, Domini Vercellarum, datarum in Pontestura die 16. eiusdem Septembris, Commune Vercellarum concedit Domino Ludovico de Tizzonibus, donatione inter vivos irrevocabili, Locum et Territorium Desianae, cum mero et mixto imperio, iurisdictionibus, iuribus &c. et inde processere Comites Desianae. Theodorus stato cum Philippo Maria Vicecomite, sentiebat, et ex condicto Vercellas occupabat, ne in Sabaudi manus inciderent. Itaque Philippus Maria donationem Desianae Tizzonibus factam ratam habuit, et approbavit, ut ex Charta Archivii Civitatis diei 1. Martii 1412, in qua Philippus aperit se id agere, potissimum intuitu Theodori Marchionis Montisferrati quem appellat Patrem Carissimum. Advocati interea, Tizzonesque magis illatis cladibus insectabantur. Extat in Archivio Civitatis Charta data Crescentini Domino Antiquae Tizzonum genti, nomine ipsius Domini Ducis, perpetuam immunitatem ab omnibus tributis, vectigalibus etc., atque insuper pollicetur, quod cum idem Dominus Dux Vercellas receperit (tenebantur adhuc per Montisferrati Marchionem), ipsorum damna ab Advocatis Vercellensibus illata, resarciet, reparabitque ex bonis, et possessionibus ipsorum Advocatorum; mandans interea ut omnes Advocati deinceps perpetuo ab urbe sint proscripti. Id totum comprobatum legitur a Duce Philippo Maria, in alia Charta eiusdem Archivii, data
Crescentino die 8. octobris 1414, in qua Galeatius Bevilaqua Nuncius et Procurator, in comitatu Vercellensi, pro Domino Duce Philippo Maria concedit Domino Jacobo quondam Domini Odoardo de Tizzonibus, Domino, totique-

Ludovicus

die 15. Octobris anno 1414. At Advocati iam iis tuto erant. Nam commissis Amedeo VIII. Sabaudiae Duci, Castris N.° 24. in Districtu Vercellensi, quae ipsorum erant, se in eius fidem, et clientelam permiserant iam ab anno 1404, atque ideo viribus et auctoritate pollentes, impavide Civium Vercellensium animos vehementer sollicitabant, ut excusso Vicecomitum, et Palaeologorum durissimo iugo, urbis Dominium Sabaudo concederent. Res magni non erat negotii; nam castra circumcirca pro Sabaudo stabant, ita ut sub Potentissimo principe, nullo negotio quinat Urbi legem datura viderentur. Ita se res habebant, cum Philippus Maria, dominio Civitatis renuntiavit, ut potius videatur sibi de alieno liberalis, quam proprio iuri cessisse.

16. Itaque die 8. Decembris eiusdem anni 1427. Manfredus Salutiarum Marchio magnus Sabaudiae Marescallus, Civitatem ingressus, ingenti Civium laetitia eius Dominium nomine Amedaei, tradentibus Vicecomitis Legatis, cepit. Huius rei meminit etiam Corius. Scribit Iacobus Delexius in Corographia insignium locorum quae Sabaudo parent, impressa Chamberii anno 1571. fol. 24. circa finem, Amedeum studiorum Gymnasium anno 1411. ad sextam Novembris Kalendas ex Vercellarum Civitate, Taurinum transtulisse, Pontificis Benedicti auctoritate. Est certissimus error in anno. Nam anno 1411. Vercellae nondum ~~Amedeo~~ Amedeo erant subditae. Unde fortassis huius translationis Epocha assignanda est anno 1428. vel sequenti anno 1428. Amedeus publico diplomate, nomine Gymnasium

Guelphorum, et Gibellinorum Vercellis aboleri mandavit, privilegia Civitatis confirmavit, aliaque addidit, de quibus in Charta Archivii Civitatis diei 17. Iulii huius anni. Ludovicus.

Matthaeus

Anno 1406.

Matthaeus.

1. Regrediamur ad Episcopos Vercellenses, quorum acta paulisper intermisimus, ne historiae civilis, quae illis forum praestat, seriem abrumperemus. Extremum schisma, quo Romana laboravit Ecclesia, Eusebianam quoque foede vexavit. Ioanni Cardinali de Flisco, adhuc in vivis agente, Clemens VII. Antipapa, Urbano VI. aemulus, Ecclesiae Vercellensi praefecit, ut vidimus, anno 1380. Iacobum de Cavallis. Defuncto Ioanne itque Urbanus contra Iacobum dixit ~~Episcopum~~ Vercellensem ~~Vercellensem~~ Episcopum Ludovicum de Flisco eiusdem Ioannis ex fratre nepotem, quem et Cardinalem creavit anno 1384. Et ita duo eodem tempore de Episcopatu et administratione Vercellensis Ecclesiae, inter se acriter contendebant. Iacobum nonnullas investituras concessisse nomine Ecclesiae Vercellensis, usque ad annum 1404. habemus habemus ex Archivi [illegible] Episcopatus. Vercellis tamen potius Ludovici praevalebant. Nam cum anno 1392. defuncto Philippono de Ecclesia Archidiacono, Capitulum utriusque Ecclesiae in novum

Matthaeus

novum Archidiaconum eligeret Joanninum de Bulgaro
Canonicum S. Mariae Maioris, huiusmodi electionis
confirmationem peti mandavit a Reverendissimo in
Christo Patre Domino Ludovico de Flisco miseratione
Divina tituli S. Adriani Diacono Cardinali, ac Epi-
scopatus et Ecclesiae Vercellensis Commendatario a Sancta
Sede Apostolica specialiter deputato, sive a quocumque
eius vicario super hoc potestatem habente; sicuti
habemus ex Charta electionis die 12. Februarii eius-
dem anni 1392. quae asservatur in Archivio Ca-
pitulari. Praeterea ex Bulla investiturae Bonifacii
IX. mox referenda, discimus quod Ludovicus Car-
dinalis aliique de Flisco tenebant contra Jacobum de
Caballis, eiusque adhaerentes, qui ibidem schismatici
appellabantur, Castra, terras, Villas, et districtus Masera-
ni, Crepacorii, et Montiscaprelli, nec non alia tenimenta,
Vercellensis Dioecesis, ad Ecclesiam Vercellensem cum
vassallis, mero, et mixto imperio, et omnimoda iuris-
dictione, pleno iure spectantia. Eiusque Bullam, quam
habuimus ex Archivio Marchionatus Crepacorii.

2. "Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram
" rei memoriam. Decet, et etiam expedit, ut qui pro
" statu Ecclesiae Romanae, sumptibus, ac personarum
" periculis non parcendo, constanter exponunt, et
" fideliter se et sua, non solum commendationem,
" sed etiam praemia digna reportent, ut et ipsi
" in perseverantia laudabilium operum fortius ani-
" mentur, et alii istorum exemplis permoti, ad similia
" facilius inducantur. Nuper siquidem quamplu-
" rium fide dignorum relatu, ad nostrum perduxit

Matthaei

"auditum, quod bonae memoriae Joannes tunc Sancti
"Marci presbyter Cardinalis, administrator Ecclesiae Vercel-
"lensis in spiritualibus, et temporalibus, per sedem apo-
"stolicam deputatus dum viveret primo, et deinde quon-
"dam Nicolaus de Flisco Comes Lavaniae eius frater
"et subsequenter tunc dilectus filius noster Ludovicus
"S. Adriani Diaconus Cardinalis, olim etiam dictae
"Ecclesiae Administrator in spiritualibus et temporalibus
per dictam sedem deputatus, quam dilectus filius no-
"bilis vir Antonius de Flisco Comes Lavaniae, frater,
"et eiusdem Nicolai nati, de bonis ad eos manu-
"tentione personarum spectantibus, pro custodia, et con-
"servatione Masserani, Montiscrivelli, et Crepacorii Ca-
"strorum, seu Terrarum, Villarum, ac Territoriorum,
"et districtuum, necnon tenimentorum ipsorum Ver-
"cellensis Diocesis, ad eandem Vercellensem Ecclesiam
"cum Vassallis mero, et mixto imperio, et omnimo-
"da iurisdictione, pleno iure spectantium, etiam sub
"spe alia iura ipsius Ecclesiae Vercellensis per schisma-
"ticos occupata, recuperandi; et ne videlicet ipsa Ca-
"stra, ad aliorum praesertim schismaticorum manus
"pervenirent, sed sub fidelitate, obedientia, et devotione
"dictae Romanae Ecclesiae persisterent, prout persti-
"terunt, diversas et magnas pecuniarum summas expen-
"derunt, et adhuc dicti Ludovicus Cardinalis, et An-
"tonius, de die in diem, expendunt. Cum autem, sicut
"accepimus, proventus, et introitus, quos Joannes ab incho-
"ato schismate citra, dum viveret, et Ludovicus Car-
"dinalis praefati, ex dicta Vercellensi Ecclesia interim
"perceperunt, ad summam expensarum praedictarum

Matthaeus.

„a longe non ascendant, nec spes verisimilis videatur, quod
„expensae in dictorum Castrorum custodia, et conserva-
„tione, de necessitate erogandae decrescant praesentialiter,
„vel introitus augeantur, et valde perniciosum, et igno-
„miniosum foret, si dictis Ludovico Cardinali, et Anto-
„nio, huiusmodi Custodiam relaxantibus, eadem Ca-
„stra, quod absit, ad alienas, et improbas manus, ma-
„xime Schismaticorum devenirent, Nos ne praefati
„Ludovicus Cardinalis, et Antonius, et haeredes eorum,
„praemissorum, occasione, importabilia damna repor-
„tent, et sui patrimonii vires debilitent, et exhauri-
„ant; quin potius cupientes eosdem Ludovicum
„Cardinalem, in personam dicti Antonii, ac Antonium
„et haeredes suos abomnimodis relevare, ac eis prodi-
„ctis expensis, et oneribus recompensationem condignam
„impendere, eosque ob bene gesta, praemiare, et etiam
„honorare, rationes, et computa expensarum, et intro-
„ituum praedictorum, necnon causas propter quas,
„ac formam et statum omnium, et singulorum prae-
„missorum praesentibus pro sufficienter expressis, et
„specificatis, rationes quoque et computa omnia,
„quae ab eis, vel eorum aliquo per quemvis peti,
„et exigi possent, pro specifice redditis et calculatis ha-
„bentes, ac ulterioris calculi difficultatem necnon excep-
„tiones quaslibet iuris, et facti, quae contra prae-
„sentes literas, seu personas Ludovici Cardinalis,
„et Antonii, ac haeredum praedictorum, seguiri, vel
„deduci possent quovis modo, eis penitus de certa nostra
„scientia, remittentes; motu proprio, non ad alicuius
„promotae super hoc, nobis instantiam, sed de mera

Matthaeus.

„mera nostra liberalitate, et Apostolicae plenitudinis
„potestatis, praedicta Castra, seu terras, villas, Territoria, Di-
„strictus, ac tenimenta ipsorum, quibuscumque nomi-
„nibus nuncupentur, cum eorum Vassallis, et Rocchis
„seu fortalitiis, mero, et mixto imperio, ac omnimoda
„iurisdictione, et aliis iuribus, et pertinentiis suis ab omni
„iure, proprietate, atque dominio dictae Vercellensis Ec-
„lesiae, auctoritate Apostolica, omnimode tenore praesen-
„tium subtrahimus, ac perpetuo separamus, ac etiam
„liberamus; et cum ad hoc etiam praefati Ludovi-
„ci Cardinalis, ut intelleximus, accedat assensus, illa cum
„praedictis omnibus, et singulis, vassallis, Rocchis, seu
„fortalitiis, mero, et mixto imperio, omnimoda iu-
„risdictione, et aliis iuribus, et pertinentiis suis, ei-
„dem Antonio pro se, et suis haeredibus, ac succes-
„soribus in perpetuum, in feudum nobile, et ad usum
„nobilis, et perpetui feudi, sub annuo censu unius
„Accipitris, singulis annis in festo Apostolorum Petri
„et Pauli, per eos Camerae Apostolicae, seu Collectoris
„fructuum, et proventuum Camerae ~~Apostolicae~~ prae-
„dictae debitorum, in Civitate, vel Dioecesi Taurinensi, pro
„tempore existenti, persolvendo, de dictis scientia, Pote-
„state, et auctoritate concedimus, et donamus eidem
„Antonio, propria auctoritate, et super hoc licentia
„alicuius minime requisita, possessionem Castro-
„rum, seu terrarum, villarum, Territoriorum, Di-
„strictuum, et Tenimentorum, ac iurium, et perti-
„nentiarum praedictorum, apprehendendi, et retinendi,
„licentiam liberam tribuentes. Volumus autem quod
„praefatus Antonius, antequam huiusmodi possessio-
nem

Matthaeus.

„apprehendat, debitae fidelitatis in manibus Venerabilis
„fratris nostri Archiepiscopi Taurinensis, nostro et ipsius
„Ecclesiae nomine recipientis, iuramentum praestet iu-
„xta formam, quam sub Bulla nostra mittimus in-
„terclusam. Et insuper ex nunc irritum decernimus
„et inane, si secus super iis a quoquam, quavis auto-
„ritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli
„ergo hominum liceat hanc paginam nostrae remissio-
„nis, subtractionis, separationis, liberationis concessionis,
„donationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temera-
„rio contraire. Siquis autem hoc attentare praesum-
„pserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Bea-
„torum Petri, et Pauli Apostolorum eius, se noverit
„incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum
„IV. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno quinto."
„(hoc est anno 1394.)

3. Et ita haec dominia quae usque eo ad Ecclesiam Vercellensem spectaverant, ab ea perpetuo sunt avulsa, et in gentem de Eliseo translata. Ea deinde, a Paulo III, ~~lata sententia~~ privationis adversus Petrum Lucam Eliseum, in feudum concessa sunt Philiberto Ferrerio Eliseo eiusque descendentibus, Bulla data Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae MDXLIII. VI. Kal. Februarii, Pontificatus anno XIV. Benedictus vero XIV, restitutis eidem dominiis Ecclesiae Vercellensi, absque praeiudicio tamen infeudatorum, eorum supremum dominium, titulo Vicariatus Perpetui concessit Carolo Emmanueli Sardiniae Regi, Domino Nostro Clementissimo, Bulla data Romae apud S. Mariam Maiorem III. Non. Ianuarii anno Incarnationis Domi-

nicae-

Dominicae MDCCXL. Pontificatus anno 1°. Postremo anno 1753. idem Pontifex de Consensu Illustrissimi et Reverendissimi Domini Joannis Petri Solari Episcopi Vercellensis, etiam ius proprietatis, in eumdem Regem transtulit, pacto summa librorum 2250. monetae Pedemontanae Episcopo Vercellensi quotannis solvenda. De quibus omnibus fusius suo loco.

4. Caeterum Antonius de Fisco, Messerani insidens, imminiauntis quoque innoxias terras, vastationibus, depraedationibus, et incendiis infestas habebat. Propterea ut ab iis se redimerent Roasenienses nostri, cum nulla subsidii spes esset in Philippo Mariae Vicecomite, Papiae Comite, et Vercellarum domino, se praeceptaeta deditionem dediderunt Eusebio de Buronzio. Id liquet ex sequenti Documento, quod habui mox ab Illustrissimo Domino Comite Hilarione Signoris ex Dominis de Buronzio.

" In Nomine Domini Nostri Jesu Christi,
" Amen. Anno a nativitate eiusdem MCCCCIV. Indictione XII. et die penultima Mensis Maii, actum in circa Castri Buronzii Vercellensis Diaecesis, videlicet in Sala Domus habitationis, spectabilis et potentis viri Domini Eusebii filii quondam Domini Joannis Dicti Cicii ex Dominis ipsius loci Buronzii, praesentibus Venerabilibus viris Domino Joanne ex Dominis praedictis, Praeposito Ecclesiae S. Michaelis de Badaloco, filio quondam domini Philippi, Antonio filio Vercellini Costae de ipso loco Buronzii, et Martino de Pastanato de Carengo, filio quondam Antonii, testibus ad infrascripta omnia vocatis, notis,

Matthæus.

intelligentibus, idoneis, et rogatis. Ibique Joannes Magretta
filius quondam Jacomelli, et Joannes de Pilho filius
quondam Domini Joannoni, de Novaxino dicta Ver-
cellensis Diocesis, Sindici, et Procuratores Universitatis,
et Corporis ipsius Universitatis ejusdem loci Novaxini,
necnon Consulum, Credentiariorum, et Vicinorum,
et hominum ejusdem Universitatis, et speciale man-
datum ab ipsis Universitate, Corpore, Consulibus,
Credentiariis, Viciniis, et hominibus habentes, ad om-
nia infrascripta, et ad requirendum a dicto Spec-
tabili, et Potenti Viro Domino Eusebio, ac pro-
mittendum, et iurandum, et cum eo conclu-
dendum, et demum sicut continetur inferius,
faciendum, ut constat Instrumento publico, tra-
dito, abbreviato, ac rogato, et in formam Publi-
cam redacto per Joannettam Sprassum de Corzola
habitatorem Novaxini, praedicti loci Notarium pu-
blicum, de anno praedicto die XVIII. dicti mensis
Maii, per me Notarium infrascriptum de verbo
ad verbum lecto, ut sic continetur, viso, intelle-
cto. Ipsi siquidem Sindici, et Procuratores, Sindi-
cario, et procuratorio nomine quo supra, eidem
Domino Eusebio exponentes, quod cum ita foret,
quod ipsa Universitas, ac ipse locus, homines,
et singulares personae Novaxini, guerris, incendiis, ho-
micidiis, derobationibus, et denique ob ipsas guerras,
malis multiplicibus usque ad exitium, et extermi-
nium exponuntur maxime per gentes, et armigeros
Magnifici, et potentis viri et Domini, Domini Anto-
nii de Fisco, ejusdem loci, et Patriae Montis

illustris Principis, et Domini Domini Comitis Papiae a-
criter opprimentis, essentque ipsi de Novarino omnique
subsidii tam ab ipso Domino Comite Papiae, quam
aliunde penitus destituti, adeo, quod ni amicitia, quam
ipse Dominus Eusebius habebat cum dicto Domino An-
tonio, et cum ipsis de Novarino, et cum eodem Domino
Eusebio ipsorum de Novarino affectus proco, et eorun-
dem servitium, eis spem dederit, eosque iuvarent, reme-
dium non videbant quin vel consumpti forent om-
nes, vel eos oporteret subire iugum acerrimum ser-
vitutis; eo propter sic de eiusdem Domini Eusebii
virtutem caritatem, veraque amicitia, qua erga
ipsos de Novarino afficitur, sedulaque semper fuit
affectus, ac de protectione, regiminque suis cunctan-
tioribus, ob amicitias quas habebat, ut supra, et alios,
in patria plenius .... Ipsique
namque Sindici, et Procuratores, nomine quo supra, eidem
Domino Eusebio, ipsum locum Novarini, Castrum,
et fines, dominium, iurisdictionem omnimodam, ho-
mines, honores, honorantias...... Nugias, aequas,
aequatica, piscarias, aquaeductus, et omnes alios com-
moditates, et utilitates ipsius loci Novarini, sinceris
affectibus obtulerunt, pariterque........
.... tradiderunt pro se, heredibusque suis masculis
ab eo legitime descendentibus in infinitum, ceden-
do eidem omnia eorum iura, omnesque actio-
nes reales, personales..................
.... utiles, hypothecarias, et in factum anomalas,
et alias quascumque, dictis Universitati, Communi,
hominibus, competentes, et constituendo se, dicto no-
mine

Matthaeus

odarent

Matthew.

nomine et nunc ipsum castrum, locum.......
.... pracorio ipsius Domini Euse-
bii, et eiusdem haeredum masculorum ut supra, no-
mine possidere quousque de praedictis ipse Dominus
Eusebius, vel sui haeredes, de quibus supra, possessio-
nem acceperint corporalem, quam accipiendi, et ac-
ceptam retinendi auctoritate propria, et sine alicuius
licentia Magistratus, ipsi Domino Eusebio et haeredi-
bus ut supra, ordine successivo, qua........
voluerit, seu voluerint, ipsi Sindici dicto nomine
licentiam, bailiam, et potestatem omnimodam, con-
tulerunt pariter, et dederunt, dicentes ipsi Sindici, et Pro-
curatores, praepositos suos constituentes praedicta nomine
suo proprio nomine a modo amplius possidere, licet
ante hunc actum praedicta omnia iidem Consti-
tuentes suo proprio nomine.............. quasi
a sua dominatione, quam prius habebant, et eius
subsidiis derelicti fuerint, et penitus destituti, quae quem-
admodum eidem ipsi.......... tenebantur....
.... pariter tenebantur, quo deficiente, liber-
tatem, quae de iure naturali inest hominibus, et
quam dictum Commune, Universitas, et homines,...
.... etiam dominationem habebant, fuerunt
rationabiliter readepti; supplicantes ipsi Sindici flexis
genibus eidem Domino Eusebio, ut ea omnia suo et hae-
redum ut supra nomine...... capiat, nec non ip-
sos, dictorum constituentium nomine, pro quibus,
ad cautelam, et de his omnibus, ac aliis suprascriptis,
et infrascriptis, et haec omnia, et supra, et infra-
scripta, de rato habendo per se, et haeredes suos

Matthaeus,

nis pervenirent, et quod ea rata habebunt sub
obligatione omnium bonorum suorum, praesentium,
et futurorum, de ipsis loco, Castro, finibus, et aliis de
quibus supra, investire dignarentur. Qui Dominus
Eusebius ex antiqua affectione, et amicitia, charitate,
ac pietate coniunctus, non animo offendendi dictum
Dominum Illustrem Comitem Papiae, sed solum
redimendi ipsos de Novarino a vexationibus praedictis,
cum ipse Illustris Dominus Comes, quos tunc protegere
non poterat, quin opus fuisset, quomodolibet, eosdem
de Novarino, aliud dominium subituros, quo eis-
dem Dominus Comes, et ipsi longe moestius transivis-
sent; ipsos locum, Castrum, dominium, et fines,
iurisdictionem, homines, pascua, pasquerasagia, aquas,
piscarias, acquatica, et aquaeductus, et alia, de quibus
supra, statim acceptavit, et per traditionem Consti-
tuti, et omnimodam, quae dictis Sindicis, et Pro-
curatoribus, fuit possibilis, per ipsorum Sindicorum
manum, dicto nomine facientium, et operantium,
solemni stipulatione interveniente, accepta tulit,
pariter et recepit, ipsosque dicto nomine, retento
dominio directo, mero, et mixto imperio, ac omni-
moda iurisdictione, et aliis de quibus supra, de
dictis loco, Castro, finibus, honorantiis, pascuis,
et aliis, de quibus supra commoditatibus, cum
uno baculo, quem suis tenebat manibus, investivit,
Ipsique Ioannonus Mazettus, et Ioannodus de Picho,
nomine quo supra, flexis genibus, interrogante,
et deferente eodem Domino Eusebio, in eiusdem mani-
bus, pro eo, et suis descendentibus masculis in infinitum,

Matthew.

ad sancta Dei Evangelia, tactis corporaliter scripturis
sacrosanctis, promiserunt, ac in morem constitutionum
animas iuraverunt, quod, a modo in antea, ipsi Uni-
versitas, Communitas, et homines, per se, et haeredes
suos perpetuo in infinitum, erunt, fideles ipsi Domi-
no Eusebio, descendentibusque suis haeredibus ut supra,
masculis in infinitum, et quod non tractabunt pu-
blice, vel occulte quidquam, quod cedere, seu retor-
queri possit in praeiudicium ipsius Domini Eu-
sebii, descendentiumque haeredum ipsius, in perso-
na, seu re, et maxime in arce dicti loci Rova-
xeni, et dependentium ex eo, de quibus ut supra,
directe, vel per indirectum, et si ad eorum, vel ali-
cuius eorum notitiam devenerit aliquid, quod no-
cere possit sibi, vel suis de quibus supra, illud ei-
dem, vel eisdem, reiecta negligentia, quamprimum
potuerint, intimabunt, et impedient suo posse,
ne tale nocumentum habeat effectum, et reve-
labunt publice prout melius fuerit, et potuerunt, vel
occulte, et quod honestatem debitam eidem Domino
Eusebio, et suis de quibus supra, descendentibus conser-
vabunt, et demum solemni stipulatione praemissa,
eidem Domino Eusebio pro se, et suis dictis haeredi-
bus, et in eius manibus promiserunt, et iuraverunt
in morem, et supra constitutionum animas, fide-
litatem, et homagium, prout continetur in nova,
et veteri fidelitatis forma, quam subditi, et Vassal-
li suis Dominis facere tenentur, adiectis nihilomi-
nus pactis, conventionibus, et conditionibus infra
scriptis ==== Et p.° Quod ipsi homines in com-
muni,

Matthaeus

hominis in Communi, vel particulari, in castro, seu fortalitio Novoxini, ac loco, non acceptabunt aliquem, seu aliquos dannum dantem, seu dantes, seu dare volentem, vel volentes in territorio, et subditis suprascriptorum Principum et nobilium, seu alicui eorumdem, videlicet Illustrissimi domini, Domini Comitis Lobandiae, Illustris Domini, Domini Principis Achaiae, Magnifici et potentis militis et Domini, Domini Antonii de Flisco, necnon Nobilium, et potentium virorum Dominorum de Advocatis, et Dominorum de Buronzio, seu adhaerentium, seu complicium eorumdem, vel quovismodo consentient palam, vel occulte, quod aliquid damnum eisdem inferatur in aere, vel persona; quinimo si senserint contra eos vel ipsorum aliquos, dannum aliquod imminere, eidem Domino Eusebio, seu suis haeredibus descendentibus, de quibus supra, quam citius poterunt, revelabunt publice, vel occulte. Item quod ipsi Universitas, Commune, ac homines Novoxini, dare, et solvere perpetuo teneantur, ac dent, et solvant singulis annis in perpetuum ipsi Domino Eusebio haeredibusque suis descendentibus masculis, de quibus supra, florenos octoginta bonos, ad rationem librarum trium, et solidorum quatuor tertiolorum, pro singulo floreno, medietatem videlicet in festo S. Petri de mense Junii, et aliam medietatem in festo S. Martini de mense Novembris proxime subsequentis, salvo quod de anno praesenti non teneantur solvere nisi florenos quinquaginta. Et versa vice idem Dominus Eusebius per se, et suos haeredes de quibus

Matthaeus

|| quibus supra, solemni stipulatione promisit dictis hi-
|| dicis, et Procuratoribus Sindicario, et Procuratorio nomine
|| quo supra, quod toto suo posse, non permittet eosdem
|| de Novarino, et eundem loci territorium offendi in aere,
|| vel personis per Principes, et nobiles praedictos, gentes
|| vel suas, scilicet per Dominos Antonium de Eliseo,
|| et Nobiles de Advocatis, et de Bucontio, ac adhaerentes,
|| et complices eorumdem, et quod si de offensa aliqua
|| senserit, quae contra ipsos de Novarino imminere
|| possit, quam citius poterit, eis notificabit. = Item
|| quod dictus Dominus Eusebius contra voluntatem
|| ipsorum de Novarino, dum bene fuerint, et fideles
|| fuerint, non possit ponere aliquem Castellanum in
|| Castro ipsius loci Novarini, nisi de ipso Castro
|| confidat in eisdem. = Item quod non possit
|| eisdem imponere aliqua dacia, pedagia, vel ga-
|| bellas, itemque omnes accusae, et accusarum iura,
|| damnorum datorum campestrium, quae contige-
|| rit ibidem emergere, vel committi, pleno iure per-
|| veniant communi, et hominibus Novarini. = Item
|| quod si accideret, quod Deus avertat, Castrum idem
|| Novarini obsidi per campum, ac exercitum genera-
|| lem, quod contra, vel circa ipsum Castrum . . . .
|| . . . . . grandis, et potentiae, quod dictus Domi-
|| nus Eusebius, et sui, de quibus supra, promissis, et pro-
|| morum complicium viribus cumulatis non possent,
|| seu possent ipsum removere infra . . . .
|| . . eidem domino Eusebio, seu suis haeredibus, de quibus
|| supra, publice fuerit per commune ipsius loci No-
|| varini notificatum quod, tunc, et non alias, liceat sit
+ scilicet per Dominos Comitem Sabaudiae Principem
achaiae, nec non per Dominos Antonium de Flisco

Matthaey

„ oridum de Novarino, cinpum se cum . . . .
„ seu ~~[illegible]~~ exercitu comcordare — Quae quidem om-
„ nia, et singula in praesenti Publico documento inserta,
„ dictae Partes, dicti videlicet Iudici, et Procuratores, sindi-
„ cario, et procuratorio nomine quo supra parte una,
„ et . . . . Eusebius parte alia, videlicet una pars alteri,
„ et altera alteri vicissim solemnibus stipulationibus
„ hinc inde intervenientibus pro se se, et suos haeredes
„ promiserunt rata, grata, valida, atque . . . . . .
„ perpetuo et tenere, attendere, et observare praedicta,
„ et non contrafacere, vel venire per ~~se~~, vel ~~per~~ alium,
„ seu alios ratione aliqua, seu causa, verbo, vel opere, quo-
„ vis quaesito, ingenio . . . . de iure, vel
„ de facto, et si de iure fieri posset, sub obligatione,
„ et hypotheca omnium dictarum partium antefata-
„ rum, videlicet sindicorum suo proprio, et dicto no-
„ mine, necnon dictarum Universitatis, Communis,
„ et hominum eiusdem Loci Novarini, et dicti Domi-
„ ni Eusebii bonorum mobilium, immobilium, prae-
„ sentium, et futurorum, cum integra restitutione
„ omnium damnorum, expensarum et . . . . . .
„ constituentes se pro praemissis omnibus, et singulis,
„ sic ut promittitur, implendis, et observandis, co-
„ actioni, et compulsioni quarumcumque Curiarum
„ Ecclesiasticarum, et . . . . ita quod ubi-
„ que locorum, et in quacumque curia, tam Eccle-
„ siastica, quam saeculari, et coram quocumque
„ Iudice, seu Magistratu tam Ecclesiastico, quam
„ saeculari, ipsae partes, et ipsarum . . . . . . pos-
„ sint realiter, et personaliter conveniri, renuntiantes

Matthaeus. "dictae Partes, et earum quaelibet libere, et sponte ex-
" ceptioni dictarum promissionis, et conventionis, obliga-
" tionis, et submissionis, ac omnium, et singulorum in
" praesenti Instrumento contentorum, non sic facto-
" rum, rei non sic, vel aliter gestae, seu minus le-
" gitime, et maxime dicti Sindici, ac possint dicere,
" seu opponere se alienum factum promisisse et pro
" alieno facto intercessisse, omnique fori privilegio, ex-
" ceptioni, condictioni sine causa, ob causam, vel ex
" iniusta causa, et demum generaliter, ita tamen
" quod propter speciales renuntiationes praemissas, nullum
" huic generali praeiudicium generetur, vel e contra om-
" ni alii iuri tam Canonico, et Civili, quam Muni-
" cipali, quo, seu quibus mediantibus contra praemis-
" sa, vel praemissorum aliquod possent ipsae Partes,
" seu ipsarum altera se iuvare, seu quovismodo
" tueri, iurique dicenti generalem renuntiationem,
" non valere, nisi praecesserit specialis. Praecipientes
" et rogantes dictae Partes et ipsarum quaelibet, de prae-
" dictis tradi, et fieri per me Notarium subscriptum
" ad hoc adhibitum, et vocatum, unum et plura pu-
" blica Instrumenta, quo melius fieri poterunt Doctoris
" dicto dictamine, et consilio cuiuslibet sapientis. Actum
" ut supra. Ego Bartholomeus de Buzantio publicus
" Imperiali auctoritate Notarius Vercellensis, praedic-
" tis omnibus, et singulis interfui, et inde hoc Instru-
" mentum rogatus tradidi, et scripsi, meque sub-
" scripsi, in testimonium veritatis."

P. Porro Ludovicus Cardinalis anno 1302, ut supra in-
nuimus, se subtraxit obedientiae Innocentii VII. et adhae-
sit

Mattheus.

adhaesit Benedicto XIII. Praesul, inquit Ughellius, sane ingentis spiritus, magnarumque virtutum, quas tamen Gallorum, et Gebennensium fortunae obscurarunt, schismatica labe foedavit. Quare damnatus cum appellans filium iniquitatis, eidem in Episcopatu Vercellensi suffecit Matheum de Gisalbertis Plebanum Montiscalvi, Bulla, quam ex Regesto fol. 214. statim subdimus.

" Innocentius etc. Dilecto filio Matheo de Gisalbertis Electo Vercellensi salutem etc. Divina disponente Clementia etc. Dudum siquidem Ecclesia Vercellensis ex eo vacans, quod felicis recordationis Urbanus Papa VI. Praedecessor noster, iniquitatis filium Ludovicum olim S. Adriani Diaconum Cardinalem tunc Electum Vercellensem, licet absentem, a vinculo, quo Ecclesiae praedictae, cui tunc praeerat, tenebatur, de plenitudine Apostolicae potestatis absolvens, ut secum onera universalis portaret, ad Cardinalatus honorem, duxit Apostolica auctoritate assumendum. Idem Praedecessor noster volens tam ipsi Vercellensi Ecclesiae, de gubernatore, secundum cor suum idoneo, per quem circumspecte regi, et salubriter dirigi valeret, quam ipsi Ludovico Cardinali, de alicujus subventionis auxilio, pro huiusmodi supportandis honeribus, providere, ipsam Ecclesiam Vercellensem sic vacantem, cum omnibus iuribus, et pertinentiis suis, per eum tenendam, regendam, et gubernandam sibi usque ad dicti praedecessoris beneplacitum, tam in spiritualibus quam temporalibus, auctoritate apostolica commendavit; et subsequenter cum dictus Urbanus Praedecessor, durante

Matthaeus.

durante huiusmodi beneplacito, viam universae fuerit carnis ingressus, ipsaque Vercellensis Ecclesia propterea vacavisset, et vacarat, tunc piae memoriae Bonifacius Papa IX. dicti Urbani immediatus successor, etiam Praedecessor noster, attendens quod nullus praeter Romanum Pontificem, ea vice, de provisione dictae Vercellensis Ecclesiae se intromittere potuerat, sive poterat, pro eo, quod dictus Urbanus Praedecessor provisiones omnium Ecclesiarum Cathedralium tunc vacantium, et in antea, dum in humanis ageret vacaturarum, ordinationi, et dispositioni suae, et Apostolicae Sedis reservans, decrevit ex tunc irritum, et inane, si secus super his per quoscumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingerit attemptari, praefatam Vercellensem Ecclesiam tunc etiam, ut praefertur, vacantem, ex certis rationabilibus causis ad id, suum, ut dixit, convenientibus animum, eidem Ludovico tunc Cardinali, cum omnibus iuribus, et pertinentiis suis praedictis, per eum similiter tenendam, et regendam, et gubernandam in iisdem spiritualibus, et temporalibus concessit, usque ad ipsius Bonifacii Praedecessoris beneplacitum, in Commendam. Tandem idem Bonifacius Praedecessor, huiusmodi Commenda per eum, ut praefertur, facta non revocata, sicut Domino placuit, extitit vita functus. Nos igitur, qui ipso Bonifacio praedecessore sublato de medio, Divina suffragante Clementia, fuimus ad apicem summi Apostolatus, assumpti, proinde attendentes quod dicta Vercellensis Ecclesia, adhuc secundum praemissa vacare noscatur, nullusque de illa praeter

Matthaeus.

"praeter Romanum Pontificem, hac vice etc. Demum
"ad te Plebanum Plebis Montiscalvi Vercellensis Diocesis,
"in Sacerdotio constitutum, litterarum scientia prae-
"ditum etc. oculos nostrae mentis de persona tua,
"nobis, et eisdem fratribus etc. accepta, eidem Vercel-
"lensi Ecclesiae, de dictorum fratrum consilio, au-
"ctoritate Apostolica providemus: teque illi in Epi-
"scopum praeficimus, et Pastorem etc. Datum
"Romae apud Sanctum Petrum Kalendis Aprilis an-
"no secundo" (hoc est anno 1405.)

6. Matthaeus tamen pacificum Episcopatum non habuit, sed omnia ad arbitrium Ludovici Cardinalis admini-strabantur. Unde Vercellas numquam introivit. Demum cum contra definitionem Concilii Pisani, partes Angeli Corarii, olim Gregorii XII. sequeretur, Episcopatu privatus est ab Joanne XXIII. anno 1412., ut mox videbimus. Et tunc tandem Vercellensis Ecclesia, pacem est adepta. Ughellius addit Matthaeum privatam vitam egisse usque ad annum 1423, donec Martinus V. hominis conditionem miseratus, ad Aquensem Episcopatum, eumdem promovit.

Ibletus

Ibletus.

Anno 1412.

1. Hoc anno Ludovicus de Flisco Cardinalis S. Adriani, Episcopatum Vercellensem, quem in Commendam habebat, renuntiavit in manibus Joannis XXIII. Summi

Ibletus.

Pontificis, atque exauctorato Mattheo, ut vidimus, sublecatus est in Episcopum Vercellensem Ibletus de Flisco, eiusdem Ludovici, ex fratre nepos ex Dominis Lavaniae, et Novariae, Bulla, quam summatim recitat Ferr. fol. 206. ut sequitur.

" Joannes etc. Dilecto filio Ibleto de Flisco Electo Vercellensi sal. etc. Apostolatus officium etc. Dudum siquidem, cum quondam Urbanus VI. in sua obedientia nominatus, bonae memoriae Joannem tituli S. Marci Praesbyterum Cardinalem, tunc Episcopum Vercellensem, a vinculo, quo Ecclesiae Vercellensi, cui tunc praeerat, tenebatur, absolvens, ipsum in Romanae Ecclesiae in huiusmodi obedientia Cardinalem duxisset assumendum, Ecclesia Vercellensis praedicta sic vacante, ipsi Cardinali sub certis modo, et forma, per ipsum Urbanum etiam commendata, quondam Clemens VII. in sua obedientia nuncupatus, de Venerabilis fratris nostri Jacobi de Cavallis moderni Episcopi Lavellinus primo, et deinde Cardinali praefato per Eundem Urbanum, de dicta Ecclesia aliis non disposito, vita functo, idem Urbanus de dilecti filii nostri Ludovici, S. Adriani Diaconi Cardinalis, praefatae Ecclesiae per huiusmodi assumptionem, ut praemittitur, vacanti, ac tandem dicto Ludovico Cardinali, per ipsum Urbanum etiam ad Regimine Ecclesiae Vercellensis praedictae, absoluto, et in huiusmodi obedientia dicti Urbani, in eiusdem Romanae Ecclesiae Cardinalem assumpto, quondam Innocentius VII. in sua obedientia nominatus, eidem Vercellensi Ecclesiae, quam etiam tunc vacare dicebat, licet

liceat ipsi Cardinali sub certis modo, et forma, auctoritate Apostolica, commendata existeret, de Matthei de Gialbertis, personis duxerunt providendum, praeficientes eos illi successive in Episcopos, et Pastores, quomodolibet etiam Ludovici Cardinalis, necnon Jacobi, et Matthei praedictorum in certa parte possessionis, vel quasi regiminis, et administrationis, seu insimul, et bonorum dictae Vercellensis Ecclesiae, ad praesens existente. Cum itaque hodie ipse Ludovicus Cardinalis, huiusmodi Commendae, sibi de dicta Vercellensi Ecclesia, qualitercumque factae, in manibus nostris sponte et libere cesserit; nosque cessionem huiusmodi, eadem auctoritate duximus admittendam, necnon Jacobum a vinculo, quo eidem Vercellensi Ecclesiae tenebatur, auctoritate praedicta absolventes, eum ad Ecclesiam Averinensem, tunc pastore carentem transtulerimus, eum etiam illi praeficiendo in Episcopum, et Pastorem, ac Mattheum praedictos ab omni regimine, et administratione, sibi propositam ratione eiusdem Vercellensis Ecclesiae, quomodocumque competentibus, pro eo quod iniquitatis alumno Angelo Corario, olim in sua obedientia Gregorio XII. nominato, etiam post, et contra diffinitivam sententiam in generali Concilio, dudum Pisis celebrato, contra dictum Angelum, necnon perditionis filium, Petrum de Luna, olim in sua obedientia Benedictum XIII. nominatum, tunc de Papatu contendentes, latam, per quam inter caetera, idem Angelus, et Petrus, notorii Schismatici et pertinaces heretici, iusto Dei iudicio declarati fuerunt,

ibletus.

Ibletus

"tenere adhaerere, et favere praesumpsit, auctoritate prae-
"dicta deposuerimus, ac etiam amoverimus; et propterea
"secundum praemissa, dicta Vercellensis Ecclesia vaca-
"verit, et vacare noscatur ad praesens, Nos ad eiusdem
"Vercellensis Ecclesiae reintegrationem omnimodam, eiusque
"provisionem, de qua etc. Demum ad te Clericum Gla-
"munensem etc. Datum Romae apud S. Petrum VII
"Kal. Septembris anno II." (hoc est anno 1412.)

2. Anno 1420. S. Bernardinus Senensis, Cives Vercellenses,
diu inter se dissidentes, concionibus suis ad Concordiam
revocavit, et ad opera pietatis accendit. Ad haec usque
tempora, in non paucis parietibus, depictum eius opera
cernimus Sanctissimum nomen Iesu. Minoritas, quos
observantes vocant, in Ecclesia S. Mariae de Bethlem fa-
ventibus Civibus introduxit: et non pauca alia edidit
pietatis documenta, ob quae Vercellenses post eius obitum,
percrescente fama miraculorum, quae Deus ad eius in-
vocationem frequenter patrabat, eius nomini sacellum
dicarunt; quod anno 1595. in Ecclesiae formam adauctum,
paucos ante annos pii confratres propriis expensis
non modicis, nobili structura renovatum, auro et pic-
turis eleganter exornarunt. Anno 1422. Ibletus Episco-
pus, aliique de Fisco, de Fenis, Masserani, et Crepa-
corii, Concordiam inierunt die 10. Iulii cum Com-
munibus, et hominibus praedictorum locorum.

3. Ibletum pacem initam anno 1427, de qua supra
Sabaudum inter, et Vicecomitem, de qua supra,
confirmasse scribit Modena, et post eum Franciscus
Augustinus Abecclesia Episcopus Salutiarum in Chron.
cap. 10. fol. 113, addens graves contentiones habuisse
cum Comitibus de Chialant pro iurisdictione Andur-
nio

Ibletus.

Andomi, easque diruptas fuisse iussu Amedei Ducis Sabaudiae. Vidimus supra ab Ioanne Episcopo Vercellensi, dum in carcere esset, compositam fuisse Ibleto de Chialant Andurnam cum mero, et mixto imperio. Scribit Ecclesia sup. fol. 131. Ioannem Episcopum, ut se absolveret redimeret, coactum fuisse, Andurnam vendere Domino de Chialant, certo pretio, permittente summo Pontifice.

Anno 1428. die 17. Iulii Ibletus Synodum Dioecesanam habuit, quae adhuc extat. In ea, plura sapienter, saluberrimeque decrevit ad morum reformationem, et ad praecedentis Schismatis delenda vestigia. Praecepit praeterea festum visitationis B. Mariae Virginis, celebrandumque in tota Dioecesi, die 2.a Iulii cum octava. Plura item de Regularibus, statuta legimus; Ut nullus Regularis censeretur ab Episcopali iurisdictione exemptus, nisi intra quadraginta dies de exemptione doceret: ut omnes Clerici tam Religiosi, quam Saeculares, Synodalia tenerentur Episcopo solvere in capite ieiunii, vel Dominica sequenti, sub poena interdicti ab ingressu Ecclesiae: ut nullus Religiosus, seu Regularis luderet ad taxillos, vel chartas sub poena viginti solidorum pro qualibet vice, et suspensionis per octo dies ab Altaris Ministerio: ut nullus Monachus, et regularis, alienum habitum deferret: ut nullus Regularis auderet concubinam publice apud se, vel in eorum domibus, vel vicinia tenere: ut Laici Clericos, Regulares, ad Iudicium saeculare, trahere non praesumerent: ut Abbates, Priores, Rectores, et ministri, Constitutiones Synodales, in capite ieiunii, et in alia die mensis Augusti, quo voluerint, tenerentur

Metz. quolibet anno in suis capitulis, legere, seu legi facere, ab eorundem animis subditis: ut nullus Clericus cuiuscumque ordinis conditionis, et religionis fuerit, vel laicus masculus, auderet quovis modo intrare Monasteria Monialium sine speciali licentia, sub poena florenorum decem pro quolibet, et qualibet vice: ut omnes Religiosi et alii Clerici, qui usurariis communionem altaris tradiderint, aut eos ad Ecclesiasticam sepulturam receperint, essent suspensi ab executione proprii officii Ecclesiastici: et quod eidem poenae subiacerent omnes religiosi et Clerici qui tales Religiosos absolverint, aut ad altaris communionem receperint. ~~Est prae~~

Est praeterea animadversione dignum, Decretum quod ibidem legitur, his verbis expressum: Moneantur omnes Parochiani per proprios Sacerdotes ut postquam habuerint quatuordecim annos, vel amplius, ieiunia constituta per Ecclesias, cessante iusto impedimento observent, et carnes non comedant; et quicumque in dictis ieiuniis, cessante iusta causa, et absque licentia proprii Sacerdotis, carnes comederit, nisi post monitionem, se ad mandatum Ecclesiae emendaverit a praedictis auctoritate nostra excommunicetur a proprio Sacerdote, et nobis absolutio reservetur.

C. Anno 1431. Philippus Maria Dux Mediolani, per Franciscum Sfortiam, Casale, et complura alia oppida Montisferrati, Joanni Jacobo Montisferrati occupavit, et valido exercitu reliquis imminebat. Marchio, ut tempestatem averteret, ad Sabaudum, qui in Subalpina Regione, per arbiter erat, confugit, eique universam Marchionatum commendavit, pacta exceptione Clavaxii, Vulpiani, Septimi, Cattonovite

ibletq.

× Nec frustra. Nam Amedeus primo armis Marchionem totatus est, deinde pacem composuit, acceptis ab eo castris iuxta pactum, Clavasii, septimi etc. Documenta recitat Cl. Grius hist. Eccl. a fol. 167. ad 194.

6. Anno 1434. Controversia agitata est de nonnullis oppidis, villis, et castris quae olim erant districtus Vercellensis, num deinceps subiacere deberent Potestati, et iurisdictioni Communis Vercellarum? Controversiam sustulit Amedeus, declarans, ut ex ducalibus litteris 29 Maii eiusdem anni 1434. loca, et castra Piscoli, Petianae, Cauxionae, Stroppianae, Bolgolae, Partengi, Constantianae, Ronsinchi, Legnanae, Uncisiae, Laverzoti, Aliis, Serravallis, Salasuli, Corzani, Olarenghi, Quinti, Casanovae, Albani, Arbori, Ghislarengi, Lentae, Mottae Aliciotorum, Montis bellardi, Fastelletti, Mossoriae, Pettiguati, Nibbioni, Montonarii, Asilii, Vicinini, Novarini, et Capriaschi, de quibus erat quaestio, spectare ad districtum et iurisdictionem Civitatis Vercellarum: Loca vero Erivarii, Bozzolae, Sustenei, Lexonae, Moxi, Beduli, Clavaxiae, Benae, et Sordevoli, a potestate Bugellae ius acceptura etc: Villas et castra Cerridoni, Montisjovetti, Roblenae, Donati, Podrani Buronzae, Cerreti, Valdengi, et Avigliani, avillani, Dominis Advocatis, et Locum Castrumque Novaxendae Dominis de Novaxenda subiecta etc: Coboltiacam, Solizellam, Gottinariam, a Potestate ab ipso Domino Duce, constituendo, locaque demum Salae, Sandiliani, Viveroni, et Roppoli a Potestate generali Pedemontis, iudicanda etc.

7. Eodem anno 1434. etiam cum Vicecomite de Consiniis

Ibletus

confinis Districtus Vercellensis, nonnihil disceptatum est.
Ea autem declarata habemus, in sequenti Charta, Ar-
chivii Civitatis.

"Philippus Maria Anglus Dux Mediolani. Uni-
"versis fieri volumus manifestum, quod cum super do-
"natione, concessione, et remissione, quam fecimus Il-
"lustrissimo Principi, et Excellentissimo Patri nostro
"Carissimo Domino Duci Sabaudiae, de Civitate
"Vercellarum, cum suis iuribus, finibus, iurisdictionibus,
"et pertinentiis, ut in Instrumento dictae Donationis,
"et conventionis plenius continetur, a nonnullis offi-
"cialis fidelibus, et subditis nostris agitatum fuerit
"utrum supra ipsius finibus citra flumen Sicidae,
"seu Servii constitutis, iurisdictionem retinuerimus, vel
"ne. Ecce quod nos volentes, sicuti nec licet prae-
"cipue in dubium relinquere pro futuro, nec ex hoc
"officiariis, et subditis utriusque domini dimittere
"occasionem disputandi, ex nostra certa scientia pro
"nobis, nostrisque haeredibus, et successoribus Universis,
"harum serie profitemur, et pariter attestamur, quod
"in ipsa donatione, et remissione praedictae Civitatis
"Vercellarum, et eius finium, eidem Illustrissimo
"Domino Patri nostro, et eius praedictis remisimus,
"et remisisse intendimus, et quantum opus est, re-
"mittimus quidquid iurisdictionis, imperii, superio-
"ritatisque habemus, in ipsis finibus citra Ser-
"vium, seu Sicidam constitutis; Declarantes
"ipsius Civitatis Vercellarum, et finium limites esse,
"videlicet incohando a ponte superiori a Ruggia
"nova (a) in loco, ubi de Sicida extrahitur, et pro-
cedendo

"procedendo per ipsam ad lacum seu stagnum illorum
"de Mortario (b.) et ab ipso lacu per fossatum magnum
"ad vallem Carbonariae (c.) ad pontem qui est super
"strata publica, qua itur a Vercellis Bulgarum, qui dici-
"tur ad pontem Carbonariae, et ab ipso ponte proce-
"dendo per ipsam vallem seu fossatum, ad lacum seu
"stagnum Rebutii (d) et inde per fossatum in flumen Ga-
"marras (e) et per ipsum flumen procedendo ad fossatum
"magnum, quod protenditur ad lacum, seu stagnum
"Bravolae, et ab inde per fossatum ad viale Grocet (f)
"et procedendo per ipsum viale ad aquam mulinetti (g) in
"praedictum flumen Lisidae, sive Servii (h). In quorum
"fidem Datum Abiate die XIV. Octobris MCCCCXXXIV."

(a) Ruggia nova. Dicta fuit posterioribus saeculis, Ruggia Badona nunc in aliquibus locis superstes est dumtaxat vestigium huiusmodi Ruggiae, seu rivi, quod est adhuc pro limite utriusque Provinciae Vercellensis, et Novariensis. Reliquum iam usque a praecedente saeculo obrasit Sesites.

(b.) Lacus de Mortario. Hunc quoque. demolita est Sesites.

(c) Per fossatum magnum, ad vallem Carbonariae. Fossatus, et vallis adhuc cernitur. Pons amplius non extat. Eius situs adhuc visitur, et est ex adverso Sacelli campestris S. Bernardi

(d) Lacus seu stagnum Rebutii. Nunc Rebusti. Vestigium dumtaxat superest.

(e) Flumen Gamarras. Non flumen, sed rivus est, seu Ruggia, adhuc existens.

(f) Viale Grocetti Adhuc existit, vulgo Grosino.

(g) Aqua Mulinetti. Nunc Mostola.

(h) Servii. Olim Servius moenia Civitatis fere adlambebat, et uno fere milliari infra Civitatem, in Sesitem exonerabatur. Nunc Sesites eum excipit tribus fere milliaribus supra, septentrionem versus.

Abletus.

7. Si credimus Ughellio, decepit Abletus anno 1437, cui consonat Dominus Franciscus Bonomius Episcopus Vercellensis in Catalogo, vixit sedisse annis 26. Utrumque deceptum credimus, ut mox videbimus.

Guillielmus.

Guillielmus
Anno 1437

1. Decessisse Abletum anno 1434, eique eodem anno a Capitulo Vercellensi suffectum fuisse Bartholomeum Advocatum ex dominis Colobiani, consanguineum Uberti quondam Episcopi Vercellensis, scribit Franciscus Augustinus Abecclesia Episcopus Salutiarum, Corbellinus, Cusanus, et quod caput est, Joannes Baptista Modena, addens electionem accidisse die 4.a Aprilis, huicque Electioni repugnasse Eugenium IV, et eius loco ad petitionem Amadei Ducis Sabaudiae, seu Ludovici eius filii Pedemontium Principis, subrogasse anno 1437 Guillielmum Didierum Sabaudum, e Belliensi Episcopatu translatum. Belliensis Episcopatus, olim in Sabaudiae Ducatu trans Rhodanum, Sabaudo parebat; nunc ex conventione inita anno 1601 cum Franciae Rege, Franco subiectus est, estque caput Comitatus Baugesii. Bartholomei elogium texit Corbellinus, & qui inquiens: "sa Bortolommeo, huomo da bene, di gran "Carità, e raccordavasi più de' poveri, che di se stesso: "amava i poveri, trattava coi poveri, difendeva i poveri, "e gloriavasi più d'esser tenuto povero, che aver l'applauso

+ Cabellinus quod habuisse ex probatis documentis minime dubitamus, inquiens:

"popolare d'esser ricco. Era dotto ne' sacri Canoni; nello
"studio, paziente: nel consigliare, amorevole: nel dire il suo
"parere, libero. La dottrina non fastosa, non lo faceva su-
"perbo, non arrogante, non presuntuoso, appresa più
"nella scuola del Crocifisso, che del mondo, esercitata non
"per guadagno di roba, ma per sicurezza delle anime. Era
"dottore così ben disciplinato, che la sua dottrina doveva dir-
"si più tosto disciplina, che dottrina."

Guillielmus

2. Fuit Guillielmus, vir valde doctus, et iuris peritissimus, ut paullo post videbimus. Antequam Episcopus esset, magna cum laude praeposituram Cathedralis Augustae Praetoriae, administravit, et Consiliarii Ludovici Principis Pedemontium munere functus est. Cum Episcopatum Bellicensem regeret teste Francisco Augustino Abbe=desia in Chron. cap. 47. fol. 354, anno 1450. cum Archiepiscopo Tarantasiensi, caeterisque Sabaudiae Episcopis, lites quas cum Consilio Ducali habebat pro iurisdictione tam spirituali, quam temporali composuit. Item eo agente, Jolanda Regis Franciae filia Amadeo Ludovici filio, vix bimo desponsa fuit anno 1456. Hic est Amadeus IX. sanctitate, et munificentia in pauperes insigniter clarus, de quo plura infra.

3. Cum Sigismundus Imperator Religiosos Congregationis Olivetanae, in Hungariam advocasset, qui Monasterium S. Pauli, Budae erectum incolerent, et inde feroces Hungarorum mores, religione, et pietate mollirent, eo directus est anno 1452. Bernardus Vercellensis Civis, vir plurimae probitatis, et doctrinae, qui magna cum sanctitatis opinione, nec minore Hunga-
rorum

Guillelmus.
Gualthmus

proposita, idem Monasterium primus Abbas, diu administravit. Ad hanc usque diem, ob Hungaris, ut Sanctus colitur. Scripsit Codicem Dialogisticum precum et meditationum, qui num typis vulgatus fuerit, me latet. De eo agunt P. Secundus Lancellottus hist. oliveti, Aeneas Silvius, qui postea fuit Pius II. in Commentis, Abulensis in Chron. fol. 386, Rossottus in Syllabo fol. 120, et novissime Collectores Actorum, Sanctorum Decem. to. 6. fol. 163.

4. Interea Basileae Synodus iam usque ab anno 1431. inchoata, magnis agitata motibus agebatur. Obierat quidem Martinus V. Summus Pontifex die 20. Februarii 1431, indicto contra Hussitas Concilio Basileensi, cui praesideret Iulianus Cardinalis Caesarinus, Legatus a Latere; eique subiectus fuerat die 12. Martii eiusdem anni, Gabriel Condolmarius, dictus Eugenius IV. Hic statim Concilium Basileense, cuius fundamenta iacta fuerant die 4. Martii, et apertum die 19. Iulii, dissolvere conatus est. Sed tandem permotus legationibus Sigismundi Imperatoris, aliorumque Principum, acquievit, et Concilio adhaesit. Concilium interea contra Eugenium, et Romani Pontificis auctoritatem, saevire caepit. Eugenius itaque cum iam sessio 28. celebrata esset, ad avertenda pericula, quae Ecclesiae imminebant ex congregatorum Patrum contumacia, et temeritate, Concilium Basilea Ferrariam transtulit anno 1437. ad illudque invitati sunt Graeci pro pace ineunda cum Ecclesia Romana. Hinc Patres Basileenses in duas partes diviserunt. Qui sanioris mentis erant, Basileam deserentes

Guillelmus

decreverunt. Seditiosi vero in ~~incepto~~ coeptis obstinate persistentes, primo Eugenium citarunt, ut Basileam se conferret, rationem eorum, quae obiiciebantur, Concilio redditurus. Cum praefixo tempore non comparuerit, contumacem declararunt. Postmodum sess. 31. habita 24. Januarii 1438., eum ab administratione Papali suspenderunt: et demum sess. 34. habita 25. Junii ejusdem anni, etiam Papatu privarunt. Haec omnia, frustra conati sunt, impedire, missis Legationibus, Principes, qui schisma avertere satagebant: eaque irrita declarata sunt a Concilio Florentino, quod ipso Summo Pontifice Eugenio IV. praesidente tunc celebrabatur.

6. Furor Basileensium Patrum ulterius prorupit. In sess. 37. habita die 24. octobris, ejusdem anni 1439. triginta duos delegerunt, quibus facultas, et potestas esset eligendi nomine Concilii novum Pontificem loco Eugenii depositi. Episcopi pauci erant, non optimus quisque deceperat; ita ut actui privationis, septem duntaxat interfuerint, novae vero electioni undecim solummodo. Reliqui erant Abbates, Canonici, et iuris, seu Theologiae Doctores. Pro Italica Natione, Episcopi electores decreti fuerunt Guillelmus noster, Joannes Gerundiensis, et Ludovicus Cavinensis. Hi omnes Conclave ad id praeparatum, ingressi sunt 30. octobris, septima post die, quae concurrebat cum die 6. Novembris, facto scrutinio, Summum Pontificem renuntiarunt Amadeum VIII. Sabaudiae Ducem, tunc in Ripaliis, eremiticam vitam agentem. Quae Electio in sess. 39. habita

Guillelmus.

die 17. Novembris solemniter confirmata fuit, et in Universum Orbem promulgata. Novus Pontifex Felix V. appellatus est, sed infelici omine; nam in sess. 6. Concilii Florentini 23. Martii 1440. tanquam haereticus, et Schismaticus, cum suis electoribus, fautoribus, et aequalibus damnatus est.

6. Postmodum Patres Basileenses, ut Electionem Felicis colorarent, Decreta Concilii Constantiensis, quibus nitebantur, in unum colligi jusserunt anno 1440, Collectionemque demandarunt Guillelmo nostro, aliisque in lege doctissimis, quam deinde sigillo ejusdem Concilii ad perpetuam rei memoriam, muniri fecerunt.

7. Porro cum Felix ex Patrimonio Romanae Ecclesiae nihil perciperet, et interea magnos cogeretur subire expensas, decreverunt Patres in sess. 42. 4. Augusti 1440. in eandem subventionem persolvendum esse collectoribus per ipsum deputandis, usque ad quinquennium, quintum denarium, et deinde ad aliud quinquennium proximo subsequentium, decimum denarium in singulos annos, omnium annuum, ac reditum, proventuumque Beneficiorum. Hisce in regionibus, Collectoris munere functus est Guillelmus noster.

8. Deinceps Orbis Catholicus, in partes sectus est. Potior quidem Eugenium, non pauci tamen Felicem ~~adhae~~sunt sequebantur. Vercellenses constanti firmitate semper, Felici adhaeserunt. Habemus in Archivio Capitulari Bullam Felicis datam Lausanae anno 1448. nonnulla statuta continentem, cujus summa est, ut sequitur.

Guillielmus.

"Felix Episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad providentiam Romani Pontificis etc. Nuper siquidem nonnullorum fide dignorum relationibus per nos accepto, quod Ecclesia Vercellensis, quae insignis est, et in qua ab olim divinus cultus in singulis officiis, et ministeriis Ecclesiasticis, laudabiliter exerceri consuevit etc. pro maiori illius Ecclesiae decore, et venustate, et honore, necnon personarum illius statu pacifico, et tranquillo etc. nonnullas ordinationes, et statuta condi, et ordinari fecimus, tenoris qui sequitur. — Et primo quod in ipsa Ecclesia Vercellensi, singulis diebus cantetur missa, et singulae horae Canonicae horis congruis, neque illa quovis modo omittatur: et quod in dicta Ecclesia sint et esse debeant perpetuis temporibus octo Praebendae sacerdotales de viginti quatuor ordinariis etc. item octo Diaconales etc. item octo subdiaconales etc. — Item cum deceat ornatum Ecclesiae praedictae potissimum augeri; volumus quod quotiescumque aliqua praebenda ipsius Ecclesiae vacabit, de fructibus, redditibus, et proventibus illius, si annexa fuerit dignitati, ematur cappa valoris ad minus triginta quinque florenorum auri de Camera, si vero simplex fuerit, ematur habitus, vel cappa valoris ad minus florenorum viginti quinque similium. — Item quod semper, et in perpetuum, ac singulis annis, in Kalendis Junii inchoandis, quilibet Canonicus, et in quacumque sit dignitate constitutus, intendens, ac volens eo anno optare, si casus evenerit, ac lucrari fructus

Guillelmus.

assignationis Gazii, veniat et compareat personaliter in capitulo infra festum sanctae Potentianae Virginis ad dictas Kalendas Junii, et ibi promittat de faciendo septimanas per se, vel per alium Canonicum pro rata parte totius anni, prout descriptae et assignatae fuerint in tabula ordinaria per Capitulum ordinanda, et quod quilibet ipsorum, taliter studeat per se, vel per alium Canonicum, septimanas suas facere per totum Circulum anni, prout eis descriptae fuerint in tabula huiusmodi, quod Ecclesia ipsa dictim, non habeat servitia debita; et qui defecerit in sua septimana quod suo ordini incumbit, ex tabula praedicta dictim adimplenda, in aliqua horarum ipsius diei, quamvis in aliis horis diligens fuerit, pro rata prout defecit in data lucrata, vel lucranda, arbitrio Capituli puniatur, taliter quod defectus huiusmodi omnino cessent, et tollantur; ita tamen quod qui libras sex ad lucrum libri datae, sine subtractione huiusmodi lucratus non fuerit, eo anno a praedictis emolumentis, et praerogativis sit exclusus, nisi infirmitate, aut alia rationabili causa praepeditus ~~suus~~ fuerit, qua exposita Capitulo, per maiorem partem praesentium residentium legitima putetur. Item quod quolibet anno in Kalendis Junii inchoando, per cantorem, et Capitulum, fiat tabula secundum ordinationem sacri Basiliensis Concilii, quae semper stet in Choro, in qua scribantur omnes, et singuli Canonici Praebendati, ac dignitates, in dicto anno residentiam

Guillelmus

|| residentiam, et septimanas suas facere intenderent, et qui
|| promiserunt ut in proximo suprascripto Capitulo; in
|| qua tabula secundum ordinem Ecclesiae Vercellensis
|| compartiantur, assignentur, et describantur septima-
|| nae faciendae per unamquamque Praebendam ob-
|| tinendam, secundum ordinem, quem ipsa Praebenda
|| requirit. Item quod quilibet qui suprascripta
|| duo statuta non servaverit, et anno proxime prae-
|| cedenti, residentiam, septimanas suas faciendo, non
|| compleverit, eo anno adoptionem faciendam in ip-
|| sa Ecclesia, omnino sit inhabilis. Item ad
|| Canonicos Minores in ipsa Ecclesia institutos, volumus,
|| cum ex institutionibus huiusmodi ad residentiam
|| continuam sint adstricti, ut ipsi inter se ipsos onus,
|| et officium, quod ordini Acolythatus in ipsa Ec-
|| clesia Vercellensi, secundum statuta, et consuetudi-
|| nes ipsius Ecclesiae incumbit, sustineant, exerceant,
|| faciant, et exequantur, aliis pro rata temporis, in
|| quo defecerint, secundum quod in tabula suprascripta
|| fuerit eis descriptum, et assignatum, in qua etiam eos
|| volumus describi per Capitulum, et si opus sit, loco
|| Diaconorum, vel Subdiaconorum, et pro qualibet ho-
|| ra, in qua defecerint, eis, et cuilibet eorum, de fructi-
|| bus suis subtrahatur secundum ordinationem Capi-
|| tuli, ad utilitatem fabricae convertendis. Item
|| volumus quod amodo Domus Capituli, et Canoni-
|| corum, cum vacaverint, non optentur, et nulli Cano-
|| nico assignentur, nisi servierit, et resederit, ac habilis
|| fuerit ut supra, ac Domum huiusmodi, si expediens
|| fuerit, satis dederit reparare. Et ut voluntas benefa-

cienti

Gabriellus.

beneficiendi, cuilibet augatur, volumus quod cuilibet Ca-
nonico, qui pro tempore suo domum sibi locatam iure,
vel assignatam, per Canonicos, et Capitulum, vel in po-
sterum assignandam, per ~~Canonicos et Capitulum~~ qua-
liscumque illa fuerit, et cuicumque Canonico
spectet, dummodo illa intra fines Claustri Beati Euse-
bii existat, melioraverit, et exposuerit, vel exponat
pro reparatione utili ipsius domus, florenos quinqua-
ginta auri de Camera, liceat eidem dimittere in
vita vel in morte sua, uni Canonico residenti,
cui sibi melius placebit, per eum possidendam quo-
ad vixerit, cum obligatione unius floreni similis
solvendi annuatim per unumquemque Canonicum,
qui dictam domum pro tempore possidebit, pro
uno anniversario distribuendo in Choro, quolibet an-
no, in die obitus Canonici, qui melioramenta
huiusmodi fuerit. Item quod quilibet Ca-
nonicus debeat, et teneatur iurare de observando
statuta suprascripta, et quandiu non iuraverit,
ad communes tractatus Capituli, non admittatur,
et interim de Dato Grossi, et de distributionibus
quotidianis, nihil omnino percipiat. Item
volumus, quod Capellani ipsius Ecclesiae, per
Capitulum rogantur ad eorum servitutis de-
bitas faciendas, ac missas ad altaria sua, non au-
tem ad altare maius celebrandas et etiam obser-
vanda, ad quae secundum privilegia, et statuta
ipsius Ecclesiae, quomodolibet obligati sunt, et ad-
stricti. Item omnia statuta, et laudabiles
consuetudines ipsius Ecclesiae, quibus per praesentem

„per praesentem nostram ordinationem, expresse non sit
„derogatum, vel aliter immutatum, volumus et decla-
„ramus observari ~~~ Cupientes igitur, ut cultus prae-
„dictus in dicta Ecclesia, et ubique nostris temporibus iu-
„xta divinum beneplacitum, et nostrae devotionis
„affectum, perseveranter augeatur etc. hac irrefragabili
„constitutione, ex certa scientia statuimus, ut om-
„nia capitula praedicta, iuxta illorum continentiam,
„ac tenorem, in eadem Ecclesia perpetuo observentur, illa-
„que sic observari districtius praecipimus, volumus et man-
„damus non obstantibus etc. Nulli ergo hominum li-
„ceat hanc paginam nostrae Constitutionis, statuti, vo-
„luntatis, et mandati infringere etc. Datum Lausannae
„VI. Kal. Martii anno a Nativitate Domini MCCCCXLVIII,
„Pontificatus nostri anno VIII."

Quae hic statuuntur de promissione residentiae a festo S. Pudentianae ad Kal. Junii, de residentia sex mensium, et de meliorantibus Domus Canonicales, etiam nunc vigent quibusdam sub additamentis.

9. Obiit anno 1447. die 23. Februarii, Eugenius IV. vir absque exceptione maximus, et dignissimus, qui difficillimis hisce temporibus, Petri navem gubernaret. Habuit successorem die 6. Martii eiusdem anni Thomam Sarzanensem, Episcopum Bononiensem, exili quidem genere ortum, sed magnis tum corporis, tum animi virtutibus illustrem, qui Nicolaus V. appellari voluit. Statim totus incubuit, ut schisma tolleret, et pacem Ecclesiae daret, et quidem omnino feliciter. Nam Felix V. ipse quoque, Princeps cum esset animi moderatissimi, qui dignitatem oblatam acceptarat, non

ambitione

Guillelmus,
ambitione

aliqua, aut honoris cupiditate, sed ut liberalitate sua, industria, et prudentia, Ecclesiae tot procellis agitatae quietaretur, pacem et sibi, et Ecclesiae quaerebat. Itaque anno 1449., annuente potissimum Carolo VII. Franciae rege, toto plaudente Christiano orbe, Pontificatum generosa magnanimitate, haud invitus abdicavit. Abdicatio a Concilio Basileensi, quod tunc Lausannae actiones suas prosequebatur, comprobata est. Tantae magnanimitatis actus, sine mercede non fuit. Plures Amedeo reservati sunt honores, et prae ceteris, ut perpetuus esset Legatus in Sabaudia, ut ei venienti Pontifex assurgeret, et osculum oris redderet, ut caeteros Cardinales dignitate, et honore praecederet, ut ornamentis Papalibus, excepta delatione Corporis Christi, annulo Piscatoris, Umbella, et cruce in pedibus, uteretur, ut Cardinales ab eo creati legitimis adnumerarentur, ut Episcopatus, aliaque Beneficia Consistorialia in eius dominiis et successorum existentia, nonnisi ad eius nominationem et successorum, conferentur etc. Cum eremum suum, Ripalliam repetiisset, die 7. Januarii 1451. Genevae in Domino obiit, sanctitate, liberalitate, et excelsi animi moderatione clarus.

10. Guillelmus noster ob tot, tantasque vicissitudines, animo aeger, ut audivit Amedeum, cui addictissimus erat, e vivis sublatum, honestam missionem ab Episcopatu petiit, quam et impetravit anno 1452. cum sedisset annos fere quindecim. Successorem habuit Joannem de Giliaco, ut infra videbimus.

11. Affirmat ex Panvinio, Franciscus Augustinus Ecclesia Episcopus Salutiensis in Chronol. pol. 87. Joannem Eporediensem

Guill. del Conus.

Eporediensem, qui unus fuit ex electoribus Felicis V. pro Italica Natione, ipse Vercellensem ex Generia gente est non ita quidem censendum est. Ughellius in Episcopis Eporediensibus unum tantum Ioannem agnoscit ab anno 1437. ad 1479., ex Dominis de Parella. At Eubesius vero duos; unum qui sederit ab anno 1440. ad 1443. quem dicit ipse Vercellensem e Familia Generia: alterum ab anno 1443. ad 1479. ex Dominis de Parella. Verum palmaris error redarguitur, tum qui anno 1440. iam completa erat, et executioni mandata electio Felicis, iam usque a die 5. Novembris anni praecedentis, tum quia Epitaphium sepulcrale Ioannis de Parella, quod ipsemet affert, convincit unum tantummodo Ioannem de Parella sedisse Episcopum ab anno 1437. ad 1479. Epitaphium habet: Ioannes de Parella Episcopus Eporediensis et Comes, praefuit in Episcopatu annis 42. obiit anno 1479. 4. Aprilis vixit annos 82. Iam vero, si ab anno obitus 1479. retrogrediatur annis 42., quibus in Episcopatu vixit, pervenies ad annum 1437. Unde nullus amplius sit locus Ioanni Vercellensi, qui dicitur sedisse ab anno 1440. et Ioannes de Parella est certissime ille, qui anno 1439. suffragatus est electioni Felicis V.

12\. Placeat nunc nonnulla addere, quae historiam civilem horum temporum spectant. Decessit anno 1447. die 13. Augusti, Philippus Maria Vicecomes Mediolani Dux, et quondam Vercellarum Dominus. Hinc ingentes concitatae sunt turbae. Franciscus Sfortia Philippi gener, multis feliciter confectis bellis, tandem Principatu potitus est. Ludovicus Sabaudiae Dux, ducto Vercellas exercitu,

Guilielmus

et inde traiecto Sesite, fere universam occupavit Novarien-
sem Comitatum, anno 1468. Sed, ut assolet, variante for-
tuna, et Mediolanensibus praevalentibus, Ager Vercellensis
saevos passus est populationes. Habemus in Archivio Ci-
vitatis litteras Ludovici Ducis Sabaudiae 14. Decembris
1469. remissionis, et condonationis favore Civitatis ad
octo annos proximos, omnium tributorum ipsi debi-
torum, ob gravissima damna eidem Civitati, et Com-
muni illata, et quibus obnoxia erat, occasione belli tum
adhuc urgentis. Pax tandem interventu Caroli VII.
Franciae Regis composita est, et Civitati tranquillitas
restituta.

13. Guillielmo sedente floruit inter Caccros Ludovicus de
Ecitionibus, primus Decanus Comes, de quo supra le-
ctoris manere, multisque legationibus pro Theodoro, et
Ioanne Iacobo Montisferrati Marchionibus, magna cum
laude perfunctus. Sepulcrum habuit Vercellis, in Ecclesia
S. Francisci, cum Epitaphio ut sequitur.

„Cum fuerit clara Ecitionum stirpe creatus,
„Hac Ludovicus nunc requiescit humo;
„Cuius Lombardos late vulgata per oras
„Inviolata suo tempore fama fuit.
„Montisferrato norat secreta Senator,
„Principis eloquio, consilioque valens.
„Cultor Iustitiae, patriae totius amator,
„Publica privatis praetulit ipse bonis.
„Occidit patriae, nam cum ruperunt fila sorores
„Replevit mortem Patria tota suam.
„1489. 10. Augusti.

Ex hac familia, quae est una ex antiquioribus, et nobi-
lioribus

licolbus Vercellensibus, quorumque hisce regionibus perpetuo princeps fuit partium Gibellinorum, plures alii omni aevo prodiere, omnibus litteris et armis insignes. De nonnullis meminimus supra; alios etiam dabimus in prosequendo.

Guillelmus.

Joannes II.

Joannes II.

Anno 1452.

1. Hoc eodem anno 1452. quo Guillelmus Dicerius se Episcopatu abdicavit, eidem suffectus est die 13. Octobris a Nicolao V. Joannes de Gilieno Sabaudus, Apostolicae Camerae Clericus, cui iam demandata erat sub 2. Martii eiusdem anni, collectio omnium proventuum in dominiis Ducis Sabaudiae, ad Cameram Apostolicam spectantium. Fuit Nicolao, et Callisto III. eius successori apprime charus, ex quorum largitione propterea plura assecutus est. Anno sequenti 1453. per Pontificias litteras diei 23. Aprilis, iisdem proventibus donatus est. Et anno 1455. a Callisto III. omnium privilegiorum olim ab Imperatoribus, et Pontificibus Ecclesiae Vercellensi indultorum, confirmationem obtinuit, ut infra videbimus.

2. Per id tempus, omnia Vercellis, bellicis tumultibus aestuabant. Ludovicus Sabaudiae Dux, icto cum Venetis foedere, adversus Franciscum Sfortiam, iterum hoc anno in Mediolanensium ditionem armatus irrupit, ibique in agris Novariensi, et Papiensi plura Castella vi expugnavit,

Joannes II.us

alia in deditionem accepit. Anno 1454. Franciscus Sfortia pacem cum Venetis composuit; unde toto belli pondere contra Sabaudum converso, brevi per Brandolinum, et Robertum de S. Severino, Duces suos, Bassinanum, Valentiam, Bremidam, Blandratum, Burgum Sicii, aliaque oppida a Sabaudo occupata recuperavit, et Vercellas usque populabundus excurrit: Sed intercedentibus Venetis; pax demum inter ipsos conciliata est, et statutus fines pro utriusque ditionis limite. Hoc anno etiam a fluminibus periculum fuit. Sesias ultra modum aquis tumidus, et exundans, facto impetu moenia Civitatis magna ex parte concussit, prostravitque. Dux Ludovicus ut tantae occurreret jacturae, decem millia florenorum, Civitati dono dedit ut habemus ex ejus litteris patentibus, quae asservantur in Archivio Civitatis, datis die 6.a Decembris ejusdem anni 1454.

3.o Anno 1455. die 24. Martii Sanctae obiit Nicolaus V., vir Sanctissimus, magnificentissimus, eruditissimus, ac munificus Pastor, eique subrogatus est Alphonsus Borgia Valentinus Episcopus die 8.a Aprilis, utriusque iuris peritissimus, dictus Callistus III.; qui statim amorem suum erga Joannem Episcopum, et Ecclesiam Vercellensem, testatum voluit Bulla data 23. Septembris hoc eodem anno 1455.; quam ex Archivio Capitulari libenter hic damus

" Callistus III. Episcopus Servus Servorum Dei. Ad
" perpetuam rei memoriam. Etsi quibuslibet personis,
" et locis, ex iniunctae nobis servitutis officio, assistere
" defensionis praesidio teneamur, fratribus tamen et Coe-

Coepiscopis

Joannes ij.

|| et Coepiscopis nostris, qui in partem sollicitudinis evocati, nobiscum officii nostri onera sustinent, eo efficacius adesse, ac eorum iura, litteras, et Privilegia roborare nos convenit, quo ipsi facilius odia multorum incurrunt, et graviores potentiorum insidias, dum Pastorale officium exequendo, nequeuntes omnibus complacere, positi sunt tamquam signum ad sagittam. Sane pro parte Venerabilis fratris nostri Joannis Episcopi Vercellensis, nobis nuper exibita petitio continebat, quod felicis recordationis Urbanus Papa III. Praedecessor noster Ecclesiam Vercellensem per suas litteras, sub Beati Petri et sua protectione suscepit, aliaque statuit, concessit, et decrevit, ac etiam Clarae memoriae Carolus IV. et Otho II., necnon Otho III., et Henricus III., ac Henricus IV. Romanorum Imperatores semper Augusti, certa Privilegia praefatae Ecclesiae, et Episcopis Vercellensibus tunc existentibus, gratiose concesserunt, prout in litteris, et Privilegiis huiusmodi, quorum tenores, signis, subscriptionibus, et Caracteribus dumtaxat exceptis, de verbo ad verbum, illis tamen prius diligenter inspectis, et examinatis, praesentibus inseri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dicti Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteris, et privilegiis praedictis, ac omnibus, et singulis in eis contentis, et inde secutis quibuscumque, pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicae confirmationis adiicere, aliasque in praemissis opportune providere benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras Privilegia, contenta, et secuta praedicta, rata, et grata habentes, ea omnia et

Joannes II.us

"singula ex certa scientia, tenore praesentium, auctoritate
"Apostolica confirmamus, et approbamus, ac praesentis scrip-
"ti patrocinio communimus, supplentes omnes defe-
"ctus, siqui forsan intervenerint in eisdem, mandantes
"Venerabilibus Fratribus nostris Zagrabiensibus, et Syrmien-
"si Episcopis, et dilecto filio Abbati S. Stephani Varad-
"iensis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per
"se, vel per alium, seu alios, Episcopo, et Ecclesiae Waradiensi,
"huiusmodi efficacis defensionis praesidio assistentes, non per-
"mittant eos contra litterarum, et Privilegiorum huiusmodi
"tenores, quomodolibet molestari, molestatores quoslibet, et
"rebelles per censuras Ecclesiasticas, et alia iuris remedia,
"appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si
"opus fuerit, auxilio brachii secularis; non obstantibus
"etc. Tenores vero litterarum Urbani Papae, et singulo-
"rum Privilegiorum praedictorum tales sunt. Urbanus Episcopus etc.
(Sequuntur ad extensum Bulla Urbani III. Diploma Ca-
roli IV., Friderici I.i, Othonis III., Henrici III., Henrici IV.
et postea subditur) "Nulli ergo omnino hominum
"liceat hanc paginam nostrorum confirmationis, ap-
"probationis, communitionis, suppletionis, et mandati
"infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis
"autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem
"omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apo-
"stolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romae
"apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae
"MCCCCLV. IX. Kalend. Octobris, Pontificatus nostri
"anno 1.o"

4. Hac diu Joannes Episcopus superstes fuit. Decessit Romae
anno anno sequenti 1456. die 26. Maii, et sepulturam

sepulturam habuit in Ecclesia S. Augustini, ubi teste Ughellio, eius Epitaphium adhuc legitur, marmore incisum, ut sequitur.

Hic iacet Rev. Pater in Christo Dominus Joannes de Gilliaco Epūs quondam Vercellen. et Comes, ac Referendarius Apostolicae Sedis, qui die XXVI. Maii migravit a saeculo, anno Domini MCCCCLVI. Pontificatus Domini Callisti Papae III. anno II.

6. Sedente Joanne Episcopo, floruit Antonius Paternatus Vercellensis, iuris utriusque peritissimus, Vicarius Justitiae in Patria constitutus a Ludovico Duce Sabaudiae, deinde intimus Consiliarius eiusdem Ducis, et Senator, seu Collateralis in Consilio Pedemontano. Floruit etiam Mercurinus Ranzas, Magnus Sabaudiae Cancellarius sub Duce Ludovico.

Georgius

Anno 1456.

1. Georgius de Gilliaco Joannis Episcopi Frater Germanus, post eius mortem, ex Archidiacono Vercellensi, factus est Episcopus Vercellensis a Callisto III., die ultima Maii huiusmet anni 1456.

2. Extat in Archivio Civitatis Charta diei 16. Julianii 1456, in qua Ludovicus Dux Sabaudiae pandit foedus, ipsum inter, et Carolum VII. Franciae Regem, initum fuisse. Significat enim Vercellensibus,

Episcopus

et declarat, quod huiusmodi foedus in nihilo prorsus officiet immunitatibus, et privilegiis Civitatis, quae intacta se servaturum pollicetur.

3. Anno 1457. Carlotta filia unica, et haeres Ioannis II. postremi Cypri Regis ex Lusitania Gente, data est uxor Ludovico, alteri ex filiis Ludovici Ducis Sabaudiae. Haec defuncto Patre, solemni pompa, in maiori Nicosiae templo, Regiam Coronam accepit, dicta (?) Regina Cypri, Ierusalem, et Armeniae. Ludovicus Cyprum advectus, ipse quoque summa omnium laetitia, Rex Cypri Coronatus est. Sed a Iacobo filio notho defuncti Regis, Nicosiae Archiepiscopo, Turcarum primo, mox Venetorum armis oppugnatus, et viribus impar, Regnum deseruit, et Ripalliis, eremiticam vitam acturus secessit. Carlotta cum ad neminem quaereretur, Romam aufugit, ubi frustra implorata Principum Christianorum ope, tandem Carolum primum Sabaudiae Ducem, Beatissimi Amedei filium, et successorem Ducis, Cypri Regni haeredem dixit, instituitque. Obiit ibidem moerore confecta die 16. Februarii 1486. Hinc Sabaudiae Duces, deinceps pro omni iure Reges Cypri dixerunt.

4. Hoc eodem anno 1457. Ludovicus Dux Sabaudiae, Vercellensibus confirmavit immunitatem, ab omnibus subsidiis, et donis gratuitis ad annos XX, ut ex Charta Archivii Civitatis 27. Martii eiusdem anni. Per id tempus, diem ultimum obiit Georgius Episcopus.

Amedeus

Anno 1458.

1. Post obitum Georgii, Canonici in Episcopum elegerunt Eusebium de Margaria, nobilem Vercellensem ex dominis Solaschi, Ecclesiae Vercellensis Archidiaconum, Cubicularium Apostolicum, et Abbatem Commendatarium S. Petri de Novalisio, qui apud Sanctam Sedem pro Duce Sabaudiae fuerat Legatus, tanta dignitate non natalibus tantum, sed et propria virtute dignissimum. Verum huic electioni utrumque Canonicam, Ludovicus Sabaudiae Dux, admitente Anna eius uxore, Ioannis II. Cypri Regis filia, quae Amedeum de quo mox, Vercellensi Sedi decreverat, invicte se opposuit. Itaque Callistus III. reiecta Eusebii electione, Amedeum de Nores, nobilem Cyprium, Consiliarium intimum eiusdem Annae, Episcopum Vercellensem dixit, Bulla diei 20 Martii 1458. Sed non diu superstes Paulus obiit et Pontifex fuit. Decessit die 8. Augusti huiusmet anni, octuagenario maior, eique sublectus est die 20. eiusdem Augusti Aeneas Sylvius Piccolomineus, Episcopus Senensis, vir literatissimus, et rerum gerendarum peritissimus, dictus Pius II. Hic Bulla diei 14. Decembris huius anni 1458. Praepositurum S. Gratiani Vercellensis, olim additam congregationi Mortariensi Canonicorum Regularium S. Augustini, et postmodum

Amedeus

in commendam Dori solitam, et tunc vacantem univit Congregationi Canonicorum Lateranensium. Univit quoque eidem Congregationi Monasterium S. Andreae, quod pariter in Commendam concedi consueverat, quodque in commendam obtinuerat Petrus a Sabaudia Ludovici Ducis filius, Episcopus Gebennensis, et tunc sed talis unio tunc effectum non habuit. Effectum habuit sub Paulo II. ut infra videbimus.

2. Anno 1459. Ludovicus Dux Sabaudiae, Civitati Vercellarum iterum Confirmat immunitates, et Privilegia: eam liberam dimittit ab onere contribuendi hominis, et pecuniis, quorum contributionem indixerat universae Regioni Cismontanae: et demum declarat, quod omnes Vercellensium lites, nunquam per Commissarios, seu delegatos, sed per officiarios, et Iudices ordinarios Civitatis et Districtus, dirimi debeant, exceptis dumtaxat causis debitorum fisci Ducalis, et criminibus laesae maiestatis, seditionis, adulterationis litterarum Ducalium, et monetarum. Qua de re extant in Archivio Civitatis, duae Chartae, una diei 6. Ianuarii, altera 24. Aprilis, huius anni 1459. Extat alia Charta diei 21. Maii 1461., pluribus distincta capitibus, qua idem Dux Ludovicus, plura eidem Civitati indulget ad tramites Privilegiorum.

3. Anno 1461. Iacobus Ioannis Cypri Regis filius nothus, de quo supra, armis Aegyptiis, et Turcicis subnixus, pulso Rege Ludovico a Sabaudia, fere universum Cypri Regnum occupavit. Sed cum Regni Coronam a Pio II. petiisset, tamquam invasor, reiectus est.

4. Anno 1464. 14. Augusti diem extremum clausit ... Gebennensis et tunc obtinebat Franciscus alter Ludovici filius, ipse quoque Episcopus Gebennensis

Anno [illegible]

Pius II. Habuit Successorem die 31. ejusdem mensis Pa-
ulum II., Petrum Barbum antea dictum, Cardinalem
tit. S. Marci. Anno sequente 1465. 29. Januarii, de-
cessit Lugduni Ludovicus Sabaudiae Dux magni ani-
mi Princeps. Multos ex Anna Cypria filios reliquit
mares, et foeminas, et inter eos Amedeum, qui Patri suc-
cessit, Philippum, qui anno 1496. extincta ex Amedeo
descendentium linea, Ducatum obtinuit, Carlottam,
et Bonam, quarum prima Ludovico XI. Franciae Re-
gi, altera Galeatio Mariae Mediolani Duci nupsit.

C. Eodem anno 1465. Franciscus Sfortia Mediolani Dux, Ga-
leatium Mariam filium primogenitum cum exercitu in Gal-
lias misit, ut Ludovico XI. Galliarum Regi, qui asperrimo
bello tunc implicitus erat, subsidio esset. Galeatius Ame-
dei Sabaudiae Ducis permissu, Vercellas se contulit, et in-
de in Gallias perrexit. Interea Mediolani mortuus est
Franciscus Dux die 8 Martii 1466. Quo nuncio ac-
cepto Galeatius, cum, ementito habitu Mediolanum pe-
teret, in Castro Novaliti ad Alpium radices, facta po-
pularium seditione, parum abfuit, quin caperetur, et
bonis expoliaretur omnibus. Ecclesiam in quam clam au-
fugit, ipsi praesidio fuit, unde opera Antonii Roma-
gnani eductus, salvus, et incolumis tandem Mediolanum
pervenit. Hujus facinoris auctores fuere Joannes
de Arborio, et Augustinus de Lignana, Vercellenses.
Erat Augustinus Abbas Casanovae, S. Benigni Fructu-
ariensis, S. Mariae de Pulcharata, S. Andreae Vercellen-
sis, et Prior S. Victoris prope Genuam, et pluribus
fuerat legationibus cum laude perfunctus, pro Sabaudiae
Duce, praecipue apud Januenses, tempore, quo ea Civitas

Amedeus.

unitatis agitabatur dipidiis.

6. Anno 1468. Paulus II. Bulla data 13. octobris confirmavit unionem Monasterii S. Andreae Vercellensis Congregationi Canonicorum Regularium Lateranensium olim factam, ut vidimus, a Pio II, reservata quadam pensione Augustino de Lignana Abbate Commendatario, de quo supra, necnon usu domus, quam inhabitare consueverat bonae Memoriae Guillielmus Episcopus Vercellensis.

7. Anno 1467. die 1.a Junii idem Paulus II. Praepositoram S. Bartholomei Vercellensis extra muros, ordinis S. Augustini, olim iam annexam, et incorporatam Mensae Episcopali Vercellensi, tunc vacantem per obitum Dominis Martini de Advocatis iure Commendae concessit Cardinali Ursino. Obiter nota hanc praepositurem appellari ordinis S. Augustini, cum de caetero constet fuisse sub regulas instituta a Divo Eusebio Magno. Vide dicta in Guala n.o 19. Ex quo ingens incipio oritur, quod Capitulum Casalis S. Evasii, quod iuxta expressionem quae legitur in Bulla Innocentii III. de anno 1211. quam refert Ughellius in Ep.is Casalensis profitebatur ordinem Canonicum secundum regulam S. Augustini, revera profiteretur ordinem Canonicum secundum institutionem S. Eusebii Magni. Nec mirum id videri debet. Nam liquet ex alibi dictis ordinem Canonicum a S. Augustino ex Italia in Africam transportatum, et suis Clericis praescriptum, non alium fuisse ab ordine Canonicali instituto a Divo Eusebio Magno.

8. Eodem anno 1467. Philippus a Sabaudia, Amedei

Amedeus.

Ducis Germanus frater a Venetis, qui Ducatui Mediolanensi inhiabant, conductus, praetio Ducatorum aureorum octoginta millium, bellum intulit Guillielmo Montisferrati Marchioni, qui contra Venetos foedus inierat cum Galeatio Mario Sfortia Mediolani Duce. Sed interfuit Franciae Rex, eoque auctore pax composita est sub 14. Novembris. Instrumentum pacis refert Benvenutus Sangeorgius to. 23. rer. Ital.

9. Anno 1468. Vercellae magno in periculo fuerunt, ob nuptias auctore Ludovico XI. Franciae Rege, contractas inter Galeatium Marium Sfortiam Mediolani Ducem, et Bonam sororem Amedei Sabaudiae Ducis. Rem ex Corio, Simoneto, et Christophoro da Soldo, Scriptoribus Synchronis, narrat Muratorius in Annali ad hunc annum, his verbis: Nel di 6. di luglio, inquit, come vuole il Corio, oppure nel mese di Agosto, come scrive Cristoforo da Soldo, Galeazzo Maria Sforza Duca di Milano, celebrò le sue nozze con Bona Sorella del regnante allora Amedeo Duca di Savoia, ma contro la volontà d'esso Amedeo, e di Filippo di Savoia suo Fratello, trovandosi questa Principessa alla Corte di Luigi XI. Re di Francia, colla Sorella Carlotta moglie d'esso Re; e il bello fu, che il medesimo Re, non solo l'accordò egli al Duca di Milano, ma formò anche i Capitoli nuziali, concedendole in dote la Città di Vercelli, se il Duca l'acquistasse coll'armi, disponendo in questa maniera della roba altrui. Fondato poi su così vano titolo, Galeazzo nel Settembre allestì l'armi sue per andare addosso a Vercelli. Conosciuta la di lui intenzione il Duca di Savoia, o sia la Reggenza sua, fece tosto leva

Amedeus.

coi Veneziani, i quali nel mese di ottobre, inteso che le milizie di lui erano in moto contro Vercelli, gli spedirono un lor Cancelliere ad intimargli la guerra se non desisteva dall' offendere gli stati del Duca di Savoia lor collegato. Bastò questo, perchè Galeazzo mettesse giù i sassi, e rimandasse ai quartieri la sua gente. Dorinde Guichenonium histoire de la Maison de Savoye contigit, quod in his deceptum dicat Corium subdens: Non pas mesme de taire il Guichenone, che francamente asscrisse ingannato il Corio, allorchè accenna questa briga insorta fra i due Duchi. Il Corio era allora vivente, e questo fatto viene anche confermato da Cristoforo da Soldo, il quale diede fine nel presente anno alla sua storia. Vuole inoltre il Guichenone, che sbagliasse il Platina scrivendo, che il Duca di Milano non volle comprendere nella pace conchiusa da Papa Paolo, il Duca di Savoia, e Filippo suo fratello, ed avergli di poi castigato il suo Ministro, per aver ceduto su questo punto. Ma come mai ne vuol sapere più d' uno storico, vivente allora in Roma, il Guichenone sì lontano da questi tempi, e niuno argomento in contrario adducendo, se non il silenzio degli scrittori Savoiardi?

10. Per id tempus Vercellis fundatum et extructum est opera, et impensis Amedei Episcopi, et Civium Vercellensium, Monasterium Sanctimonialium sub titulo Annuntiationis Beatae Mariae semper Virginis, Mediolano Advocatis Apollonia de Castello, et Daria de Sonate, mulieribus spectatae probitatis, et prudentiae, quae ibi Regulare institutum inducerent, firmarentque. Huic instituto nomen primae dederunt tres Virgines nobiles

Amedeus.

nobiles Vercellenses, Constantia filia Jacobi de Advocatis Quinti, Margarita de Vassallis, et Maria de Agatis, quae Sanctitatis, et regularis observantiae laude floruerunt. Sixtus IV. anno 1478. Monasterium subiecit regimini Canonicorum regularium Sancti Andreae.

11. Interea Amedeus Dux Sabaudiae, iam Civitati confirmaverat omnia iura, Privilegia, praerogativas, et immunitates alias concessas, et confirmatas ab Amedeo VIII, et a Ludovico eius Patre, sicuti constat ex Charta Archivii Civitatis 26. Augusti 1466. Item ex alia Charta eiusdem Archivii diei 10. Decembris 1467. idem Amedeus Civitati integram iurisdictionem restituit in terras, et villas Districtus, quam ipsa Civitas obtinebat, antequam bellum esset cum Duce Mediolani, et Marchione Montisferrati. Cum controversia orta esset circa Iudices, et officiarios Iustitiae Vercellarum, idem Amedeus litteris datis die 16. Decembris 1467. declaravit iuxta statuta, et privilegia Civitatis 1.° quod nullus admitteretur ad iustitiam ministrandam, nisi praestita cautione, de ea bene ministranda, et de reddenda ratione administrationis habitae, elapso anno: 2.° quod nullus Iudex, seu officiarius Iustitiae, in huiusmodi officio perseveraret ultra annum: 3.° quod nullus ad idem officium redire posset, nisi elapso quinquennio ~~elapso~~. 4.° quod possitsas esset Civitati constituendi, qui ab huiusmodi Iudicibus, rationes exigerent: 5.° quod a sententiis nulla esset appellatio praeterquam ad Principem.

12. Caeterum Amedeus Episcopus, Ecclesiae suae regimine aliis demandato, ipse perpetuo apud Annam Sabaudiae Principem est diversatus. Henricus de Alimbertis, quem

Amedeus.

perperam Joannes Jeronimus Bonhomius inter Episcopos Vercellenses locat, Episcopus Aconensis, septem ferme annis Vercellensem Ecclesiam administravit, ab eoque plures in Archivio Episcopatus leguntur Investiturae concessae. Post hunc Gabriel de Abiate Episcopus Beriensis, et Nicolaus de Advocatis Colobiani Canonicus Vercellensis, qui ab Amedeo VIII. sive Felice V. in reformatione Ecclesiae Vercellensis, subdiaconus constitutus fuerat, successive hoc munere perfuncti sunt. Decessit Amedeus anno 1469. favore Annae Ducissae quam Episcopati administratione clarior. Equidem auctor non ignobilis, de Anna haec scribit: duxerat Ludovicus Sabaudiae Dux Annam ex Cypro Regiam sororem, audacem faeminam, quae subesse nesciret. Haec viri obesa ingenio, regimen ad se traxit; magistratus pro arbitrio instituit, et destituit: sacerdotia quibus voluit impertavit.

13. Amedeo sedente floruit Mattheus Vercellensis Canonicus Regularis, Abbas Monasterii Insulae Tremitanae in mari Adriatico. Monasterium, et Templum reparavit, moenibus, et propugnaculis validis contra Turcas, et Piratas munivit. Huius rei testem habes Benedictum Cocarellum Vercellensem Canonicum Regularem, in hist. Caenobii Tremitani lib. 5. cap. 4. ibi:

Eximias aedes admirans, haec lege lector
Carmina; scire potes, antea quid fuerim.
Vilis eram scopulus, contectus cespite multo;
Structuris nunc sum clarior egregiis.
Me Reverendus enim Matthaeus Pastor, et Abbas
Extulit in pulcras has, celebresque domus.
Nam lapidem posuit Petri sidere primus,

Ultimus optato, finemque clausit opus. — Amedeus

Hic Vercellarum praecelsis natus in oris,

Religione fuit clarus, et ingenio.

Urbanus — Urbanus.

Anno 1469.

1. Amedei Sabaudiae Ducis opera, qui totus erat ut Ecclesiis optimi praeficerentur pastores, Amedeo de Nores Episcopo sublectus est a Paulo II. per bullas datas die 14. Julii huius anni 1469. Urbanus Bonivardus, nobilis Sabaudus, Monasterii Beatae Mariae de Pinerolo ordinis S. Benedicti Abbas, ordinem ipsum expresse professus, ac Prioratus S. Victoris extra muros Gebennenses ordinis cluniacensis, Commendatarius. Ex Apostolica dispensatione, Monasterium retinuit, Prioratu dimisso, quem tamen iterum rehabuit eodem anno Die 13. Decembris ab eodem Pontifice, cedente Augustino Abbate Casaenovae, qui illum vacantem ob promotionem Urbani, impetraverat. Vir fuit valde pius, et doctus, Consiliarius intimus Amedei Ducis, et successive Jolandae, Philiberti, et Caroli Sabaudiae Ducum.

2. Anno 1471. Paulus II. diem extremum clausit 26. Julii: Eum excepit die 9. Augusti Franciscus ~~Augustinus~~ de Ruvere, Saonensis, vili quidem genere ortus, sed Theologiae, et Sacrorum Canonum scientia clarus.

3. Anno 1472. ineunte, magni splendoris Cometes apparuit,

Urbanus.

qui per quadraginta dies sensim decrescens, mense Martio ex hominum oculis se subtraxit. Eo praesignificatum fuisse mortem piissimi Ducis Amedei, qui per id tempus, levi primum infirmitate correptus, sed paulatim ingravescente, tandem exeunte Martio Vercellis, ad superos evolavit, opinant scriptores plerumque, et inter eos Corius Hist. Mediolani ad hunc annum: Di Gennaio, ait, apparve la cometa con grandissimo splendore, et insino a quaranta giorni, sempre andò facendosi minore. Il perchè poi così al fine di Marzo, Amedeo Duca di Savoia passò al più felice vita, e fu sepolto in Vercelli, e per grandissimi miracoli è stato tenuto per santo.

4. Itaque Amedeus IX. Sabaudiae Dux, et Vercellarum Dominus, die 30. Martii hujus anni 1472. Vercellis requievit in osculo Domini, cum esset aetatis annorum 37. Morti proximus, convocatis uxore, filiis, et Magistratibus, supremas suae voluntatis tabulas edidit, eisque: facite judicium, et justitiam, et diligite pauperes, et Dominus dabit pacem in finibus vestris. Praetiosam ejus mortem in conspectu Domini, declararunt concentus Angelici in aere supra Arcem auditi, momento quo obiit, et collucentes faces, quibus tota Arx ardere videbatur. Illud etiam exploratissimum est, quod cum Taurinenses de tanti Principis salute solliciti, publicas supplicationes Duce Episcopo haberent, eo quod Amedeus in aere fulgentissimo throno assidens, palam omnibus apparuit. Ex quo intellexerunt, Sancti Principis animam e corporis carcere solutam, ad caelum transisse. Vir vere Sanctus,

Urbanus.

sanctus, et multiplici virtute insigniter clarus, praecipue effusa liberalitate in pauperes, quos suos canes appellare consueverat, quibus caelum venatur.

5. Die 1.a Aprilis, ejus sacrum corpus, ut imperat, in Cathedrali S. Eusebii, sepultum est. Quemadmodum descriptum legimus in vetusto Ecclesiae Necrologio, fol. 85, his verbis.

" MCCCCLXXII. die 1.a Mensis Aprilis, hic
" ante altare Majus, inter Chorum, et Altare, sepultus
" fuit Illustrissimus, et devotissimus Dominus Dominus
" Amedeus Dux Sabaudiae, qui suum diem clausit, die
" penultima mensis Martii, hora decima, vel circa, ut fue-
" ruit. Ad ejus sepulturam interfuerunt tres Episcopi,
" viri dignissimi, videlicet Archiepiscopus Tarantexiae,
" Dominus Episcopus Vercellensis, et Dominus Episcopus
" Eporediensis, et magna, et copiosa multitudo Religio-
" sorum, et Praelatorum, quae in memoria hominum,
" nunquam visa fuit congregata in Civitate Vercel-
" larum, et etiam interfuerunt omnes Credentiarii hu-
" jus Civitatis Vercellarum, induti nigris, et longis
" vestibus, una cum uno doppierio accenso, in mani-
" bus ipsorum portantes, necnon omnes Notarii cum
" eorum doppieriis, Artexani, Magestrali, et omnes vi-
" ciniae cum eorum cerijs. Notandum est, quod erat
" unum notabile, et magnum videre, et res devotissima
" et pietosa, et hoc est ultra doppierios, quos Illus-
" trissima Domina, Domina Ducissa fecerat offerri a
" Pauperibus hujus Civitatis, quod ipsa Domina fecerat
" indui dictos pauperes panno albo bono, una cum
" uno capucio pro singulo paupere deferente ut supra,
" qui pauperes erant numero centum, et ultra. Item

Urbanus

"Item in hac Ecclesia, pro anima huius devotissimi, et se-
"renissimi Domini Nostri, celebratae fuerunt Missae om-
"ni die usque ad Novenam, numero centum, cum
"una ampla eleemosyna pro quolibet sacerdote celebrante.
"Item omni die Dominus Episcopus usque ad Noven-
"nam, celebravit eius Missam solemnem in cantu, et
"Pontificali. In die vero eius sepulturae, et novenae,
"omnes tres Episcopi suprascripti celebrarunt Missas
"in Pontificalibus, videlicet Dominus Episcopus Vercellen-
"sis, Missam de Spiritu Sancto, Dominus Episcopus Bau-
"sinensis Missam Beatae Virginis, Dominus Archie-
"piscopus Tarantasiae Missam pro defunctis. Haec
"omnia pro anima suprascripti Ducis nostri, cuius a-
"nima requiescat in pace Amen."

6. Urbem hanc Vercellarum, prae caeteris, peculiari amore dilexit. Eam nempe, et pluribus auxit privilegiis, et pluries sua praesentia illustravit, et in ea demum sedem fixam habuit usque ad mortem. Martinus in Chron. Typis Taurinens. Abat. edito, narrat Amedei mortem his verbis: in sua dilecta, et speciosa Vercellarum Civitate, in Christo obdormivit. Sanctum Eusebium Magnum, praeterea mira devotione coluit. Beatus Amedeus Sabaudiae Dux (inquit Jo. Joseph Ferrerius Episcopus Vercellensis, in Epistola nuncupatoria, praefixa libro, cui titulus: Sancti Eusebii Episcopi Vercellensis, et Martyris, eiusque in Episcopatu Successorum vita, et res gestae, impensis Vercellis typis Marii, et Martae anno 1609, et inscripta Serenissimo Carolo Emanueli Sabaudiae Duci) eidem Eusebio, tam singulari semper fuit religione addictus, ut nullam in tota vita occasionem omiserit, illius nomen peculiari honore,

honore, cultuque precipuo prosequendi. Quem etiam per manus traditum a maioribus accepit Vercellensis Ecclesia, voluisse illum cum sua Jolanda, religiosissima coniuge, sacras vestes, quarum etiam nunc extant fragmenta, in clarissimi honorem Episcopi, ac Martyris, divitis arte, suamet manu elaborare; sicque pietatem suam, atque operam cum tam laudabili opera, ac pietate coniungere. Denique Divi Eusebii quanto teneretur studio, quantumque in eo spei collocatum haberet, est apertissime testificatus, tum cum mandavit ut suam vita functi corpus, apud S. Eusebii corpus, sepulcro proximo conderetur. Qua quidem ille re, admonitus videtur esse Divinitus, atque adeo sperare iussus fore, ut S. Eusebii fultus praesidio, et tutus ipse evolaret ad superos, et una cum illo in terris apud Mortales, non sine immortali gloria versaretur.

Urbanus.

7. Statim post obitum coepit miraculis clarescere adeo, ut non Cives Vercellenses dumtaxat, sed et remotiores populi, ad eius sepulcrum certatim accurrerent, eiusopem apud Deum, precibus, oblationibus, et donariis implorantes. Anno 1473 Jolanda Ducissa Sancti Coniugis, cuius Sanctitatis testis erat ~~[illegible]~~ locupletissima, memoriam anniversariam luctu, magnificaque pompa celebravit. Rem graphice narrat Franciscus Razius, in vita Ill.ta Beati Amedei, quae asservatur in Archivio Regio, quamque ad extensum exaratam legimus in processu Canonizationis, his verbis: Comandò la Duchessa Jolanda, che per il primo giorno d'Agosto dell'anno 1473, nel quale in Vercelli si haveva a celebrare con grandissimo concorso la festa del glorioso Sant' Eusebio protettore

Urbanus. della Città, si celebrasse anche sotto nome d'esequie, et anniversarii, la memoria del felice passaggio del Beato all'altra vita, o per meglio dire della Santità sua, tanto da tutti magnificata, con tanti miracoli, e gratie autorizzata. E per tal effetto, si ritrovarono in Vercelli non solo gli Ambasciadori de' Regi, e gli Duchi stessi in persona con gran numero di Baroni, et altri gran personaggi; ma anche tutti li capi dei Comuni, eli feudatarii dello stato, e furono portate tombe ~~magnifiche~~ infrodote insieme con bandiere, stendardi, coste d'armi, scudi, rotelle, e leoni, cimieri indorati, e inargentati, e tutti quelli trofei, e ornesi di pace, e di guerra, coi quali si soglion seppellire i gran Principi, e celebrare i loro funerali, in memoria delle virtù, valore, e buon governo loro, de' quali ancor oggidì se ne veggon molti appesi a lunga schiera al volto della maggior nave della Chiesa, e alcuni colla solita cifra del Fert, ed gruppo A et J. cioè Amedeo, Jolanda.

§. Percrebescente vero magis, et magis fama Sanctitatis Beati Principis, quamplurimis miraculis, et prodigiis comprobata, Carolus III. Sabaudiae Dux, ejusque ex fratre nepos, sacra ossa ex loco humili, in quo iacebant, extrahi mandavit. Id accidit anno 1518, prout ex sequenti documento Archivii ~~[illegible]~~ Capitularis.

" In nomine Domini Nostri Jesu Christi.
" Amen. Huius publici Instrumenti serie, cunctis fiat
" manifestum, quod existens Illustrissimus, et excellentis-
" simus Dominus Carolus Sabaudiae Dux, et Vercellarum
" Dominus, in ipsa Civitate Vercellarum, Zelo devotio-
" nis ductus, praemonitusque a Venerabilibus Dominis Ca-
nonicis

Urbanus.

„a Venerabilibus Dominis Canonicis Ecclesiae Vercellensis, et
„aliis egregiis civibus, de multis, et memoratu dignis miraculis,
„quae Deus omnipotens, ad intercessionem (ut pie creditur)
„recolendae memoriae Illustrissimi Domini, Domini A-
„medei, dum viveret Sabaudiae Ducis, Patrui sui, cu-
„jus reliquiae in ipsa Ecclesia ante Maius Altare
„requiescebant, patraverat, obque non levis opinio San-
„ctitatis ipsius Illustrissimi Domini Domini Amedei
„in Civitate ipsa, et viciniis locis increbuerat, et
„ad remotissimas etiam partes fuerat pervagata, de-
„cravit ipsas Reliquias, quae sub terra depositae
„erant, in alium honestiorem locum reponendas
„esse, ut si in futurum in numerum Sanctorum,
„quod pie speratur, fuerit redactus, reliquiae ipsae in-
„tegrae, et mundae inveniantur. Habita igitur cum
„R. D. et Venerab. DD. Dominis Joanne Baptista de
„Advocatis Valdengi S. T. D. Canonico Vercellensi, Re-
„verendissimique in Christo Patris et Domini, Domini
„Augustini Ferrerii Dei et Sanctae Apostolicae Sedis gra-
„tia Episcopi et Comitis Vicario Generali, Bernardino
„de Advocatis Casanovae Archidiacono, Joanne de
„Gromis Archipresbytero, Andrea Ferrerio, aliisque Ca-
„nonicis dictae Ecclesiae Cathedralis Vercellensis, dili-
„genti consultatione, ad ipsum tumulum reverenter
„accessit, capsamque, in qua corpus exanime jacebat, aperiri fecit, ex qua singula ossa singillatim
„extracta fuerunt, nullum equidem deerat; et per
„Reverendissimum in Christo Patrem Claudium de
„Seyssello, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepisco-
„pum Taurinensem, ibidem praesentem, aliosque

Urbanus.

„dictae Ecclesiae Sacerdotes, de dicta capsa extracta lavari,
„et mundari, ac in aliam capsam ligneam, panno
„mundo involutam reponi fuit, quae quidem capsa
„nova de consensu, et ordinatione dictorum Domino:
„rum Vicarii, Archidiaconi, Archipresbyteri, Praepositi,
„et Canonicorum, reposita fuit in thesauro ipsius
„Ecclesiae, vetus vero capsa cum intestinis, et aliis, quae
„ex dicto Cadavere remanserunt, rursus posita fuit
„in priori loco, unde fuit extracta. De quibus
„omnibus, et singulis supradictis, et gestis, tam ipse
„Illustrissimus Princeps, quam dicti Domini Vica:
„rius, Archidiaconus, Archipresbyter, Praepositus, et Cano:
„nici, publicum fieri iusserunt Instrumentum per
„me Notarium infrascriptum. Acta fuerunt haec Ver:
„cellis in Cathedrali Ecclesia Sancti Eusebii, sub anno Do:
„mini currente 1518. Inditione 6.ta die undecima Men:
„sis Junii etc. Praesentibus ibidem etc. Et ego Joannes
„Thomas de Ferrariis filius Domini Joannis Augustini
„Civis Vercellensis, Publicus Imperiali Auctoritate No:
„tarius, et Curiae Episcopalis Vercellensis Secretarius, prae:
„missis omnibus etc."

9. Cum deinceps de indubia Sanctitate Beati Principis, om:
nibus persuasum esset, et innumera Miracula ad eius
tumulum Deus operaretur, nova translatio sacri corpo:
ris facta est anno 1609, illudque illatum fuit in Sacel:
lum eius nomini dedicatum. Id constat ex sequen:
ti documento eiusdem Archivii Capitularis.

" In nome del Signor Nostro Gesù Cristo, cor:
„rente l'anno della sua Natività 1609. L'Indizione
„7.ma dalli 26. del mese di Luglio circa un ora di notte

Urbanus

di notte, fatto in Vercelli nella Chiesa Cattedrale di S. Eusebio, e nell'infrascritta Cappella posta dalla porta verso mezza notte, la quale anticamente serviva per sacrestia dei R.R. Cappellani d'essa Chiesa, alla presenza delli molto magnifici Signori Eusebio Dionisio, e Gio. Agostino de Signori di Novasenda Cittadini, e Notari Collegiati della presente Città, testimonii all'infrascritta cosa dimandati, e conosciuti, e idonei. Sendo chè per la struttura del nuovo Choro della detta Cattedrale di Sant Eusebio, fosse già necessario demolir il vecchio, e conseguentemente il luogo tra gli altri dimandato volgarmente il Tesoro, nel quale si conservano con molta onorevolezza, e riverenza le sacre Reliquie, di quali anticamente è dotata essa Chiesa, et ivi vicino era riposto il corpo, ossiano le ossa del Beato Amedeo Duca di Savoia, che tutte insieme costituivano un vero, e prezioso tesoro, dal quale meritamente si denominava quel luogo, et essendo che per la detta demolizione, riposte nella Sagrestia le sacre reliquie onorate, e più trattabili, et insieme il corpo del Beato Amedeo, benchè sin' allora si pensasse d'erigere un particolare, e conveniente luogo per conservazione delle beate ossa suddette, le quali non solo a questa Città, e Diocesi, ma a molti altri popoli, e Provincie, sono sempre state in molta veneratione, per le grandi, e frequenti gratie, che molti in diversi luoghi, raccomandandosi al Beato Amedeo, hanno per sua intercessione, in ogni tempo ottenuto da S. D. M. nondimeno mentre il tutto per la nuova fabbrica, era sottosopra, restò anche

Urbanus

" il corpo del Beato in Sacrestia, sin a tanto che per mag=
" gior sicurezza, e riverenza, già più anni sono, fu ri=
" posto per modo di provisione nell'istesso luogo, nel
" quale fu depositato molti anni prima il corpo del
" glorioso Martire S. Eusebio, con presupposto poi di far=
" ne solenne translazione, che sin qui per gravissimi
" impedimenti non fu effettuata; perciò Monsignor
" Illustrissimo e reverendissimo Giovanni Stefano Ferrero,
" per Iddio grazia, e della Santa Sede Apostolica Vesco=
" vo di Vercelli e Conte mentre si differisce la traslazio=
" ne di S. Eusebio, come sopra, non parendogli, che
" convenga alla particolar sua devozione, verso il
" Beato Amedeo, che le sue ossa più lungamente re=
" stino in quel luogo come occulte, ha risoluto per suo
" proprio contento, e per soddisfazione di molte pie
" persone, che desiderano di vederle collocate in luo=
" go più conspicuo, et appartato, affinchè possano più
" apertamente riverirle, e liberamente ricorrere alla sua
" efficace intercessione, e protezione stata del continuo
" con molto frutto invocata, come appare nella Nota
" tenuta. Di qui è stato, et è, che detto Illustrissimo
" Monsignor Vescovo, havendo fatto convocare il Re=
" verendo Capitolo delli molto Reverendi Signori Ca=
" nonici, e Beneficiati di detta Cattedrale, circa un'
" ora di notte privatamente con le porte di detta Chie=
" sa chiuse, è andato processionalmente nel luogo
" sopra mentovato, di dove si levò il soprascritto Sa=
" cro Corpo, e rinchiuso in una cassa di Noce, ser=
" rata a chiave, quale si è portata dalli quattro
" più degni Canonici, cioè dall' Illustri, e molto M.

Urbanus.

" molto Ill. signori Ludovico Capello Archidiacono, Giovan-
" ni Battista Gattinara Arciprete, Gilberto dei Signori
" di Buronzo Prevosto, e dal signor Giovanni Domenico
" Avogadro Canonico Sacerdotale, cantandogli il salmo
" Benedictum Dominum in omni tempore etc., e s'è riposta
" nella Cappella nuovamente riposta, a questo destinata,
" posta in detta Chiesa, dalla parte verso mezza
" notte, la quale anticamente serviva per sagrestia
" delli Cappellani, ornata di un baldacchino d'ormi-
" sino bianco, e cremesino, in un'altra cassa di noce,
" al presente fabbricata, parimente chiusa a chiavola-
" riandolo però nella prima cassa più piccola della su detta, sen-
" za apirla, con un coperto d'ormesino cremesino,
" con la croce bianca nel mezzo, ed a quella funzio-
" ne sono stati presenti etc. Delle quali tutte cose, detto
" Monsignor Illustrissimo Vescovo, ha comandato a me No-
" taro, e Segretaro della sua Corte Episcopale infra-
" scritto, di dover riceverne un pubblico Instrumento,
" quale ho ricevuto io Pietro Scaramuzza di Caresolo
" Cittadino di Vercelli."

10. Illustrissimus Episcopus Dorotheus Goria, eidem Capellae legavit Ducatos 20. annuos pro lampade, quae perpetuo ardere deberet ante corpus Beati Amedei, ut ex Instrumento 24. Januarii 1642. Christiana a Francia Ducissa, et Tutrix Caroli Emanuelis II. Ducis Sabaudiae, eius filii, Cappellaniam missae quotidianae, ad Beati Amedei Altare celebrandae instituit. Maria Joanna Baptista a Sabaudia Ducissa, et Tutrix Victorii Amedei II. Ducis Sabaudiae, Magnificentissimam in Cathedrali S. Eusebii Capellam a fundamentis erexit,

Urbanus.

marmoribus, statuis, et Picturis eleganter ornatam; in quam solemni pompa illatum fuit Corpus Beati, Arca argentea inclusum, olim ad hoc donata a Carolo Emanuele I.º S.D. meo in obsidione Vercellarum, de anno 1704. Cappella haec pluviis inundationis obnoxia, ipsum corpus inde extractum est, et repositum in sacrario Sacelli S. Eusebii, prope corpus ipsius S. Eusebii, ubi iacuit usque ad annum 1718. quo Capella priori nitori restituta, Victorii Amedei II. iussu in eadem eternam splendidissimo apparatu restitutum est. Anno 1759, novis operibus, Cappellam, et altare, Magnificentius Carolus Emanuel III. ornari praecepit; quod in causa fuit, ut rursum sacrae Reliquiae ad pristinum locum in Capella S. Eusebii, referrentur. Ibi adhuc iacent, sed in proximo est solemnissima nova translatio ad Cappellam suam, quam elapso nuper anno 1759. idem Carolus Emanuel III. Rex invictissimus aeque ac piissimus, magnificentia vere Regia, novis additis operibus ex aere, auro, marmoribusque peregrinis, ornatissimam splendidissimamque fecit. Ab Innocentio XI. Caelestes honores Amedeo Decreti fuerunt cum officio, et missa celebrandis, in universis dominiis Sabaudiae Duci subiectis.

11. Quamvis autem Amedeus in Dei famulata totus esset, non neglexit tamen quae Principis erant. Lambertum Grimaldi Principem Portus Herculis (Monaco) eius opem implorantem, armis adiuvit, et rebellantes ab eo populos compressit. Contra Marchionem Montisferrati, qui Vercellensem agrum invaserat, feliciter pugnavit. Valentiam armis cepit. Castrum Novarii, seu Novarini ab ipso Comitibus de Glino dominis, Magnum

Urbanus.

Hesperani traditum, Montecapello, qui olim Ecclesiae Vercellensis erat, ut supra vidimus, ab iisdem recepto permutavit, aliaque egit, quae singillatim recensere, nostri non est instituti.

12. Amedeo successit Philibertus eius filius natu maximus, vix decennis, sub Iolandae Matris, prudentissimae foeminae tutela. Hinc graves ortae contentiones inter patruos Philiberti Ludovicum Episcopum Gebennensem, ac Comitem Romontii, et Iolandam, quae Vercellis, eiusque agro ingentem attulerunt calamitatem. Priores tutelam nepotis, et ditionis administrationem sibi deposcebant. Cum res ex voto non succederet, ad arma ventum est. Anno 1476. cum Iolanda, ut Sabaudiae motus inde exortos sedaret, eo profecta esset cum Philiberto filio, ab iis circumventa, custodiae tradita est. Philibertus aegre, sed tamen evasit, et incolumis Lugdunum se recepit. Iolanda paulo post e custodia elapsa in Franciam ad Ludovicum XI. Regem fratrem suum confugit. Interea Sabaudi Principes, Sabaudia occupata, in Italiam arma verterunt, et frustra tentato Taurino, Vercellas expugnarunt. Per id tempus Philibertus Dux filiam Galeatii Mariae Sfortiae Mediolani Ducis, in uxorem duxerat. Itaque Galeatius infestis omnis, in generi auxilium accurrens, primo impetu Vercellas occupavit, deinde rapto agmine, receptis oppidis, et castris, quae vel defecerant, vel per Principes tenebantur, usque ad Alpes, pulsis trans Alpes Principum copiis, victricia arma circumtulit. Verum non erat (?) Galeatius. Sed non diu superstes fuit. Occisus est eodem anno 1476. die 26. Decembris a coniuratis in aede Sancti Stephani; qui tamen omnes interempti,

Urbanus. debitas praesidii poenas exsolverunt. Inter eos fuit Hieronimus Olgiatus. Ex qua gente nonnulli, ut se rigoribus subtraherent, Vercellas se receperunt, ubi antiquam fuerunt nobilissimae Olgiatorum familiae, quae adhuc usque tempora, ibi pluribus nobilitatis, et virtutis argumentis, maxime floret.

13. Statim ab obitu Amedei, Jolanda erga Vercellenses benevolentia, et favore cum marito certans, omnia eorum privilegia, praerogativas, et indulta ample confirmavit, et nonnulla etiam addidit. Hac de re plures habemus in Archivio Civitatis, patentes litteras, ut aiunt, omnes datas 10. Maii 1472. Anno 1473. Comitia generalia totius ditionis Pedemontanae, Vercellis convocavit, in quibus plura, quae videri possunt in Charta eiusdem Archivii Civitatis diei 2. Aprilis 1473. salubriter decreta sunt, ad pacem, et tranquillitatem publicam, ac ad obedientiam Principibus debitam, maxime conducentia.

14. Hoc anno 1473. Jacobus, de quo supra, quondam Nicosiae Archiepiscopus, et Cypri Regni invasor, diem ultimum clausit, relinquens uxorem Catharinam Venetam, ac se gravidam, sub Venetorum tutela, et patrocinio; quae paulo post filium enixa est, cui vix nato, et statim defuncto, in cura Regni ipsa successit, eique deinceps Senatus Venetus. Et ita Cypri regnum in Venetos pervenit, cum adhuc viveret Carlotta legitima Regni haeres, et Regina.

15. Per id tempus Sixtus IV. Bullis datis 11. Februarii 1472. Praepositura S. Bartholomei extra muros Vercellarum, in commendatam Latino Cardinali Ursino Vacantem per

Urbanus. 6

opionem eiusdem Cardinalis, itemque Mensae Episcopalis Vercellensis perpetuo univit, reservata eidem Cardinali pensione annua ducatorum 800. auri de Camera.

15. Anno 1474. Sixtus IV. Bullis datis, una die 18. Maii, altera, 1.a Augusti inquisito Episcopo Vercellensi, Casale nobile oppidum Dioecesis Vercellensis, in Civitatem, et Ecclesiam Cathedralem erexit, et eidem pro Dioecesi unum et ultra quam oppidis, qua pagis, attributis, quae Vercellensis Dioecesis erant; quorum haec sunt nomina..

Casale, Morcellum, Curiolium, Pons sturae, Cammunum, Castrum s. Petri, Monasterium, Rocha, Gabianum, Moncestinus, Villa Miroli, Covagnolium, Brusascum, Marinengum, Villadeatis, Comlianum, Montilium, Moncalvus, Grazanum, Ottilium, Olivola, Fraxinetum, Rosignanum, Castellonarium, Cella, Sala, Conzanum, Camagna, Terricula, Lù, Vignole, Altavilla, Casurtium, Ocimianum, Castrumgranae, Mirabellum, Baldescum, S. Georgius, Trivilla, Ceresetum, Ozanum, Serralunga, Munghellum, Ponzanum, Salabò, Monsbellus, Cerina, Odalengum stasine, Odalengum prati, Montalerium, Castelletum Castollettum Cherlonum, Planum Corate, Pomarium, Giarolus, Lazaronum Lignanum, Scandalutia, Pinum, Albugnanum, Moridonum, Labrianum, Plaium, Monsacutus, Cocengum, Vezzolanum, Alfianum, Cantavenna, Coronum, Colombaria, Fontanetum, Guazzolum, Moransengum, Moncrengum, Mirabellum, Monsmagnus, Pozzonum, Rinum, et nonnulla alia trans Padum; Cispadum vero Tridinum, Palazzolium, Fontanettum,

Urbanus.

Blanzate, Livornum, Saluggia, Corpanetum, Tricerium, Moranum, Balzola, Saletta, Tullionum, Villanova, Grangia Joppi, Monasterium S. Mariae de Lucedio, una cum Grangiis, et Parochiis, et alia quaedam. Haec omnia ex Dioecesi Vercellensi. Ex Astensi vero Fellizzanum, Monsmagnus, et Callianum. Primus Casalensis Episcopus fuit Bernardinus Tebaldesius, nobilis Romanus.

17. Tam immanem suae Dioecesis laceratione, distractionemque, factam praecipue nullo servato iuris ordine, haud aequo tulit animo Urbanus Episcopus. Ea Vercellensium animos quoque atrociter perculit, indignantium maxime speciosa oppida, pagosque, quae potiorem faciebant portem agri Vercellensis, ad alienam iura commigrasse. Sed tum omnia pene potentia agebantur. Theodorus Paleologus Guillielmi Marchionis frater, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, summa apud Sixtum IV, gratia, et auctoritate pollebat. Ea loca praeterea Marchionis dominationi subiecta erant. Principes nostri intestinis distracti bellis, ad Ecclesiae Vercellensis iura tuenda animum adiicere aut non poterant, aut non curabant.

18. Ut iniuriam emolliret Sixtus Pontifex, Praepositurum S. Gratiani Vercellensis, iam unitam Congregationi Canonicorum Lateranensium, hac unione soluta, et extincta, perpetuo addixit Mensae Episcopali, Bulla data Romae Kal. Iulii anno 1477.

19. Anno 1476. Homines Crepacorii, et Flecchiae excusso dominatu Comitum de Plisco, se dediderunt Galeatio Mariae Sfortiae Duci Mediolani. Charta deditionis, est haec, quam habemus ex Archivio Communis Crepacorii.

"Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani et Papiae, Anglerieque Comes, ac Genuae, et Cremonae Dominus. Devenerunt nuper ad obedientiam, et devotionem nostram, Communia, et homines Crevacorii, et Flegrae Episcopatus Vercellarum, qui nobis ea requisiverunt, et suppliciter petierunt, quae per infrascriptam eorum supplicationem, inspici possunt, cujus tenor talis est. Urbanus.

Illustrissimo et Eccell.mo Sig.re Li vostri fedelissimi servitori Communue, et huomini della valle di Crevacore, e de Flegra, devotamente ringraziano lo altissimo Omnipotente, prima, poi V. E., la quale sia degnata di havere detti Communue, et homini per suoi servitori; e pregano la prefata Eccellenza Vostra humilmente si degni di mantenerli, et conservarli per l'avvenire per suoi sudditi, e servitori, in modo non abbiano in questo mondo a riconoscere che l'Eccellenza Vostra, ne di essere gravati de carego alcuno, per Cittado alcuna, ne altra persona, ne andare a rasone in altro loco, in Civile, ne in Criminale, che innanzi a Castellano di Crevacorio, il quale sempre ha dimostrato rasone in ditta valle, ed acciochè sotto l'ombra di essa V. E. detta valle se habbia da mantenere, et augumentare nell'esser suo, et essere habitata come fermamente credono essere volontà della prefata E. V., si per sua bona dispositione, come ancora per honore, et utile, perchè benchè il luoco sia forte, è tanto sterile, che non produce vettovaglia per duoi, ovvero tre mesi dell'anno, et cum sit, chelli

Urbanus

„huomini di Crevacore pagavano ogni anno al Signor Du-
„minente del Ghisio, fiorini CL, et illi de Gleza fiorini
„L, in summa fiorini CC. singulo anno per cento, e
„la sterilità d'essi luoghi è tale, che loro vengono assai
„gravati da questo pagamento, essi communi et huo-
„mini, con fede, e speranza ricorrono alla clementis-
„sima S. V., la quale pregano humilmente si degni
„di commettere, e declarare per sue lettere, che detti com-
„mune, et uomini non siano obbligati a pagare
„se non fiorini cento l'anno, a soldi XXXII. Imper.
„per fiorino, così per salario del Castellano, et Po-
„destà di Crevacore, come per fogagio, recognitio-
„ne, censo, et caduno altro carico ordinario, estra-
„ordinario, misto, et altro carico si potesse imponere
„per l'avvenire, in modo alcuno, pagando detti fio-
„rini cento in duoi termini, cioè la metà a Calen-
„de Aprile, l'altra metà a Calende di settembre se-
„guente di caduno anno, et non se augmenta det-
„to pagamento per permutatione alcuna, la qua-
„le se faria de mutatione di oro, ò di moneta, po-
„tendo usare delle grazie, et immunitade, et ca-
„dune altre esentioni concesse per la Eccellenza
„Vostra alli uomini della valle di Sesia, con la
„quale confinano, benchè la loro valle di Crevaco-
„re, sia più sterile, et queste cose richiedono
„di grazia speciale per loro necessità, et acciò sap-
„piano che pagare, et fare alla prefata Eccellenza
„Vostra, alli piedi della quale, humilmente si racco-
„mandano.

„ Nos autem gratiam habentes fidem ~~[illegible]~~,

Urbanus.

et devotionem, quam erga nos Statumque Nostrum, prompto animo demonstrarunt praedicti Communia et homines Crepacorii, et Flagiae acceptamus, et admittimus eos in nostros fideles, ~~et~~ ac bonos subditos, et volumus, eos manutenere ac defendere, et sub nostro regimine, ac gubernatione ipsos retinere, et nemini alii eos concedere, nec submittere; Qui ut magis animentur et confirmentur in fide, et devotione sua, et caeteri quoque exemplo suo ducti, idem facere inflammentur, Duximus annuendum fore petitionibus ipsorum Communium, et hominum, quorum corda, et affectus solati tantummodo cupimus, nec eorum redditus, et introitus parvi aestimamus, et a nobis bene, iuste, ac recte gubernari, et regi peroptamus. Itaque tenore praesentium, ex certa scientia, ac de nostrae potestatis plenitudine, concedimus, decernimus, et statuimus, quod in iure reddendo tam civili, quam in Criminali, ipsi Communia, et homines adeant ~~solummodo~~ tantummodo Castellanum Crepacorii, qui more solito eis ius indifferenter ministret, et nulli alii officiali, in ipso iure reddendo praeterquam ipsi Castellano subditi sint, et obediant. Insuper ut agnoscant, et sentiant liberalitatem, et munificentiam nostram, per praesentes, Censum Florenorum ducentum, quam praestare consueverant singulis annis Dominatio de Flisco, reducimus, et limitamus ad summam tantum florenorum Centum, quos solvere teneantur singulo anno, de quatuor mensibus in quatuor menses officiali nostro, in ipsis locis Crepacorii, et Flagiae deputando. Quibus florenis Centum, mediolatibus non intendantur ipsi Communia,

Urbanus.

"Communia, et homines gravari debere aliis oneribus, realibus, personalibus, aut mixtis, nec ad alias solutiones, seu onera teneri debere, prout, in ipsa supplicatione continetur. Caeterum ut intelligant nos aeque charos habere ipsos Communia, et homines Crepacorii, et Glegnae, veluti alios subditos nostros, concedimus praedictis Communibus, et hominibus, quod uti possint, ac debeant illis gratiis, praeheminentiis, et commoditatibus, exemptionibus, et immunitatibus, quibus uti, et gaudere posse dignoscuntur Communia, et homines nostri Vallis Sicudae, conviciri ipsis Communibus et hominibus Crepacorii, et Glegnae; mandantes Senatoribus nostris utriusque Senatus tam Secreti, quam Justitiae, Magistris Intratarum nostrarum, nec non aliis Capitaneis, Potestatibus, officialibus, Jusdicentibus, et subditis nostris, quatenus has nostras concessionis, liberalitatis, ac munificentiae litteras firmiter observent, ac faciant inviolabiliter observari, nec contra ipsas, et ipsarum tenorem, aliquid intentent, seu intentare praesumant, pro quanto gratiam nostram caripendunt, praesentibus valituris usque ad beneplacitum nostrum. In quorum testimonium, praesentes fieri, et registrari jussimus, nostrique sigilli munimine roborari. Datum Papiae..........
.. 1476. Galeaz Sfortia"

Verum ob Galeatio illatam necem, ut vidimus, haec deditio ~~effectum~~ effectum non habuit. Galeatio successit Joannes Galeatius ettaria eius Primogenitus, cum esset annorum octo duntaxat, sub tutela Blanchae a Sabaudia feminae prudentissimae; quae tamen statim ab initio

agitata tum consanguineorum Sfortiarum rebellionibus, Urbanus.
Genuensium seditionibus, ad tam parvi momenti negotium,
animum applicare neglexit. Unde brevi Cherascum
Vallis, iterum sub dominio Ipsorum restituta est.

20. Anno 1478. die 29. Augusti Jolanda a Francia, Beati Amedei uxor, supremum diem suum obiit in Castro Montiscapelli; Ejus corpus, sicut ipsa edixerat, Vercellas delatum, in Cathedrali S. Eusebii, prope mariti corpus tumulatum est. In Necrologio citato fol. 87. ejus obitus et funus notatur, ut sequitur:

"Nota quod de anno 1478. die 29. Augusti, suum
" diem clausit extremum in loco Montiscapelli, Illus-
" trissima Domina Domina Ducissa nostra, Domina
" Jolanda soror Christianissimi Regis Franciae, quae fuit
" sepulta in hac devota Ecclesia S. Eusebii, apud Corpus
" Beati Amedei viri sui, a parte dextra eundo de Choro
" ad altare majus, hoc est die 4. Septembris, et factae fue-
" runt Novenae pro anima suprascriptae Illustrissimae Dominae;
" et Reverendissimus Dominus Episcopus Vercellensis cele-
" bravit Missam Magnam, et Reverendissimus Dominus
" Episcopus Taurinensis cantabat Evangelium, et Re-
" verendissimus Dominus Episcopus Bellicensis can-
" tabat Epistolam, alii vero Praelati astabant supra-
" scriptis; et celebratae fuerunt pro anima suprascri-
" ptae Illustrissimae Dominae, infinitae Missae, necnon
" multae elemosynae datae fuerunt; et in his novem die-
" bus quotidie cantatae fuerunt tres missae in cantu.
" Fuit res multum devotissima et pia, et ideo primum
" est orare pro suprascripta."

Lebennensis

21. Post obitum Jolandae, Episcopus Gebennensis omni meta

Urbanus

omni metu solutus, Ditionis administrationi inhians, iterum in Vercellensem Agrum armata manu illapsus, atque occupato S. Germano, ipsi Urbi minitabundus imminebat; quin teste Corio ipsam quoque vi cepit. Sed in tempore Duci periclitanti affuit Ludovicus Sfortia, Mediolanensis Ducatus administrator, qui immisso exercitu quatuor millium equitum, et duorum millium peditum, fugatis Episcopi copiis, Episcopum ipsum captivum fecit, et Taurinum transmisit, atque ita pacem ditionemque suam Philiberto Duci restituit. Haec gesta sunt anno 1482. Episcopus erat Dominus Mediolani; ideo a Corio, a quo narrationem accepimus, ex errore Episcopus Mediolani appellatur. Paulo post decessit Philibertus. Cum enim a Carolo VIII. Franciae Rege invitatus, ac Lugduni magno honore exceptus esset, dum intemperanter venationibus, aliisque vehementioribus exercitationibus indulget, lethali morbo correptus, decessit improlis die 22. Aprilis, huius anni 1482. Cum esset annorum 17.

22. Anno 1480. Urbanus Episcopus Moniales S. Clarae in Urbem introduxit, eisque auctoritate Apostolica concessit pro Monasterio, et habitatione, Ecclesiam, et Domum Praepositurae S. Gratiani ex loco, et ibidem exercendae curam animarum per Parochum, Episcopi arbitrio deputandum, et amovendum, et Moniales, tres missas singulis diebus celebrari curarent. Qua de re extat Bulla Sixti IV. diei 6. Maii huius anni 1480. Parochia S. Gratiani quae extra muros Urbis, longe, lateque porrigitur, unita deinde fuit Basilicae S. Agnetis, ut suo loco videbimus.

23\. Philiberto Sabaudiae Duci, et Vercellarum Domino, successit Carolus 1.us eius frater annum aetatis 14. agens. Bellicosus nuncupatus fuit, ob indolem vere bellicam, qua supra aetatem, hostibus formidabilis, fortiter sua tutatus est, et rebelles compescuit, ut mox dicetur. Sedem Vercellis fere habuit. Anno 1485. 9 Februarii, privilegia, et immunitates Civitati confirmavit. Eodem anno die S.ti Martii Blancam filiam quondam Guillielmi Marchionis Montisferrati matrimonio sibi iunxit. Nuptiae Vercellis magna pompa celebratae sunt. Bonifacius Montisferrati Marchio, Nepti ducatorum millia octoginta dotem constituit, et pro iis oppignoravit Tridinum, aliaque oppida, et Pagos cis Padum. Anno 1487. Salutiarum Marchionem, obedientiam detrectantem, et res Subalpinas turbantem, Vercellis moveus commisso praelio profligavit, atque bonis expoliavit omnibus. Marchio profugus in Franciam se contulit, ubi interventu Regis, pacem, et veniam a Carolo impetravit. Sed anno sequenti 1488., nonnullis oppidis occupatis, iterum rebellavit. Carolus itaque ira frendens, media hieme rebelles aggressus, ingenti pugna prostravit, oppida incendit igni, et Marchionem servato iuris ordine, feudo privavit. Vercellenses, ob belli expensas contulerunt florenos 1047.l.; et Carolus vicissim ut ex Charta archivii Civitatis 16. Decembris eiusdem anni 1488., eos pluribus muneravit privilegiis perpetuo valituris. Et primo quod milites non tenerentur ultra dies 24., in singulos annos. 2.° quod delectus militum non fieret in tota Civitate, et districtu, sed tantummodo in duobus ex tribus partibus eiusdem, et quod tributa

Urbanus.

10.m.1470;

Urbanus.

pro bello hac ratione pariter indicerentur. 3.° quod causae
Civiles, et Criminales Civium et districtualium, iudicari
deberent a Iudicibus ordinariis Civitatis. 4.° quod nul-
lus cogi posset ad comparendum iudicialiter, in Castro
seu Arce Civitatis, sed in Palatio Publico. 5.° quod
nullus pariter Comitibus Arcis, mancipari posset. Huic
Ducali Diplomati subscriptum legimus Iacobum de No-
varcenda (?), virum eximiae virtutis, et dexteritatis, paulo
ante a Carolo, sibi in Cancellarium adscitum. Decess-
sit Carolus Pineroli die 13. Martii 1490. post se relicto
Carolo Ioanne Amedeo, novem mensium infantulo,
sub Blanchae Matris tutela. Quod Carolus Pineroli decess-
serit, sepultusque fuerit in Ecclesia Franciscanorum, in
sepulcro Principum Achaiorum, scribit Abbas Fran-
ciscus Maria Ferrerius de Labriano, in Arbore genti-
litia Augustae Domus Sabaudiae fol. 144. et cum eo
ita sentiunt alii Scriptores frequenter. Nos tamen
gravissimo fulti testimonio, eum Vercellis mortuum,
et sepultum asserimus, in Processu siquidem Vercellis con-
fecto super Canonizatione Beati Amedei Ducis Sa-
baudiae, habetur testificatio Domini Canonici Io-
annis Baptistae Modenae lata coram Domino Phi-
liberto Boruntio (?) Praeposito, et Vic.° g.li Vercellen. die
23. Iulii 1607. in qua inter caeteris legitur. "Che il
"corpo del Beato Amedeo, fu levato dall' antico sito di
"sua sepoltura, perchè facendosi da Dio Nostro Signo-
"re, a sua intercessione, molte gratie, e miracoli dopo
"morte, le ossa furono con maggiore diligenza, e riveren-
"za conservate, e non restarono confuse con le ossa
"di Madama Violante Duchessa sua Consorte, e di Carlo

"e di Carlo suo figliuolo, che si dicevano sepolti appresso il marito, "e Padre." Et infra: " Di più esso attestante dice, che ad "un'ora di notte d'un giorno dell'anno 1575. fu richie- "sto dal Serenissimo Signor Duca Emanuel Filiberto fe- "lice memoria, a volergli mostrare il luogo, dove fossero se- "polti li Serenissimi Duchi di Savoia, e che cosa fosse "della Tomba, che era sopra detta sepoltura, et che esso "attestante gli fece vedere il tutto, e furono lette le paro- "le, che erano scritte sopra detta Tomba, tra le quali "vi erano scritti li ~~versi~~ seguenti versi, cioè:

"Qui vivens fuerat pietate insignis, et armis,
"Magnanimum claudunt parva sepulcra Ducem.
"Carolus huic nomen, Pater Amedeus, Iolanda
"Mater erat, Francis Regis amata Soror.

"De quali esso attestante ne ha conservato copia"
Nec dubium esse potest, quin hic sit Carolus noster.

24. Carolo regnante conditum est ad praecavendas obaera- torum fraudes, statutum, ab ipso confirmatum sub 30. Maii ~~1483~~. 1485, quo decernitur cessionem bonorum a De- bitoribus faciendam esse hisce legibus: 1.° quod Debitor compareat coram Iudice in Palatio Civitatis, horis pro audientiis publicis destinatis; ibique stans capite detecto, ter clara, et intelligibili voce clamare debeat: ego cedo omnibus bonis, mobilibus, et immobilibus, iuribus, et ac- tionibus; 2.° Quod deinde exui debeat omnibus vesti- mentis, ipsi dimissis vilioribus duntaxat ad tegendam nuditatem. 3.° quod demum asino insidens duci de- beat per Civitatem, usque ad portam stratae, et ab hac ad portam Servi, clamante praecone; ut om- nibus scilicet cessio bonorum nota fiat.

Urbanus.

25. Anno 1486. Urbano Episcopo auctore, Vercellis exordium habuerunt piae Laicorum sodalitates, quae aegrotorum, et infirmorum curam haberent. Prima omnium fuit sodalitas sub invocatione S. Catharinae, cui Urbanus oratorium, et Aedes S. Ioannis Baptistae, egregiis, ornatus attribuit, quaeque statim hospitium publicum pro infirmis, novum oratorium S. Catharinae ibi prope construxit. Celebris Pictor Gaudentius Ferrarius, in novo oratorio Vitam Sanctae Virginis, mira expressit arte. Oratorium quoque S. Ioannis Baptistae, egregiis, more suo, exornavit picturis, quas paucos ante annos, disiectas dolemus, cum Ecclesia magnifica aedificatione, sicut nunc cernitur, instaurata est. Anno praecedente 1484. die 12. Augusti, e vivis excesserat Sixtus IV., eique successor datus est die 29. eiusdem Augusti Cardinalis Ioannes Baptista Cybo Genuensis, dictus Innocentius VIII.

disiectas

26. Anno 1487. obiit Romae, ut supra dictum est, Carlotta Regina Cypri, olim Ludovici a Sabaudia coniux; quae desperatis rebus suis, Regno Cyprio renuntiavit coram Papa et Cardinalibus, in favorem Caroli primi Sabaudiae Ducis, eiusque in Ducatu successorum. Quae donatio deinde diligenter excussa coram Clemente VII, et Carolo V. Imperatore, legitima iudicata est, nequidquam Venetis contranitentibus.

27. Defuncto Carolo I.o Sabaudiae Duce, magnae contentiones fuerunt pro pupilli tutela; quae tandem post atrox bellum, quod ditionem fere omnem afflixit, Blanchae Matri adiudicata est. Philippus a Sabaudia is fuit, qui profligato Ludovico a Sabaudia Camerae

Urbanus.

Camerae Comite, pupilli, et Matris curam tutelas est.

28\. Anno 1492. die 25. Julii, mortuus est Innocentius VIII. Successorem habuit die 11. Augusti Cardinalem Rodericum Borgiam, qui se dixit Alexandrum VI., cujus electionem omnes boni detestati sunt.

29\. Anno 1493. cum Urbanus Episcopus ob provectam aetatem, et laboribus fractus, Episcopali muneri in omnibus per se non posset, eidem coadjutor datus est ab Alexandro VI. Joannes Stephanus Ferrerius, nobilis Bugellensis, die 24. Aprilis, Abbas Commendatarius Monasterii S. Stephani de Cittadella Vercellensi, jam ab anno praecedenti, et deinceps etiam Abbas Commendatarius Monasterii S. Mariae de Stafarda Taurinensis, necnon Sacrae Romanae Rotae auditor, et Sedis Apostolicae Prothonotarius. Sed ad Ecclesiam non accepit nisi anno 1499. post obitum Urbani, ut infra videbimus.

30\. Anno 1494. Carolus VIII. Franciae Rex expeditionem Neapolitanam contra Alphonsum Regem aggressus est. Ea feliciter confecta redux anno 1495., in itinere per Ludovicum Ducem Aurelianensem, qui postea eidem in Regno successit, dictus Ludovicus XII., Novariam expugnavit. Itali communi periculo exciti, in eum junctis viribus conspirabant (unum si excipias Sabaudiae Ducem, qui constanter in Caroli partibus semper fuit) foederi adjectis Hispanis, et Germanis, qui statim Novariam ingentibus copiis oppugnare coeperunt. Cum Carolus Vercellis esset, sed viribus impar ut periclitanti urbi succurreret, et foederatos compesceret. Itaque pacis propositionibus facilis aures praebens, eaque post

Urbanus.

multas altercationes in hac urbe, composita, die 10. octobris, pace Novariam Ludovico Mario Mediolanensi Duci, ex pacto restituit; inde Vercellis rediit, in proximum regressus est. Religione prius conditiones inita Cornis.

31. Anno 1491. Urbanus Episcopus, sic instantibus Canonicis S. Eusebii, Collegium sex puerorum, quos Innocentes nominavit, Vercellis erexit, addito eis onere inserviendi Ecclesiae Cathedrali S. Eusebii, sub praescriptis legibus. Joannes de Gromis, de quo infra, Canonicus Vercellensis, et Archidiaconus Eporediensis, Domum propriamque a fundamentis aedificaverat (nunc ibidem est oratorium S. Caroli) liberaliter donavit, Capellaniam quoque ad Altare S. Eusebii, cujus rector erat, eidem Collegio cessit, auctor pariter fuit ut Guillielmus Bardinus Canonicus Taurinensis Capellaniam S. Joannis Evangelistae ipse quoque Collegio renuntiaret. Episcopus vero Ecclesiam S. Petri de la Ferla in Urbe, et Ecclesiam SS. Quirici et Julitae de Olcenengo, Collegio perpetuo univit, et insuper domum propriam quam a Guillielmo Margaria Canonico Vercellensi, olim emerat, pro puerorum habitatione concessit. Ibi adhuc visitur effigies S. Eusebii pictura expressa, cui adjectum legitur Patronus, et paulo infra, Urbanus Bonivardus Episcopus. Charta erectionis data est Pinerolii, in Monasterio Beatae Mariae Anno 1491. Indictione 12. die 20. Maii. Hoc Collegium unitum deinde fuit Seminario, ut suo loco videbimus. Ibi adhuc ad nominationem Capituli, alantur, et vestiuntur expensis Seminarii, atque musicam docentur sex pueri, sub directione duorum Canonicorum a Capitulo ad hoc electorum, Ecclesiae

Ecclesiae servitio addicti, iuxta leges in erectione collegii praescriptas.

32\. Anno 1496. multi numero ex valle Sicidae irrumpentes, adiuncti Mediolanensibus copiis; Castra Bornato, Serravallis, et Laurentii primo impetu occuparunt, deinde populabundi, omnia circum circa vastare coeperunt. Blanca Ducissa Mater et Tutrix Caroli Ioannis Amedei Ducis Infantis, milites in universa ditione conscribi iussit, ut grassantes coercerent, et hinc eos propellerent. Vercellenses Urbem et districtum, ob huiusmodi onera sedaverunt media solutione florenorum 1200. Immunitatem tamen non participarunt loca Coresianae, Pertengi, Ripomm, Constantianae, Rousicii, Lignanae, Montonasii, Albani, Ghislarengi, [illegible] micti, Vettignoti, Ribbioni, Gifflengae, Massaziae, Villaenovae, Mottae Alciatorum, et Costellitti. Haec habemus ex Charta Archivii Civitatis diei Aprilis 1496.

33\. Eodem anno 1496. die 16. Aprilis obiit vix octennis Carolus Ioannes Amedeus Dux Sabaudiae, et Vercellarum Dominus. Somaraga, et Iacobus Philippus Bergomensis, huius temporis scriptores, apud Muratorium, t. 7. Caroli mortem differunt ad annum sequentem 1497. sed perperam. Nam ex duabus Chartis Archivii Civitatis 2. et 6. Iulii huiusmet anni 1496. habemus, quod regnabat Philippus Caroli Successor. Cum Carolo extincta est Beati Amedei progenies. In tutela Caroli additos fuisse Blancae Ducissae, Consiliarios, Urbanum Episcopum Vercellensem, Ioannem de Gromis Canonicum Vercellensem, de quo infra, Petrum Agatiam Vercellensem, Petrum Caram de S. Germano, Defendentem

Urbanus.

de Pictenatis Vercellensem, Ruffinum de Mollis a Castronoveto Civem Vercellensem, Sebastianum Ferrerium Dominum Galianici, et Jacobum, de Novarexia, scribit Modena Hist. Ill.^a ~~Modena Hyst. manuscriptas~~, fuit ~~Vercellensis~~ ad annum 1490. Porro Jacobus hic de Novarexia, cuius etiam supra meminimus, fuit Vercellensis, et totos annos 30, secretarii Ducalis munus exercuit; pluribus etiam legationibus functus est, praecipue apud Carolum VIII. Franciae Regem, de quo Sabaudiae Dux conquerebatur, quod Marchionem Salutiarum, perduellionis reum, apud se recepisset. Eumdem Carolum VIII, ipsius rogatu, in expeditione Neapolitana, et deinde Philippum a Sabaudia Bresciae Comitem, in altera Gannensi, iussu eiusdem Caroli suscepta, comitatus est. Decessit Taurini iam senex.

34. Philippus itaque huius nominis secundus, Bresciae Comes, ~~[illegible]~~, Beati Amedei frater, Ludovici Ducis filius, in Ducatu successit. Statim ab initio sui regiminis, omnia privilegia, et immunitates Urbi Vercellarum confirmavit. Qua de re, extat in Archivio Civitatis Charta diei 1 Julii 1496. Item ad instantiam Civitatis, indulsit, et praecepit, ut deinceps omnes causae tum civiles, tum criminales, iudicari deberent in prima instantia a Vicario Civitatis, qui pro tempore, alteri huic muneri se immiscere: 2.º ut nullus comprehendi possit, nisi adsint urgentia delicti indicia, aut publica diffamatio, aut denuntiatio iuridica, vel nisi reus deprehensus esset in flagranti crimine. 3.º quod Districtus, eiusque oppidorum, terrarum, et Castrorum, visitatio a Ministris Ducalibus, non fieret, nisi semel in anno

27

Urbanus.

nisi semel in anno, et assistentibus duobus civibus, ad hoc a Communi Vercellarum delegatis: 4.° Quod a Judicibus ad informationes procedi non posset, libello ab Accusatore non subscripto: 5. Quod Civitas, et Districtus non tenerentur suppeditare cullas, annonae Ducali curatori. Id constat duabus Chartis Archivii Civitatis 5. Julii 1496. et 24. Febbruarii 1497. in quibus dicitur id esse juxta privilegia, immunitates, et consuetudines Civitatis. Hisce pactis Philippus non diu superstes fuit. Decessit Chamberii die 7. Novembris eiusdem anni 1497. sibi succedente Philiberto II. annos nato 17.

35. Anno 1499. Ludovicus XII. Franciae Rex, foedere inito cum Philiberto Sabaudiae Duce, et Venetis, Ludovicum Maurum Mediolanensem Ducem, Mediolano eiicit, et Mediolanensi Ducatu potitus est. Anno sequenti 1500. Ludovicus a suis revocatus, ditionem amissam recuperavit; sed Novariae ab Helvetiis proditus, cum emendito habitu fugere contenderet, ab iisdem detectus et interceptus, ad Ludovicum Franciae Regem captivus deductus est, et primo Vercellas amandatus, postea in Franciam transportatus, ibi in Loquiensi carcere, vitam decennio finivit.

36. Eodem anno 1499. 16. Julii Urbanus Episcopus, Pinerolii, quo se annis gravis receperat, ut quieto, et salubriori caelo frueretur, diem extremum clausit. Eius corpus in Sacello S. Luciae, in Ecclesia Monasterii S. Mariae, conditum est, cum Epitaphio, quod adhuc superest:

Urbani Bonivardi Vercellensis Antistitis, Ducum Sabaudiae Consiliarii; qui huius Monasterii regimini,

Urbanus.

annis trigintatribus praefuit, claustrum, capellas, chorum, Ædes, duo molendina cum Massinardi, et novas Grangias, erexit, Palatium adauxit, tum B. Mariae claram dictinam missam, perpetuo ante conventualem celebrandam dotavit, Sixti IV. Pontificis Maximi beneficio Vercellensem mensam ampliavit, sex Innocentium Collegium instituit feliciterque obiit.

Anno Sal. 1499. die 16. Mensis Julii

Urbano sedente, Vercellis si alias unquam, floruerunt magno numero insignes sanctitate, et doctrina, vi[illegible]ras; et inter eos:

Beatus Candidus
de
Ranzo.

37. Beatus Candidus de Ranzo, antea dictus Joannes Augustinus, e nobilissima familia Vercellensi de Ranzis, natus est Vercellis anno 1456. die 28. Augusti. Clericali tonsura initiatus ab Episcopo Bonivardo, die 21. Novembris 1471. paucis post annis, a Sixto Papa IV. Maioratu Ecclesiae Cathedralis S. Mariae Maioris Vercellensis, donatus fuit, cuius possessionem inivit die 24. Junii 1474. Brevi tamen, ad perfectiorem vitam anhelans, Mundo valedixit, et ad fratres Minores S. Francisci, quos vocant de observantia, alacriter se conjunxit. Anno 1476. 4. Augusti, detractis saecularibus indumentis, seraphica publice in Basilica S. Eusebii, coram Do-

lando

Iolanda Sabaudiae Ducissa, Philiberto ejus filio, Sabaudiae Duce, et Magistratibus ibi congregatis, universa Urbe inspectante, solemniter induit, et Candidi nomen assumpsit. Aliquot annis moratus in Conventu S. Mariae de Bethlem prope Vercellas; cum eloquentia, et dicendi vi, plurimum polleret, inde Superiorum jussu amotus est, et in Corsicam missus, ut feroces illos, efferosque populos, Evangelicis praeceptis instrueret, et ad Christianae Religionis regulas informaret. Illo munere, magno cum animorum profectu, pluribus adlaboravit annis. E Corsica revocatus, se comitem adjunxit Beato Bernardino de Caimis, et cum eo Varallum profectus, celeberrimum illius Sanctuarii fundamenta jecit, aliquot aedificatis capellis ad exemplum Sacrorum Ierosolymae Locorum, et extructa domo pro aliquorum Fratrum habitatione, qui deinceps perfectioni tanti operis incumberent. Deinde relicto Varallo, anno 1509. jussu Superiorum, ad Coenobium Sancti Georgii in Canapitio se contulit, et illud imperfectum adhuc, absolverat, quod et praestitit. Inde cum aliquando Valpergam diverteret ad excipiendam infirmae cujusdam confessionem Sacramentalem, ibi, sicut praenuntiaverat, animam Deo reddidit die 17. Septembris 1512. Ejus corpus ad Coenobium S. Georgii delatum, ibique sepulcro traditum, ad hanc usque diem, magnam habet venerationem et multis claret miraculis. Adhuc est superstes tumulo superposita Candidi effigies, prae manibus librum, et ad pedes mitram habentis, addita inscriptione: Candidus Ranzeus

Urbanus.

Urbanus

Vercellensis, B. V. in Maioratus dignitate Ecclesiae Vercellensis contempta, Seraphicam Religionem Minorum intravit, hic fuit tumulatus, ubi multis fulget Miraculis. Nonnulli opinati sunt, mitram ad pedes positam designari dignitatem Episcopalem ab eo alequando recusatam; cuius rei tamen nulla extat memoria. Verius dixeris eo simbolo, Maioratus dignitatem (qua qui potiebantur, Mitrae Episcopalis inter alia insignia, usum habebant) a se abdicatam indicari.

35. Fuit Beatus Candidus non solum Sanctitate, sed etiam doctrina clarus. De eius scriptis testatur Joannes Franciscus Ranzus cap. XI. eiusdem vitae a se conscriptae, Scriptor gravissimus, impressae Taurini anno 1600, ibi: non si contentò, ait, il Beato di riprendere li vitii con le opere, e sopra i pulpitti; che ancor tentò di lasciarne in scrittura, perpetua memoria, componendone un grosso volume, diviso in tre libri, et intitolato: Stato spirituale del mondo. Nella prima parte, trattava delli errori del Mondo in generale. Nella seconda, della miseria dell'Uomo. Et nella terza, del raffreddamento della disciplina Ecclesiastica; la quale veramente in quel tempo, era molto declinata. Et questo libro non so, come si sii smarrito; poichè dalle sue lettere si cava, che fosse mandato alli fratelli, con ordine di tenerlo secreto sino alla morte sua, e finchè succedesse alcune maraviglioso cose, predette da lui nel medesimo. Et un Padre Gerolamo Ceugerio Guardiano del Monastero di Vercelli, disse più volte haverne visto una copia nella

Urbanus.

nella Religione con l'imagine del Beato; qual promise di far ricamare, e non lo fece prevenuto dalla morte. Ex quo testimonio insulsi prope videtur, nullum aliud opus scripsisse Candidum. Rossottus tamen de Scriptor. Pedem. scribit ~~edidisse~~ edidisse praeterea, salutationes septem ad Gloriosam Virginem Mariam, in quibus explicantur meditationes recolendae in recitatione coronae ejusdem. Addit Carolus Amedeus Bellinus in suis Mss.tis, quae habentur apud Dominum Comitem Corbettam, se vidisse in Coenobio S. Mariae de Bethlem prope Vercellas, sequentia opera a Beato Candido conscripta, unico volumine contenta ~~(?)~~, nempe: De plenitudine Corporis Christi incarnationis: De legatione superna ad Virginem: De expositione salutationis Angelicae: De proprietate civis: De bellis evitandis: De plenitudine scientiae Christi: De justitia, ad Principes: De praedestinatione: De Civitate pacifica: De S. Ludovico Episcopo: De electione Praelatorum: De duodecim Statibus erudiendis: De Avaritia: De Religione, et ejus perfectione: Declarationes super Evangelis. Huic scriptori credere prohibet id quod ibidem habet, nempe haec opera perfecta fuisse usque ab anno 1465; cum certum sit hoc anno Candidum, novennem dumtaxat fuisse. ~~(?)~~ Quare non negaverim hujus oculis haec opera vidisse ipsum; sed quod sint Beati Candidi, certissima allucinatio est.

De Parentibus B. Candidi Ranzi

39\. Parentes habuit Beatus Candidus Joannem Antonium Ranzum, Consiliarium Ludovici, et B. Amedei

Urbanus.

cius filii, Sabaudiae Ducum, et Dorotheam de Cocarellis. Eorum virtutes, et gesta audire placeat ab ipso Joanne Francisco Ranzo in vita Beati Candidi iam citato, et ipsiusmet verbis:

Fu Giovannantonio Ranzo, (inquit cap. 2.) Consigliere, et Gentiluomo di Ludovico, ed Amedeo VIII. (IX.) Duchi di Savoia etc. Al che si aggiunge, che detto Giovannantonio fu anche sotto gli stessi principi, Referendario di Vercelli, uffizio in quel tempo di molta confidenza e dignità, al quale spettava non solo come adesso, la giudicatura, e conservatoria del Patrimonio del Principe; ma più principalmente di riferire allo stesso Principe, tutti i disordini della giustizia occorrenti nella Città, e Provincia di Vercelli, allora popolatissima, et un magazzino di mercanzie forestiere, come a suo luogo si dirà; e tenne quest' uffizio, e degnamente l'amministrò ventitrè anni, ne' quali fu tenuto per principale, e come si legge di lui primario Consiliere della Città, e Gentiluomo di singolare esempio.

1.0. E Cocarella familia Vercellensi antiquissima, eaque nobilissima, quae omni aevo protulit insignes virtute viros, quaeque anno 1606. ut pestem in hac urbe grassantem effugeret, in Montemferratum, hinc amplius non reversura, transmisit, prodiit Dorothea Beati Candidi Mater; de qua haec habet Joannes Franciscus Ranzus ut cap. 3.

Dorotea fu donna devotissima, e che morto il marito, perseverò in viduità anni più di trentadue, et essendo nata il primo giorno dell'anno 1409. in

Urbanus.

in simil giorno morì, compiuti i cento anni, senza alcun dolore, e per soave risoluzione di spiriti; percioché presi i santissimi Sacramenti nelle precedenti feste di Natale, e predicendo la sera dell'ultimo giorno dell'anno 1808. la morte sua, col dire, che la mattina seguente havrebbe dato il buon giorno a' tutti (il che fu interpretato delle mancie, che in tal giorno si sogliono dare) se n'andò sana a letto, e risvegliata parimente sana a mezza mattina del primo dell'anno 1809, disse sorridendo che voleva attendere alla promessa, e così subitamente rese l'anima al Signore, che la donzella deputata alla cura sua, non se n'accorse; ciò credo piamente, che l'anima sua se ne volasse in cielo. Che però della sua morte, scrivendo il Beato suo figliuolo, a suo fratello Carlo dice queste parole: Ho inteso in dubio che la nostra madre è morta, se così è, credo che la sia volata in Paradiso, per alcune cose, che fatto lo Signor Gesù Cristo, et ho veduto nella sala della casa tua"

Habetur in Cathedrali S. Eusebii Canonicatum, seu Beneficium, appellatum de Coccarellis, ab, hac familia erectum, cum onere missae quotidianae, et residentiae Choralis; Dotem habet satis amplam in Ducatu Montisferrati. Patronatus nunc est Dominorum de Ripaalta Casalensium, in quos iura familiae de Coccarellis transierunt. Modernus tamen Beneficiatus, nec celebrationi missarum, nec residentiae satisfacit.

De Sororibus Beati Candidi.

41. Quinque Sorores habuit Beatus Candidus, quarum

Urbanus.

quarum dura Religiosam vitam professae sunt, et o-
biorunt magna cum opinione Sanctitatis. Planat
iterum audiro Joannem Franciscum Ravjunnecap.
[illegible] citatae vitae.

Delle cinque sorelle del Beato, due in diversi tem-
pi, furono consacrate a Dio, nel monastero delle gra-
zie (ora della Visitazione) di Vercelli; delle quali
Isabellina, ancora vivente il Padre fu vestita alli
12. Maggio 1472, e chiamata suor Angela; e di
essa si legge nelli libri antichi di casa, che morisse
dell' anno 1492, et che in morte fasse miracoli.
Il che non deve ad alcuno parer di molta ma-
raviglia, per esser stata discepola della Beata Mi-
chela, in quel tempo governatrice di quel Mona-
stero, e le cui monache, già disse il Beato fan-
ciullo, tutte esser in istato di grazia, come si di-
rà nel capo 14.

Et morta questa suor Angela, fu ad esempio
suo vestita nel medesimo Monastero, la quinta sua so-
rella, Bartolomea detta parimente suor Angela, la
quale visse santamente, e morì circa l'anno
1542. Et di questa più affermativamente si narra
che fasse miracoli in vita, et in morte; et che
caduta in una gravissima infermità, per la quale,
se gli staccò un braccio dal corpo, e della quale
morì, diede segno d'una rara pazienza, consolando
le altre monache, le quali sentivano maggior
dolore di lei, che lo chiamava dolcezza; et accet-
tando volentieri quel tormento, che a Dio piacque
dargli; e tra gli altri miracoli, che si contano di lei,

Urbanus.

di lei, uno fu, che a' preghi suoi fosse liberato un certo Giorgio, amico del Monastero, qual essendo stato condannato senza colpa a morte, si raccomandò alle orazioni di questa Vergine, et stette vivo appeso alla forca tre giorni; dopo i quali liberato, per il miracolo, protestò d'esser stato sollevato con le mani di detta Monaca. Et l'altro occorse nella persona di Giovanbattista Corolla di Vercelli, figliuolo d'Amedeo, che Chirurgo attese alla cura della medesima Vergine; perchè questo essendo poco dappoi la morte di essa, caduto in una infermità sì grave, che dalla madre, e parenti, era pianto per morto, e già s'era accesa la candela al solito; si risvegliò quasi da un profondo sonno, e tutto allegro disse alla madre meravigliata del fatto, che, era stata da lui, quella Monaca, medicata da suo padre, la quale lo aveva esortato a star di buona voglia; e dettogli che non s'era scordata della carità usatagli, in portarle li medicamenti ordinati da suo padre; et che però era venuta per guarirlo; et che detto questo gli aveva messo in bocca con un cucchiaro, un dolce liquore, preso dal suo navellino (significando un navellino di Peltro, qual esso aveva visto nella camera d'essa Monaca) dal quale si sentiva guarito et subito si levò in piedi sano, et fece voto di servire al Monastero personalmente perpetuamente senza premio, come ha fatto insino alla morte, seguita dell'anno 1564, raccontando spesso il miracolo a tutti; et molte altre cose si narrano della santità di questa Monaca, per tradizione delle Monache viventi in quel tempo.

Urbanus.

Beata Michaela

42. De hac sancta Moniali meminit Franciscus Ranzus sup. et cap. 14. hist. B. Candidi Ranzi, ubi haec habet: Visitando il Beato Candido alcune volte la già detta Beata Michela nel Monistero delle Gratie di Vercelli, al tempo delle sue sorelle, raccontava essergli rivelato da Dio, che tutte le Monache defonte, durante il governo di detta Beata, erano in istato di gratia; et così implicitamente veniva a confermare la bontà della prima sua sorella, hor Angela, che come si è detto, sotto lo stesso governo morì l'anno 1492, consolando per tal guisa detta Beata, a perseverare con pazienza nel solito buon governo, tanto accetto a Dio. Ejus meminit etiam Corbellinus in Ep. Vercell. Carolus Amadeus Bellinus in suis Mss. aperit se legisse in quodam Documento de anno 1484. haec verba: Venerabilis Domina Michaela de Sestio de Mediolano, abbatissa S. Mariae Gratiarum.

Beatus Joannes Demosthenes de Ranzo.

43. Fuit Beati Candidi Consobrinus Germanus, et Juris Doctor consumatissimus. Consobrini exemplum sequtus, ad seraphicum S. Francisci ordinem Minorum de observantia, convolavit anno 1477. Ab Alexandro VI. ad Waldensium conversionem directus, multa haereticorum millia ad Ecclesiam reduxit. Decessit Taurini in Coenobio S. Mariae Angelorum die septima Junii anno millesimo quingentesimo

duodecimo. Testatur Ioannes Franciscus Mazzus in vita Beati Candidi saepe citata cap. 7. fol. 20. quodin antiquo adnotationum libro familiae Mazzae legebantur haec verba: B. Ioannes Demosthenes de Mazzo vir doctrina clarus, declamatorque eximius, Taurini decedens, ibique in Domino quiescens, magnam de se posteris sanctitatis opinionem reliquit. Obiit 7. Iunii 1512. testatur item, quod in oratione publice habita Vercellis coram Episcopo Augustino Ferrerio, et Clero Vercellensi, haec iterum legebantur: D. Fr. Io: Demosthenes, qui Iuris doctor consummatissimus, Religionem ingressus, praedicator eximius, extitit, Taurinique occubuit in Monasterio SS. Angelorum, et cum magna reverentia sepultus est et quamplurimis miraculis etiam nunc innotescit. De eo agunt Ughellius in praefat. ad Ep. Vercell. Aureolus Serafici, et quot de urbe Vercellarum scripserunt, item acta Sanctorum Sanctorum Ponento. 6. fol. 40.

Mehemus.

Beatus Martinus a Curino

41. Beatus Martinus, qui ob aliquibus dicitur fuisse Vercellensis e Fontana familia, indubitanter fuit e loco Curini, qui est Pagus Marchionatus Crepacorii sicuti disertis verbis pandit vetusta inscriptio posita ipso adhuc vivente de anno 1496. quae extat a latere dextro arae maximae Ecclesiae S. Mariae huius Civitatis.

Urbanus. Eremitarum S. Augustini regulam professus est litteris haud multum excultus, sed Deo specialiter inspirante, qui cum ad animarum salutem procurandam vacabat, iam fere senex ad studium litterarum se contulit, tanto progressu, ut brevi facundissimus orator, et theologus insignis evaserit. Hinc Divini verbi praedicationem aggressus, tantum zelo, exemplo, et eloquentia valuit, ut uberrimo suis praedicationibus ubique relato fructu, totus ad animarum lucra factus esse videretur. Quo in munere, Episcopo Bonivardo, qui eius opera perpetuo usus est in Dioecesi a vitiis expianda, egregiam navavit operam. Fuit comes individuus Beati Jacobini a Certaldio (?), cum quo mox Archiconfraternitatem sub titulo S. Mariae Consolationis Bononiae instituit anno 1496 (?), aliaque plura praeclare gessit, quorum gloria ingens, annis et meritis plenus decessit Vercellis in Coenobio S. Marci die 21. Octobris anno 1501., magna cum Sanctitatis fama, et in eadem Ecclesia sepultus est. Permulta miracula ad eius tumulum patrata esse. De eo agunt omnes ordinis S. Augustini, et Rerum Vercellarum Scriptores.

Beatus Jacobinus a Certaldio (?)

4b. Natus est Jacobinus humili loco, in vico Pianchero (?), qui nunc est membrum Parochialis Ecclesiae (?), Marchionatus

Marchionatus Crepacorii, e familia Canepatia. Vitam religiosam professus est in Coenobio Sanctae Mariae Carmelitarum Vercellensi, in gradu laicali ut vocant, cui ad extremam usque senectutem, panem quaeritando inservivit. Excelluit praecipue demississima humilitate, et simplicissimo animi candore. Obiit in Domino Vercellis in eodem Coenobio, summa senectute confectus, die 3. Martii 1508. Pluribus miraculis, vivus, et post mortem claruit. In Parochiali Ecclesia Aylochie, quotannis celebratur eius dies anniversaria, ibique ad altare Maius erecta est tabula ab antiquis temporibus, in qua depictus cernitur, radiis capite circumfusis. Plures etiam effigies muro depictae cernuntur in praefata Ecclesia S. Mariae Carmelitarum, in quibus Beatus Jacobinus exhibetur lilium manu gestans, et radiis ornatus. Beatum... runt intra Campanile, ubi etiam cernitur effigies Beati Martini a Quirico de quo supra. Habetur praeterea intra idem Campanile, inscriptio partim abrasa, quae indicat ibi Beatum sepultum fuisse, hisce verbis expressa:

MCCCCCVIII. III.

. . . . . . Martii. Hic iacet Beatus frater

Jacobinus de Crepacorio qui obiit.

. . . . tempore. . . . . .

. . . . . . ut supra.

Nunc sacrum corpus, ibi amplius non extat, furto ablatum creditur. De Beato Jacobino agunt Scriptores Vercellenses, et Carmelitae passim.

Urbanus.
Canepatia.

Urbanus.

Beatus Joannes Gromus Archipresbyter Vercellensis.

46. Joannes Gromus Bugellae nobili genere natus, vix pubertatem egressus, totum se contulit ad Canonici Juris studium, sed praecipue ad acquirendam scientiam sanctorum. Juventute ineunte factus est Archidiaconus Taurinensis; sed brevi, hac Dignitate abdicata, Vercellas se transtulit, ut ibi vitam privatam in piis exercitationibus ageret. Ibi cum ejus virtus omnibus perspecta esset, a Beato Amedeo, Regius Eleemosynarius, et ab Urbano Bonivardo Episcopo, Canonicus et Archipresbyter Vercellensis, constitutus est; mox et Archidiaconus generalis Dominici a Ruvere Episcopi Taurinensis, qui eam Ecclesiam rexit ab anno 1480 ad 1498. Capellam in Cathedrali S. Eusebii ad honorem Beatae Mariae Virginis erexit, multisque donariis ornavit. Monasterium S. Hyeronimi in Pago Clavasiae prope Bugellam aedificari curavit. Anno 1512 primarius lapis iactus est. Fabbricae directores in vestibulo Ecclesiae, lapidem cum inscriptione erexerant: Joannes de Gromis Archipresbyter Vercellensis, collem ex profano religiosum, ad honorem S. Hyeronimi fecit 1512. Lapis ejus jussu inde amotus fuit, et alte in terra defossus, ne compareret. Paucos autem annos, dum novae constructionis causa, terra effoderetur, repertus est. Introducti sunt Religiosi S. Hieronimi, pro quorum sustentatione, ejus opera, eidem uniti fuerunt Prioratus S. Petri Levitae de Salussolia, et Sanctae Mariae de Clavaxia, et S. Michaelis de Bellino; ipse mox et Archidiaconus Eporediensis, et Vicarius Generalis -

Urbanus

vero de proprio eis attribuit praedium quinquagin-
ta modiorum in finibus Valdengi, cum domo, et ipsius
usura. Monasterium cum Ecclesia absolutum est anno
1517.(#) quinto post iactum primarium lapidem. Jo-
annes Gromus Ecclesiae Vercellensis Archipresbyter fun-
dator Collem hunc ex profano religiosum, ex sterili
uberem factum, ad honorem Sancti Doctoris Hyero-
nimi Sacrari curavit, ut fieret mons pinguis, mons
in quo beneplacitum esset Deo habitare in eo usque in finem.
Scribit Canonicus Joannes Baptista Modena in Ms.[to]
ad annum 1504. ut supra dictum, non Jolandam
sicut perperam aperit Franciscus Augustinus Alche-
sia in Corona reale, quae decessit, ut vidimus an-
no 1478., sed Blancam Ducissam, de qua supra,
plura ad huius Monasterii constructionem contulis-
se. Cum Joannes ab Monasterio Vercellas rediret, in
ipsa Civitatis porta, subito interiit anno inter 1512.
et 1517. Postridie sacrum corpus splendido fu-
nere elatum est, et conditum in Cathedrali in
sepulcro, quod vivens sibi paraverat in Cappella Be-
atae Virginis, cui superpositum adhuc usque diem
legitur epithaphium: Hoc Virgini Sacellum et sibi
Sarcophagum, Joannes Gromus vivens posuit anno
1496. Sexaginta post annos; teste Modena supr.,
cum Sacellum, occasione constructionis novi Chori,
dirutum esset, repertum est caput redimitum corona
ex lauro, et nigro intexta, adhuc viridi, ac si folia

(#) anno 1517. cum Joannes diem suum iam obiisset, apposita inscriptione: Anno Salutis 1517 quinto post iactum.

Urbanus.

recenter ab arboribus avulsa essent. Quod pro testimonio divinitus dato ad eius virginitatem comprobandam, communiter acceptum est. Ferunt pluribus prodigiis, servi sui sanctitatem, Deum comprobasse.

Beatus

Adrianus Berzettus

47. Fuit Religiosus Augustinianus Congregationis Lombardiae. Huius congregationis Religiosi, in Vercellensem introducti sunt circa annum 1480. eisque assignata fuit Ecclesia S. Augustini extra muros. Non multo post, cum ob bella, ea Ecclesia diruta esset, traslati sunt in Ecclesiam et Conventum S. Bernardi Archidiaconi Augustani, opera Petri de Agatiis Archidiaconi Vercellensis, atque eiusdem Ecclesiae, et Prioratus, Commendatarii. Missus Adrianus ab Innocentio VIII. Bugellam, ad Reformandum Coenobium S. Petri Ordinis S. Augustini, ibi erat die 12. Januarii 1488. et missionis suae munus feliciter complevit. Eum Beatum appellant omnes scriptores Vercellenses.

Christophorus de Blandrate

Episcopus Senogalliensis

48. Christophorus de Blandrate Vercellensis ex ordine Servorum, Paulo II. summo Pontifici, ob pietatem, et doctrinam in eo praecipuis charus, ab eodem Pontifice electus est Episcopus Senogalliensis anno 1467. In Senogalliensem Civitatem,

civitatum, quos Servitas introduxit. Ecclesiam laudabiliter administravit annis septem. Obiit anno 1494.

Leonardus Sarratta

49. Leonardus e nobili Sarratta Vercellensium gente, Canonicus regularis Praepositus ac Parochus S. Barnabae Mediolani, vir pius et doctus; inter caetera quae egit, obtenta facultate testandi ab Innocentio VIII. de acquisitis industria sua extra Religionem, aureos 300. legavit, quibus tot puellae in matrimonium collocarentur. De eo agit Placidus Puccinellus Chron. Monast. SS. Petri et Pauli de Glaxiate Mediolanensi cap. 69. fol. 145. Ex hac familia fuit etiam Beatus Martinus, alius ab supra enunciato, ordinis S. Francisci, qui floruit per id tempus.

Ludovicus de Tizionibus

50. Ludovicus de Tizionibus nobilissimus Vercellensis, Decanae Comes, tum rei militaris, tum eloquentiae laude clarus a Bonifacio V. Montisferrati Marchione, apud quem Montisferratensium veteranae militiae Praefecti munere fungebatur, una cum Andraea de Novellis Epo Albensi, et Equite Benevenuto de S. Giorgio ex Comitibus Blandratensibus, ad Alexandrum VI. Pontificem maximum legatus missus anno 1493. ut Apostolicam supremam dignitatem, rexus ei collatam gratularetur, eloquentissimam hac de re orationem coram

Urbanus.

eo habuit, quam impressam fuisse Scriptores frequenter testantur. Scripsit Praeterea, teste Mossotto in Syllabo, historias sui temporis. Scripsit etiam, teste Fr. Augustino Abendensi in Catalogo, librum de laudibus Mercurini Gattinarini Magni Cancellarii Caroli V. Postea Cardinalis, necnon Mercurini Nanji, Praesidis in Taurinensi Senatu.

Jo. Steph. Pr.

Joannes Stephanus Primus Ferrerius

Anno 1499.

1. Urbano itaque defuncto, Joannes Stephanus Episcopatum Vercellensem iniit die 17. Julii, ejusdem anni 1499. Inter caetera praeclara quae gessit, statim ab initio Episcopatus Synodum Dioecesanam habuit, in qua plura ad morum correctionem, et ad restaurationem Ecclesiasticae disciplinae, quae turbidis illis temporibus, plurimum a primaevo nitore desiderat, sanctissime decrevit. A6 Alexandro VI. in Cardinalium Collegium adscitus, anno 1502. translatus est ad Ecclesiam Bononiensem, ut mox dicetur.

Julianus de Ruvere.

Julianus de Rovere.

Anno 1502.

2. Julianus Sixti IV. ex fratre nepos, a Patruo Creatus est Cardinalis anno 1472, vel ut placet Reinaldo, anno 1471 titulo S. Petri ad vincula. Anno 1474. missus Tudertum,

Tudertum, ubi magni motus excitati erant, seditiosos partis compescuit, ~~...~~ Spoletinos, qui seditiosis subsidio iverant, ad obedientiam compulit, et Nicolaum Vitellium Tiferni tyrannum, Tiferno expulit. Anno 1476. apud Ludovicum XI. Franciae Regem Legatus pro eodem Sixto IV., pluribus egit ut eum ad sacrum bellum contra Turcas capessendum impelleret. Anno 1480. Turcae Sacram Lauretanam Aedem expilare cupientes, eam infestis armis sunt aggressi, sed a Juliano, qui eam aggeribus, propugnaculis, et militibus valide munierat, depulsi sunt. Non solum apud Franciae Regem, sed etiam apud Regem Angliae anno eodem 1480. Legationis munere functus est, ut pacem inter eos componeret. Anno 1486. Auximum, quod auctore Buccolino defecerat, pluribus obsedit mensibus, et Buccolinum inde depulit. Anno 1492. decessit Innocentius VIII., eique subrogatus est Rodericus Borgia, dictus Alexander VI. vir pessimus, et multimoda libidine infamis. Largitionibus, pollicitationibus et caeteris huius sceleris generis actibus, sacrosanctam sedem ascendit. Julianus, et Cardinalis Senensis, qui postea fuit Pius III. ii soli fuerunt, qui pessimae electioni non sunt suffragati, quique nulla arte adduci potuerunt, ut eam comprobarent. Quin imo Julianus publice huiusmodi electionem detestans, Concilium convocandum esse clamabat, ad eliminandam ab Ecclesia Simoniacam labem. Ob id ab Alexandro sibi timens, in Gallias secessit, Gravis deinde litis, Bononiensis Episcopus causa cepit, habuit cum Joanne Bentivolo, qui veluti Dominus eam Civitatem administrabat, cuius dominatum

Jo. Aepl. 17 Juliani de Ruvere.

Ap. Regst. [illegible] [illegible] de Angere.

demum cum spe non posset, Episcopatui renuntiavit anno 1502.

3. Itaque Alexander VI. Joannem Stephanum Ferrerium, jam antea Cardinalem creatum, Episcopum Vercellensem, Bononiensi Ecclesiae Episcopum praefecit, et vicissim Julianum, Episcopum Vercellensem constituit. Julianus tamen ad Ecclesiam suam nunquam accessit, sed eam fere biennio per Episcopum Albiganensem administravit. Scripsit, teste Modena in Hist. Ms.ta literas data Savonae die 6. Augusti 1503., et subscriptas Julianus Episcopus Hostiensis Card. S. Petri in Vinculis, Major Poenitentiarius, ad Capitulum Vercellensem circa absentiam suam excusans, se pluriumque Canonicis et Capitulo commendat. Praeterea donavit vestes sacras praetiosas, ex auro, et serico contextas, quae adhuc extant, quamvis vetustate fere obtritae, et ad hanc usque diem appellantur paramenta Papae Julii.

4. Joannes Stephanus autem, possessionem Episcopatus Bononiensis accepit per Procuratorem die undecima Aprilis ejusdem anni 1502. et paulo post Vercellis discedens, Bononiam accessit, ubi, teste Sigonio de Ep. Bonon. benigne ab omnibus Magistratibus, Clero, populoque ex more, ad portam occurrentibus, receptus est.

5. Anno eodem 1502. Alexander VI. Lucretiam filiam suam, Alphonso Estensi Ferrariae Duci, uxorem dedit, solutis pro dote Ducatis auri 100,000. et ipsis praeterea Castris Centi, et Plebis, districtus Bononiensis pro quibus Joannes Stephanus ut Episcopatum iniit, diuturnas cum Duce lites habuit; sed ab Alexandro Pontifice filiae et genero favente, causam obtinere non potuit.

6. Anno 1503. Alexander VI. cum Ecclesiam Dei nefarie et improbe rexisset annis undecim, ad Christi Tribunal vocatus est die 18. Augusti .... tot scelerum ab ipso tum ante, tum in Pontificatu perpetratorum rationem redditurus. Successorem habuit die 22. Septembris Franciscum Todeschinum Piccolominaeum, qui Pius III. vocari voluit, virum probum, et diuturniore vita dignum. Nam die 18. Octobris sequentis, ex ulcere in crure obiit, vix expletis in Pontificatu diebus 26. ... mora. Die 1.a Novembris, Pio suffectus est Julianus Episcopus Vercellensis dictus Julius II. Utriusque Comitiis, Joannes Stephanus elector interfuit. Qua electione audita Capitulum Vercellense, duos ex Canonicis Romam legavit, ut Pontifici novam dignitatem gratularentur. Sed eos benigne exceptos, Pontifex vacuos Vercellas remisit, nec deinceps de hac Ecclesia amplius cogitavit.

10. Sept. 1507. Cubiculum de ... *(margin note)*

7. Eodem anno 1503. Joannes Stephanus a Julio II. Ecclesiae Vercellensi, tunc ob eius ad Pontificatum assumptionem vacanti, iterum Episcopus datus est, retenta ex Apostolica dispensatione, Ecclesiae Bononiensis administratione. Regio Subalpina, Philiberto Sabaudiae Duci, in Belli sumptus, florenos aureos 100000. Margarithae Austriacae Maximiliani Caesaris filiae, Philiberti uxori, ob eius huc primum adventum florenos aureos 50000. et Principi Carolo Philiberti fratri, alios florenos similes 10000. dono dedit. Hoc constat ex Charta Archivii Civitatis 17. Februarii 1503. Sed anno sequenti 1504. die 10. Septembris Philibertus decessit improlis, annos natus viginti quinque, Margaritam viduam

Ex. Rept. 1.us relinquens, quae postmodum Belgicis Provinciis moderatrix praeposita, inclytum apud Hystoricos, magnumque nomen sibi comparavit. Philiberto successit Carolus eius frater, huius nominis III.

8. Anno 1504, teste Modena in hist. Mlta ad hunc annum, decessit Vercellis Blanca Sabaudiae Ducissa, olim Caroli Ioannis Amedei Sabaudiae Ducis mater, et tutrix, de qua supra. De ea, haec refert Modena: Morse la Duchessa Bianca, donna di molta bontà, tenuta per Beata, per a sue spese edificare la bella chiesa, e sontuoso Monastero di Santo Hieronimo sopra uno Monte a Biella, di qua dal fiume Servo, fu anche dotato, di paramenti ornato, et tutto ciò faceva per mani del Beato Giovanni Gromo canonico, suo Confessore. Fece altresì fabbricare nella Cattedrale, una Capella ad honore della Beatissima Vergine, stuccata, e dorata, et ivi attaccato uno Heremitorio, dove con una sol serva si ritirò, a vivere per alcuni anni, cioè dopo la morte di suo figliuolo, sino a quest'anno 1504. Fu sepolta in detta Capella avanti all'altare, e vicino alle quattro sante vergini, e nel coperchio della sepoltura di marmore era scolpita la sua effigie con inscritione humile cioè: Devotae Blancae, quae heremiticam vitam tolerantur duxit. Huius rei notitiam alibi non reperimus. Porro quatuor illae Sanctae Virgines, Einidicinia, Leontia, Anjulia, et Flavia, de quibus alibi diximus, quarum sepulcrum, temporibus Franciscii Modenae, fortassis adhuc erat inspectus.

9. Anno 1506. Julius II. viginti quatuor Cardinalibus

Cardinalibus comitantibus, magnoque exercitu instructus, Jo. Steph. 14.
Bononiam quae a Joanne Bentivolo tyranno turbabatur,
duxit. Ad Bentivolus haud resistere valens, aufugit et se Me-
diolanum recepit. Itaque Julius triumphantis in morem,
Joanne Stephano Ferrerio, praeceteris comitante Urbem
ingressus est die undecima Novembris. Sed Papa inde di-
gresso, Bentivoli rursum anno sequenti 1507. Urbem
armis recipere tentarunt. Trepidante populo, ait Bo-
goniis, auctor fuit Joannes Stephanus, ut precibus et
supplicationibus, ad Deum pro auxilio confugerent, at-
que die S. Petronii, omnes Sanctorum reliquias ad eius
Basilicam, religionis excitandae causa, solemniter de-
ferri jussit. Verum Bentivoli, ab Hypolito Cardinali
Estensi male accepti, aufugerunt. Exinde omnes Bentivo-
lorum aedes eversae.

10. Per id tempus Vercellae, opera, et prudentia Caroli Sa-
baudiae Ducis, si excipias incommoda, a militibus co-
piis, quae hinc a Gallia in Mediolanensem ditionem
transmittebantur, illata pace, et tranquillitate fruebantur. Quae pax, et tranquillitas solidior evasit
anno 1508, quo foedere Cameracensi adversus Venetos
inito inter Maximilianum Caesarem, Ludovicum
Franciae, et Ferdinandum Aragoniae Reges, Carolus
Dux accessit.

11. Anno 1509. Joannes Stephanus facta permutatione cum
Bonifacio Ferrerio, fratre Episcopo Eporediensi, se Vercel-
lensi Episcopatu abdicavit. Sed anno sequenti 1510. Ro-
mae postremam diem obiit die 5. Octobris, et sepultus
est in Ecclesia sui tituli, cum Epitaphio, quod refert
Franciscus Augustinus ab Ecclesia Chron. cap. 4. fol. 142.

Jo. Steph. Vᵗ. Joanni Stephano Ferrerio Sanctorum Sergii, et Bacchi Presbytero Cardinali Bononiensi, Viro Sanctitate, doctrinaque insigni. Vixit annos XXXVI. Menses V. Obiit anno MDX. III. non. Octobris. Iulio Pontifice Maximo.

Translatus postea Vercellam, in Ecclesia S. Stephani conditus fuit.

12. Fuit Joannes Stephanus omni litterarum genere excultissimus, sicut indicat Epitaphium. Quare a Trithemio Abbate ~~Spanhemiensi~~ Spanheimensi de vir. Ill., inter illustres suae aetatis viros, merito recensetur, his verbis: Jo. Stephanus floruit hac nostra tempestate, natione Italus, Vercellarum Episcopus, Cardinalis Bononiensis, et rei litterariae cultor exactissimus, quem quanto excellentioribus, et eminentioribus fortuna dignitatibus evexit, tanto natura nobilioribus decoravit animi dotibus. Hic namque cuncta etiam dignitatum clarissima fastigia, otio litterario, et ~~exquisitis~~ exquisitis naturis semper postponit, et ideo tandem insatiabili labore, et industria effecit, ut Aristotelis magna Moralia, prioris saeculis nunquam praecognita, nobis communia fuerit, quae ~~Jac~~ Jacobus Faber nostri saeculi Philosophus eminentissimus, et Philosophiae defensor acerrimus, ipsius auspicio, impressioni commisit, posteris fructus non exiguos illatura.

13. Joanne Stephano sedente, Sebastianus eius frater, Ecclesiam et Coenobium S. Sebastiani, Vercellae proprio aere extruxit, illuc advocatis Canonicis Regularibus Lateranensibus. Floruit etiam Arduinus Novellus Eusdiniensis, Episcopus Albensis, a quo ipse consecratus fuit Episcopus Vercellensis anno 1500.

14. Floruerunt praeterea alii doctrina, et pietate insignes; inter quos Antonius Stella Vercellensis, ordinis Minorum, qui scripsit Librum de Grammaticae rudimentis, impressum Mediolani 1512. et tractatum de certitudine futurae vitae, beatitudinis, et felicitatis. Vide Rossottum in Syllabo fol. 78. Vivebat Antonius anno 1500.

15. Dominicus a Bugella ordinis Praedicatorum, ingenio et devotione erga Beatissimam Virginem Mariam illustris. D. Antonini Summam tam Moralem quam historicam copiosis indicibus locupletavit. Adiecit Repertorium de iis quae sparsim in D. Antonini operibus habentur, spectantibus Beatissimam Virginem Mariam: Indicem auctoritatum sacrae scripturae, quibus idem Sanctus in suis operibus usus est: nec non dicta ab eodem Sancto, in Epistolas et Evangelia per annum, et in festis Sanctorum. Vivebat anno 1502. De eo meminerunt Antonius Senensis, Soranus Michael Pio, Morrae, Possev. Rossotti, et alii.

16. Hieronimus Languscus a Stroppiana, Philosophus et Medicus insignis, qui scripsit Tractatum de generatione et Corruptione. Vivebat anno 1504.

17. Petrus Leo Vercellensis Sacerdos Saecularis, et Canonicus Ecclesiae Collegiatae della Scala Mediolani, Poeta non ignobilis, et humaniorum litterarum professor scripsit Orationes, Epistolas, et Epigrammata, quae Mediolani impressa fuere. Refert Carolus Amedeus Bellinus in Ms.^tis de vir. ill. Vercell. scripsitque praeterea Epitalamium, occasione Nuptiarum Caroli Ducis Sabaudiae cum Beatrice Lusitana, addens et illud a se lectum fuisse, et in eo auctorem

Io: Steph. Cat.

testari se Canonicatum in praefata collegiata obtinuisse ab Ludovico XI. Franciae Rege. Verum hic Ludovicus non undecimus fuit, sed duodecimus, qui Mediolanum potitus est anno 1499. Vivebat Petrus anno 1505. De eo agunt Brandius, Rossottus, Franciscus Augustinus Abbeclesia et alii.

18. Hieronymus Petiana, seu a Petiana, Vercellensis ordinis Praedicatorum, sacra et humana eruditione clarus. Vivebat circa annum 1512. Scripsit Epigrammata, et Epitaphia. De eo agunt Antonius Senens, Leander Albertus, Ioannes Michael Pio, Rossott. et alii.

19. Ludovicus Helcinus Vercellensis, Ludovici XII. Francorum Regis Orator, summae prudentiae, et eloquentiae vir. Habetur eius oratio dicta Maximiliano Imperatori, in Conventu Electorum sacri Romani Imperii de bello contra Turcos suscipiendo, impressa Francofurti. Vide Rossott. fol. 403.

20. Petrus Cara a S. Germano, quem supra vidimus datum auditorem, et Consiliarium, Ducissae Blanchae, in tutela Caroli Ioannis Amedei Ducis Sabaudiae, morum gravitate venerabilis, et sapientia, negotiorumque pertractandorum peritia inclitus. Senatoriam dignitatem Taurinii, iussu Caroli I. Sabaudiae Ducis, magna cum laude sustinuit, pluribusque legationibus apud magnos Reges, et Principes, feliciter exitu perfunctus est, ad quos etiam egregias habuit orationes, quae unacum aliis orationibus, Epistolis, et Carminibus typis Taurinensibus Petri Pauli, editae sunt anno 1520. De eo scribunt Brandius, et Ludovicus Iacobus in Bibliotheca Pontificia lib. 2, Rossotti in syllabo, Franciscus Augustinus

Franciscus Augustinus Albensis in Catalogo et alii. | Jo. Steph. Ir.

21. Pantaleo de Vercellis, seu de Confluentia, doctissimus Medicus. Edidit nonnulla sui ingenii Monumenta, quae refert Rossott. fol. 457. Vivebat anno 1500.

22. Martinus Salius Vercellensis, Poesis Amator. Edidit Catalogum Poetarum Celebriorum. Vivebat anno 1500.

23. Floruerunt itidem Guillielmus de Conradis Lignanae Vercellens. ex Dominis, Systemii Taurinensis, Canonicus Sancti Eusebii, et Abbas Monasterii de Casanova: Sebastianus Ferrerius, de quo infr. Dominus Galianici et Pater Ioannis Stephani Episcopi: Desiderius de Pectenatis, Rossinus de Morris, Jacobus de Novarexia, Petrus Agatius, Delphinus de Titionibus, Dionae Canonicus, qui Collegiatae eiusdem erectionem a Julio II. obtinuit, ut ex Bullis 8. Januarii 1507. et plures alii.

Bonifacius

Bonifacius.

Anno 1509.

1. Bonifacius Ferrerius Sebastiani Domini Galianici filius, et Ioannis Stephani Cardinalis frater Monasteriorum S. Stephani de Cittadella Vercellensis, et Eporediensis Abbas Commendatarius, vir eximii iudicii, et praestantissimi ingenii, fuit primo Episcopus Ecclesiae Eporediensis anno 1497, postea administrator Ecclesiae Niciensis anno 1500, et demum facta permutatione Episcopatus Eporediensis cum Ioanne Stephano fratre, Episcopus Vercellensis anno 1509. 3. Novembris. Sed anno 1511. defuncto Ioanne Stephano fratre, vi

Bonifacius regressu sibi reservato, ad Ecclesiam Eporediensem transiit, et eius loco Episcopus Vercellensis factus est Augustinus Ferrerius ipsius frater.

Augustinus

Augustinus

Anno 1511.

2. Augustinus Ferrerius Sebastiani filius, Ioannis Stephani Cardinalis, et Bonifacii Episcoporum, Germanus frater, primo Niciensis Episcopus declaratus Bononiae 29. Novembris 1506. mox per cessionem Ioannis Stephani fratris, S. Stephani Nodobbii Praepositus anno 1506. et S. Salvatoris Casalis Gualoni Abbas Commendatarius anno 1509. et demum dimissa Ecclesia Niciensi, ad quam electus sed nondum confirmatus fuerat, factus est Episcopus Vercellensis, ut supra dictum est, die 12. Septembris 1511.
3. Anno 1510. Vercellarum Civitas, Decreto Caroli Sabaudiae Ducis, in nitidiorem, ornatioremque formam redigi coepit. Nam aedes extolli, vias lapidibus sterni, porticus iuxta vias dirui, angulos aptari, magnam viam vulgo il Corso, etiam picturis ornari, Plateam Maximam, porticibus, aut denuo extructis, aut reparatis, circumdari, et id genus alia, quae urbis nitorem augerent, effici iussa sunt. Qua in re extant in Archivio Civitatis, tres Ducales Epistolae diei 9. et 13. Aprilis, et 29. Maii, huius anni 1510.
4. Anno 1512. die 10. Maii inchoatum est Concilium Lateranense V. Oecumenicum, indictum a Iulio Secundo

Summo Pontifice, anno praecedenti, ad occurrendum pluribus abusibus, qui in Dei Ecclesiam irrepserant. Duodecim Sessionibus absolutum est, quarum quinque sub Julio II. reliquae septem sub Leone X. celebratae sunt. Duodecima et ultima habita fuit 16. Martii 1517. Bonifacius Ferrerius, dum esset Episcopus Eporediensis, interfuit Sessionibus septimae, undecimae, et duodecimae.

irrepserunt.

5. Anno 1512. Vercellenses obstiterunt ne Leonardus Cardinalis Agennensis, qui Monasterium S. Stephani de Cittadella Vercellense, in Commendam a Julio Summo Pontifice habuerat, in ejusdem possessionem intraret. Ideo Julius Urbem Ecclesiastico interdicto subjecit. Canonici et Capitulum Mattheo Cardinali Sedunensi, Legato Apostolico in Lombardia, supplicarunt ut eis liceret privatim in Cathedrali celebrare. Rescripsit Cardinalis litteris datis Viglevani die 26. Augusti hujus anni, se nihil posse, nisi prius admonito Summo Pontifice. Anno sequente 1513. Summus Pontifex Legato indulsit, ut Vercellenses ab omnibus censuris absolveret.

6. Anno 1513. die 20. Februarii Julius Summus Pontifex extremum diem obiit. Datus est ei successor Communibus suffragiis die 11. Martii Joannes Cardinalis Medices annos natus 37. qui Leo X. nominari voluit. Statim spes omnibus injecta est moderationis regiminis, potissimum quod ejus indoles suavis et omnino pacifica videbatur. Sed spem fefellit eventus. De caetero fuit Leo litteratorum amator in primis. Vix coronatus, Petrum Bembum, et Jacobum Sadoletum, eximii ingenii, et eruditionis scriptores, postea Cardinales insignes, sibi in Secretarios accivit.

~~Inceptio ducatus~~

1. Anno 1515. die 1.a Ianuarii obiit Ludovicus XII. Franciae Rex, eique successit iure legis Salicae, Franciscus huius nominis I.us viginti duorum annorum iuvenis, gloriae cupidus, et bellico inflatus spiritu; qui statim de bello in Italiam importando, recuperandoque Mediolanensi Ducatu, quem Ludovicus extremo suae vitae tempore perdiderat, deliberare coepit. Agnito Regis consilio, Prosper Columna magni nominis Dux, multis Helvetiorum, et Mediolanensium copiis instructus, Maximiliani Mediolanensis huius impensa, ad Alpium radices se contulit, et Francos qui magno numero ad Alpes, ut in Italiam irrupturi convenerant, propulsaturus. Sed Franci Prospero eluso, aliam inierunt viam inter Alpes Cottias, et Maritimas, et in plana Salutiarum improvisi se infuderunt. Prosper nil simile cogitans, ad Villam Francam milliaribus septem Salutiis dissitam, castra posuerunt. Ac prandium tranquillus accumbebat, cum ex parte copiarum illuc a Rege immissa, oppressus capitur. Helvetii qui ad Secusiam stabant, hoc intellecto, palantes et populabundi, fugientium in morem, inde recesserunt, et Clavasium primo, deinde Vercellas populati, Novariam abiere. Haec Guicciardinus.

2. Paulo post Franciscus Rex cum omnibus copiis Taurinum pervenit, ubi magnifice a Carolo III. Sabaudiae Duce exceptus est; inde Vercellas digressus, ibi Carolo docente intellexit Leonem Pontificem foedus adversum inisse cum Ferdinando Aragoniae ~~Rege~~ Rege. Interea eodem Carolo agente spes affulsit reconciliationis cum Helvetiis, qui foederatis ob stipendia non soluta ira-

ti

irati videbantur. Et ideo Rex plures Vercellis moratus est dies. Sed tractatum abrupit Cardinalis Sedunensis, qui per hos dies, admonitus de Helvetiorum turbatione, eis Ducatos auri 30000 a Cardona Neapolis Prorege tractos, exsolvit. Quare Rex, relictis Vercellis, Sabaudiae Bastardo, et Lautrecco, qui res suas apud Carolum curarent, et si fieri posset, negotiationem cum Helvetiis resarcirent, Novariam discessit, quam extemplo in suam redegit Potestatem. Nostri instituti non est, quae deinceps gesta sunt, narrare. Innuere sufficiat bellum excitatum fuisse, tum Italiae, quae pluribus annis pene ad interitum dilacerata est, tum Franciae et Regi ipsi.

9. Anno 1516. instante Augustino Episcopo, Praepositura S. Bartholomei extra muros Mensae Episcopali iam unitam tempore Bonivardi Episcopi, cum Monasterio, et Ecclesia Leo X. Summus Pontifex Bulla data III. idus Aprilis Congregationi Jesuatorum S. Hieronimi, tradidit.

10. Anno 1517. die 26. Aprilis Augustinus Episcopus, in Palatio Episcopali Synodum Diocesanam habuit, in qua edidit et innovavit Decreta in alia Diocesana Synodo de qua supra habita ab Episcopo Joanne Stephano, iam edita. Praefatio ad eamdem Synodum quae adhuc extat, et impressa fuit typis Taurinensibus eodem anno 1517. die 16. Septembris, nos edocet, quae fuerit huius Ecclesiae antea istis temporibus conditio; sic enim habet:

" Augustinus Ferrerius Dei et Apostolicae " Sedis gratia Episcopus Vercellensis, et Comes, Universis et

Augustdruck.

"singulis nostrae Diocesis tam Clericis, quam laicis
"salutem. Iniunctae nobis debitum servitutis exposcit,
"ut ad reformandos praesertim in Clero mores, prout
"nobis ex Alto permittitur, pastorali sollicitudine so-
"lertius intendamus. Sane quamvis propterea per Prae-
"decessores nostros, nonnullae Synodalicae Constitutiones,
"quibus humana fragilitas (ad malum utique proclivis)
"sub iuris et modestiae regula, retineretur, dudum editae,
"publicataeque fuissent; quia tamen propter dicto-
"rum praedecessorum nostrorum a Vercellensi Ecclesia
"diuturnam absentiam, necnon intermissum Visita-
"tionis fructuosum officium, per non usum sublatae
"tae videbantur. Nos pro debito nostrae Pastoralis
"sollicitudinis, ne, quod damnabile est, mercenarii lo-
"cum tenere videamur, uti tenemur, ita incipientes
"mores reformare, et virtutes inserere, ad Dei honorem
"in pᵃ Synodo, in Pontificatus nostri anno praesenti
"MDXVII. Iurisdictione V. et die XXVI. mensis Aprilis
"in Palatio nostro apud Ecclesiam Vercellensem con-
"gregata, habitoque super his, cum Venerabilibus fra-
"tribus nostris Canonicis Ecclesiae praefatae, necnon
"Sacerdotibus, qui tunc aderant, matura deliberatione,
"ac eorumdem consilio, et consensu, infrascriptas Con-
"stitutiones Nᵒ Quinquaginta iam pridem bon. mem.
"Rcard. Ioannes frater noster, huic Ecclesiae praefu-
"it, editas, nonnullis, sicut expedire videbatur, addi-
"tis, in unum libellum redactas, quas observari
"volumus, et mandamus, fecimus, et publico vimus."

11. Inter caeteras Constitutiones, omnes sapientissimas,
valde notatu digna est, ea quae est ordine 43.ᵃ

* Ioannes Stephanus sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Bonomiensis frater noster.

quaeque de Spoliis agit. Ex ea enim discimus quae erat in hac Ecclesia olim disciplina circa spolia, et quanta sapientia absurdis inde provenientibus, hac constitutione provisum fuerit. Sic autem habet constitutio.

„ Quoniam vacantibus dignitatibus Ecclesiasticis, seu Beneficiis quibuscumque, quorum collatio, ordinatio seu dispositio ad nos pertinet, bona, morientibus eorum Rectoribus, vel Ministris, in ipsis inventa, ad Mensam nostram ratione spolii, ex antiqua, (ut accepimus,) consuetudine pertinere dicebantur; et sicut experientia didicimus, et Venerabilium Sacerdotum in Synodo praesenti existentium fideli relatione accepimus, ex huiusmodi spoliorum occupatione, non modo nudabantur domus Ecclesiarum aliquis bonis, et a praedecessoribus morientium relictis, verum etiam ipsis morientibus magna afflictio addebatur. Nam astantes aegrotis, aliquando plus de spolianda domo, antequam Mensae nostrae Procurator advenire possit, quam de salute male se habentis, solliciti, bona diripiebant; quo fit plerumque morbo gravati, sine astantium consolatione miseram vitam finiunt. Supplicationibus itaque totius Synodi inclinati, his malis occurrere volentes, statuimus et declaramus, quod consuetudine suprascripta non obstante Rectores, et ministri praefati de bonis et haereditates, artificio, vel doctrina, et aliunde quam intuitu Ecclesiae acquisitis, libere disponere, sicut de iure possunt, et eidem licet valeant; de caeteris, Ecclesiarum intuitu similiter acquisitis, si bona immobilia

Augustinus

||immobilia existant, illa ad Ecclesias, quarum Rectores
||existunt, pertineant; si autem mobilia sint, concedi-
||mus ut illa pauperibus etiam si consanguinei sint,
||et Religiosis Locis, ac iis, qui sibi servierint, et pro ho-
||nesta, et decenti sepultura, conferri possint; sic ta-
||men ne ex huiusmodi concessione, nostra Mensa
||nimium dispendium patiatur, sicut praesertim
||praesertim de bonis mobilibus disponentes, qui Bene-
||ficium valorem ducatorum annalium quinquaginta:
||qui vero Centum vel circa viginti quinque; qui au-
||tem quinquaginta vel circa, decem florenos: et qui
||Beneficia minoris valoris quinquaginta florenorum
||usque ad decem florenos, obtinere dignoscuntur, unum
||aureum in suis dispositionibus, seu ultimis ordina-
||tionibus, eidem nostrae Mensae actualiter persolven-
||dum Legent, aut persolvi per se faciant. Si quos
||autem ab intestato decedere contigerit, aut in sua dispo-
||sitione, nostrae Mensae non legaverit ut supra descri-
||ptum est, volumus ut in bonis acquisitis, dum-
||taxat intuitu Ecclesiae, antiqua servetur consuetu-
||do. Comminantes omnibus, et singulis tam Ecclesia-
||sticis, quam Saecularibus, sub excommunicationis poe-
||na, ac florenorum Centum, ne sub spe aliqua
||successionis impediant, nec impedire faciant per sub-
||missas personas, aliquem Presbyterorum, seu Cleric-
||rum nostrae Dioecesis, quin pro libito suae vo-
||luntatis possint testari, ac ordinationem facere de
||bonis ut supra."

12. Est etiam peculiare illud quod habetur in cap. XI, ubi decernitur sub poena viginti grossorum, ac suspen-

sionis

suspensionis a celebratione per mensem, ne ullus sacerdos ~~ne ullus sacerdos~~ praesumat celebrare bis in diem, nisi in casibus a iure expressis, vel nostra seu Vicarii nostri speciali licentia praecedenti. Ex quo discimus quod repetita celebratio, in hac Dioecesi tunc adhuc erat in usu.

13. Ad calcem vero Synodi, habentur quadraginta septuaginta septem ordinationes, quibus praescribitur forma servanda in Curia tam ad Iudicibus, quam a Cancellariis, aliisque officialibus, et Procuratoribus, in tractandis et decidendis causis cum Civilibus, tum Criminalibus. Subiicitur etiam rotulus taxae pro expeditionibus Curialibus, summa moderatione emolumenta taxans, et ad modicissimam redigens quantitatem. Quae quidem si hodie essent in usu, illud efficeretur, quod omnes boni summis exoptant, ut lites, quae nunc plerumque plus iusto prorogantur, quandoque per litigantium abusus, cavillationes, et diffugia, quodammodo immortales evadunt, maximo cum inopum detrimento, qui persaepe, a prosecutione sui iuris desistere compelluntur, rejectis ambagibus, ut dispendiis imminutis, celerem ad iustitiae tramitem, absque exceptione personarum, exitum sortirentur.

14. Hoc anno 1517. Alphonsus Petrucius Cardinalis Senensis, in Leonis Papae vitam coniuravit. In ministrum tanti sceleris Baptistam quemdam de Vercellis celeberrimum, peritissimumque Chirurgum, assumpsit, qui fistulam qua laborabat Pontifex, medicamento venenato liniret. Sed patefactis insidiis, Cardinalis

Magistrinus. Cardinalis in carcerem trusus est, ibique strangulatus. Baptista crimen confessus, cum aliis criminis consciis, vivus equis in diversum actis, discerptus est.

15. Post hæc Pontifex sentiens se plerisque Cardinalibus invisum, novis creatis, securitati suæ consulere decrevit. Quare die 1.a Julii, ejusdem anni 1517, Cardinales insueto numero, ad triginta unum creavit, et inter eos Bonifacium Ferrerium Eporedicensem, eique Sanctorum Nerei, et Achilli titulum attribuit.

16. Eodem anno 1517. in Germania, Luterana heresis exordium habuit. Corrupti tum Ecclesiasticorum mores, et indulgentiarum abusus, quarum passim fiebat mercatura, arma Luthero Saxoni Fratri Augustiniano ministrarunt, queis Ecclesiam impeteret, et deplorabilissimum schisma conflaret. Rem narrant omnes illius aevi scriptores. Guicciardinus præ cæteris audiendus est: Cominciarono, ait, ad annum 1520, ad ampliarsi dottrine nate di nuovo prima contro l'autorità della Chiesa Romana, poi contro l'autorità della Cattolica Religione; il qual pestifero veleno ebbe origine nell' Allemagna nella provincia della Sassonia, per le predicazioni di Martino Lutero frate professo dell' ordine di S. Agostino, suscitatore per la maggior parte ne principii suoi degli antichi errori de Boemi. A suscitarli nuovamente in Germania, aveva dato occasione l'autorità della sede Apostolica, usata troppo licenziosamente da Leone; il quale seguitando nelle grazie, che sopra le cose spirituali, e beneficiali concede la Corte, il

il consiglio di Lorenzo Pucci Cardinale de' Santi quattro
haveva sparso per tutto il mondo senza distinzione di
tempi, e di luoghi indulgentie amplissime, non solo
per poter giovare con esse a quegli, che ancora sono
nella vita presente, ma con facoltà di poter ottenerglie
lo liberare le anime dei defunti dalle pene del pur-
gatorio; le quali perchè era notorio, che si concedevano
solamente per estorquere denari dagli uomini, et
essendo esercitate impudentemente da' Commissarii
deputati a questa esattione, la più parte de' qua-
li comperava dalla Corte, la facoltà di esercitarle,
aveva concitato in molti luoghi, indegnazione, e scan-
dalo assai, e specialmente nella Germania, dove a molti
de ministri, era veduta vendere per poco prezzo, o giuo-
carsi in sulle taverne, la facoltà di liberare le anime
de morti dal Purgatorio. Et accrebbe, che il Pontefice
il quale per la ~~facilità~~ facilità della natura sua, eser-
citava in molte cose con poca maestà, l'offizio Pon-
tificale, donò a Maddalena sua sorella, lo emolumen-
to, ~~che~~ et l'esazione delle Indulgenze di molte parti
di Germania, la quale havendo fatto deputare per
commessario, il Vescovo Arcimboldo ministro degno
di questa commessione, che l'esercitava con grande
Avaritia, et estorsione, e sapendosi per tutta la Ger-
mania che i denari, che se ne cavavano, non anda-
davano al Pontefice, o alla Camera Apostolica,
onde pure sarebbe stato possibile, che qualche par-
te se ne fosse spesa in usi buoni, ma era desti-
nata a sattisfare all'avarizia d'una donna aveva
fatto detestabile non solo l'esazione, et i mini-
stri di quella, ma il nome ancora et l'autorità di

Angar Meg...

di chi tanto inconsultamente le concedeva. La quale occasione havendo presa, il Lutero, et havendo cominciato a dispezzare queste concessioni, et a tassare in queste l'autorità del Pontefice, moltiplicandogli in causa favorevoli agli orecchi dei popoli, numero grande d'uditori, cominciò ogni dì più scopertamente a negare l'autorità del Pontefice. Da questi principii forse honesti, od almeno per la giusta occasione, che gli era data, in quella parte scusabili, trasportandol'ambizione e l'aura popolare, et il favore del Duca di Sassonia, non solo fu troppo immoderato contro la podestà del Pontefice, et l'autorità della Chiesa Romana, ma trascorrendo ancora negli errori de' Boemi, cominciò in progresso di tempo a levare le immagini della Chiesa, a spogliare i luoghi Ecclesiastici dei beni etc.

17. Anno 1519. 12. Januarii obiit Maximilianus Augustus. Apud septemviros, de Imperio disceptaverunt Franciscus Franciae et Carolus Hispaniarum Reges. Sed praevaluit Carolus; qui Rex Romanorum, et Germaniae atque Imperator renuntiatus fuit die 28. Junii eiusdem anni. Hinc aemulatio Carolum inter et Franciscum quos natura animi dotibus, et fortuna Principatusque potentia pares fecerat. Aemulatio in odium conversa est, quod saevum, diuturnumque bellum secum traxit, ad 42. annos duraturum.

18. Anno 1521. cum Hispani duce Prospero Columna, pulsis Francis, iam Mediolano potiti essent, et Ducatum restituissent Francisco Mariae Sfortiae legittimo domino, filio Ludovici dicti il Moro, Leo X. die 1.a Decembris diem clausit extremum, anno 46. duntaxat agens

duntaxat agens. Post eius obitum non statim actum est de dando ei successore, quia maior Cardinalium pars abesse aberat, quos vocari ad electionem oportebat. Accidit autem, ut Bonifacius Cardinalis Ferrerius, Romam ad Conclave, contendens, Mediolani iussu Prosperi Columnae interceptus, et sub custodia detentus fuerit. Causa detentionis fuit, quod Bonifacius Francis favere credebatur, sicuti narrat Guicciardinus, quem propterea Prosper Papae electioni interesse nolebat, timens ne eius suffragio, et opera Pontifex Francis addictus eligeretur. Quod ubi intellexerunt Cardinales, qui iam Romae convenerant, Prospero denuntiari iusserunt se ab electione supersessuros, quoadusque Bonifacius liber dimitteretur, minantes, interea se contra eum pro rei gravitate animadversuros, si quam citissime Bonifacium non liberaret. Dimissus est itaque Bonifacius. Qui ut Romam pervenit, absque mora Cardinales negotium electionis aggressi sunt, et post paucos dies absolverunt, electo unanimis suffragiis die 9. Ianuarii anni 1522. Adriano VI. Belga Caroli V. Praeceptore, tunc absente, et qui nunquam Italiam viderat. Verum non diu Pontificatu potitus est Adrianus. Decessit anno sequenti 1523. die 14. Septembris; eique suffectus est die 19. Novembris Iulius Cardinalis Medices, dictus Clemens VII.

19. Fervebat interea bellum in Lombardia, novis copiis a Francisco Rege in Italiam immissis. Verum cum omnia infeliciter Francis cederent, Bonivetus eorum Dux, relicto Mediolanensi agro, Novariam versus exercitum duxit, ut inde Alpes transcenderet. Qua re cognita Caesareani duces Francisco de Avalos Marchioni seu Piscariae Marchione,

Augustus Dux.

Marchione, quo fortiorem, et belli peritiorem illa aetas non vidit, omnes terras circa Novariam occuparunt, et Vercellis praesidio imposito, ut illas ab Gallorum invasione protegerent, ad Blandratum castra locarunt. Bonivettus Romanianum profectus, cum ibi annonae penuria laboraret, strato super Sesitum ponte Romanianum inter, et Gattinariam, universum exercitum traduxit, et Novariam, seu Novarium versus, alio itinere profectus est. Sed Caesareis acriter a tergo insequentibus multis morum universisque tormentis amissis, inde abiit, et se trans Alpes recepit. Et sic res Gallica in Italia periit. Haec teste Guicciardino acta sunt anno 1523.

20. Francis Italia pulsis, Carolus Augustus, Caroli Ducis Borbonii, qui ab Francisco Rege desciverat, impulsu totam belli molem in Gallias importavit. Hinc Italia copiis fere nudata est. Primo impetu Aquae Sextiae et nonnulla alia minoris nominis oppida capta sunt. Sed frustra est tentata Massilia; quin imo appropinquante valido cum exercitu Francisco Rege, raptim Caesarei fugientium in morem per Genuensem oram in Italiam se receperunt. Alio itinere superato Monte Cenisio, Rex Franciscus Lucubento exercitu, ipse quoque in Italiam descendit, et eodem die Vercellas oppulit, quo Marchio Piscariae Albam. Extemplo traiecto Sesite, et pulsis ubique Hispanis, Mediolanum duxit, quod facile recepit, excepta arce. Inde Papiam obsedit. Sed occurrentibus subsidio Caesareis Duce Lannoio Neapolis Prorege, praelium ingentibus animis commissum est, in quo Francus exercitus pene ad internecionem opera

Deletus

praecipue Marchionis Piscariae, de quo supra, deletus est, et

et ipse Rex cum Henrico Navarrae Rege, aliisque Proceribus vivus in hostium potestatem venit. Haec acta sunt anno 1524. et 1525.

21. Anno 1526. variis admodum conditionibus, liber e carcere dimissus est Franciscus, pacta cessione ab eo Caesari facienda, Ducatus Burgundiae, necnon omnium iurium, quae habere posset in Regno Neapolis, Mediolani, Genuae, Belgii etc. Quam quidem Conventionem Mercurinus Gattinaria nobilis Vercellensis, de quo plura infra, Magnus Imperii Cancellarius, utpote qui eam summe detestabatur, non minus non Caesaris iussibus, addici potuit, ut suo calamo firmaret, dictitans fieri non posse, ut Rex adeo asperis staret conventis, quin imo ex iis gravius Caesari immineret bellum; sui autem muneris esse comprobare ea quae utilia, non quae Imperio noxia essent. Tanti Viri iudicium verum fuisse demonstravit eventus.

22. Anno 1527. Hispani, Duce Philippo Torniello, Novariam eruptentes, omnes circum circa Regiones diripuere, et inter eas Caresianam, Auxilianum, aliaque circumiacentia loca, quae diebantur Francis favisse. Id accidit mense Aprili. Mense Maio Roma ab Hispanis capta est, Duce Borbonio, qui tamen dum inter primos scalas ascendit, igneo globulo ictus interiit. Exinde Urbs irruentibus undique Hispanis, et Teutonibus, nefandam passa est depopulationem. Clemens VII. Pontifex Arce Adriani inclusus, se dedere coactus Ioanni Bartholomeo Gattinariae Mercurini nepoti, custodiendus traditus; qui tamen cum maxima humanitate, et Reverentia erga Christi Vicarium, se in hoc negotio gessisset, pluribus gratiis ab eo muneratus est. Hic

Augusta Taurin.

Hic est Joannes Bartholomaeus Arboreus Gattinaria, qui anno 1525. teste Guicciardino, Legatus Caesareus cum summa potestate, Clementem VII. ad foedus cum Caesare ineundum adduxerat.

23. Anno 1529. Ricardus de Tizzonibus, nobilis Vercellensis, Crescentini Comes, in domo sua, nonnullis militibus, proditore interemptus est cum omnibus de familia. Tanti sceleris auctores, quamquam adhibita diligentissima inquisitione, detegi non potuerunt. Itaque in Communem illius loci, severe animadversum est.

24. Eodem anno 1529. Carolus Augustus, multis armatorum millibus instructus Genuam appulit, et inde Bononiam profectus est. Eo ex condicto Clemens VII., qui res suas cum Caesare iam composuerat, accepit. De pace Italiae reddenda actum est, pro qua foedus pepigere Clemens Pontifex, Carolus Augustus, Carolus Sabaudiae, Franciscus Maria Sfortia Mediolani Dux, Montisferrati, et Mantuae Marchiones. Mediolanensis Ducatus ex foedere, Sfortiae restitutus est.

25. Anno 1530. Solemni pompa Bononiae Carolus V. a Clemente Pontifice, Imperator coronatus est. Adfuit inter caeteros, splendidissimo, regioque cum comitatu Carolus Sabaudiae Dux, cui primae partes a Caesare iure delatae sunt. Nonnulli etiam ex Vercellensibus interfuere, et inter eos Antonius Bovarenda equitum Caesareorum turmae praefectus, qui deinde et in expugnatione Florentiae, et in bello Hungarico adversus Turcas, egregiam Caesari navavit operam. Ibi Mercurinus Gattinara, Magnus Imperii Cancellarius, a Clemente Cardinalis creatus est.

Augustodunens.

26. Anno 1531. Carolus Sabaudiae Dux Astensem Comitatum, iam dudum Sabaudiae Regiae genti debitum, a Caesare obtinuit. Unde graves cum Francisco Franciae Rege inimicitias suscepit, ut infra dicemus. Non est praetereundum id quod ad hunc annum de Carolo Sabaudiae Duce narrat in Annal. Muratorius ex Gaspare Meirone, inquiens: " Aveva nell'anno precedente Carlo III. Duca
" di Savoia, Principe di gran senno, e valore, assediata
" la Città di Ginevra, divenuta fin d'allora, e molto più
" poi, nido d'Eresiarchi. Seco era copiosa Nobiltà, e
" il vescovo d'essa Città, che ne era stato cacciato. Sot-
" to vi stette quasi un anno; ma essendo venuti
" in soccorso de' Ginevrini i Cantoni Svizzeri di Berna,
" Friburgo, e Zurigo, fu necessitato esso Duca a far pace.
" Per quanto si ricava dal Rinaldi all'anno presente,
" aveva il Papa conceduto al prelodato Duca Carlo per
" questo bisogno, non solamente le decime degli Ecclesia-
" stici, ma anche di potersi valere delle argenterie delle
" Chiese. Ed essendo che in quest'anno, lo stesso Princi-
" pe era minacciato di guerra dai Cantoni eretici, s'
" interessò il Papa alla difesa, promettendogli soccorso
" di denaro, e scrivendo ai potentati Cattolici, per trarli
" in aiuto di lui. Il Guichenone, storico il più accredi-
" tato della Real Casa di Savoia, lasciò nella penna sif-
" fatti avvenimenti." Extat in Archivio nostro, huiusmodi Indultum a Clemente, Carolo concessum. Caeterum non sola haereticorum subsidia, Genevam immissa, sed magis haereticorum protectio a Franciae Rege suscepta, Carolum ab obsidione urbis deterruit, ut ex eodem Rinaldo colligitur.

Augusti Duces.

2) Anno 1532. die 6. Maii Franciscus Maria Dux Mediolani, confirmat privilegia, et exemptiones olim concessas Vercellensibus a Philippo Maria, sub 14. Octobris 1439. et 20. Novembris 1440, a Francisco I.o Sfortia sub 15. Julii 1462, et a Galeatio Maria Sfortia sub 2. Octobris 1473. Mediolani Ducibus, quibus mandabatur, ut Vercellenses gratis e Ducatu Mediolanensi extrahere possint fruges, et grana ex bonis per ipsos possessis in Territoriis Bulgari, Casalini, Casalis Gualoni, Villattae, Confientiae, Palestri, Nodobii etc. provenientia. Privilegia autographa asservantur in Archivio tum Capitulari, tum Civitatis. Idem praestitit alio Diplomate 6. Septembris 1533, quod hic ex Archivio nostro, summatim damus.

" Franciscus II. Dux Mediolani etc. Foedera percussa inter Illustrissimos, et Excellentissimos Praedecessores nostros, ac Illustrissimos Sabaudiae Duces, conventiones, et pacta in eis apposita, maxime Civium Vercellensium, postquam Illustrissimo Duci Philippo Mariae Vicecomiti visum est **antiquissimam** illam urbem cum eius territorio Illustrissimo Amedeo Sabaudiae Duci, donare, renovare superfluum nobis videtur, cum in praesens agatur de concessione quadam, quam Illustrissimus Dux Sabaudiae affinis, et uti frater noster honorandus, litteris manu sua propria signatis, et Cives Vercellenses supplici libello a Nobis postularunt, ut liceat subditis Sabaudiae, praedia in Dominio nostro habentibus, fructus horum praediorum, ex eo abducere; super qua postulatione etc. concedimus praefati Illustrissimi Ducis Sabaudiae subditos, a Dominio nostro exportare, et in Dominio Sabaudiae comportare

79.

Augustedunus [?]

"Sabaudiae comportare possint omnes fructus dominicales tantum, qui exempti, et in granis sint; qui vero habitationem in praedio non habuerit, fructus dominicales, et coloni, etiam in spicis, et folliculis existentes abducere ut supra possint; nam mentis nostrae est quod pars fructuum coloni, seu massarii, nec non palea, a dominio nostro avelli non possit, ubi massarius habitationem in eodem dominio nostro habeat etc. et hoc absque solutione alicujus Datii, pedagii, seu gabellae, modo tamen unoquoque anno, Sabaudiae subditi transmittant ad Magistratum annonae quinternettos, quos juxta solitum signet gratis, et absque mora etc. In quorum testimonium has fieri, et registrari jussimus, nostrique sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani die 6. Septembris 1533."

2 §. Eodem anno 1533. 30. Aprilis decessit impubes Joannes Georgius Montisferrati Marchio, postremus a Palaeologa gente. De successione exinde inquietis excitatae sunt lites. Margaritha Guilielmi Marchionis filia, et Joannis Georgii neptis, Friderici Mantuae Ducis uxor, unica ex Palaeologa gente superstes, Marchionatum ad se pertinere contendebat. Et ei quidem Carolus V. anno 1532. 31. Decembris, investituram Marchionatus eventualem ut aiunt, ubi Joannes Georgius absque mascula prole decessisset, concesserat. Ex adverso stabat Carolus Dux Sabaudiae, nixus praecipue amplissima donatione Sabaudis facta a Marchione Joanne Jacobo. Vercellenses quoque, ut alibi diximus, sibi restitui petebant oppida, et loca Casalis, Auriciani, S. Georgii prope Casale, Paciliani, Montiscalvi, Mombelli, Gabbiani, Fraxineti,

Augustodunensi

Cuineti, Pomarii, Rosignani, Cellae, Curticellae, Mirabelli, Ozani, Fridini, Palazzolii, Tricerii, Liburni, Fontanetti, Blanzatae, Saluggiae, Corgranetti, Morani, Calettae, Planubellae, Ticinioni, Balzolae, Villanovae, Grangiae Gazii, prope Villanovam &c. quibus per vim olim spoliati fuerant a Theodoro Paleologo Montisferrati Marchione. Carolus V. interim Marchionatum iure Imperii administrandum suscepit, donec de contendentium iure cognitum fuit, denuntians nulli affuturam investitionem, quae nullo acta a se tradita sit Margaritae, et Friderico Mantuae Ducibus. Coram Caesaris delegatis Antonio de Leyva summo copiarum Imperialium in Italia Duce, Marino Caracciolo, qui deinde fuit Romanae Ecclesiae Cardinalis, Philippo Archinto, qui et ipse postea Cardinalis fuit, et Archiepiscopus Mediolanensis, aliisque, diu Mediolani inter se contendentes disceptatum est. Eandem prodiit sententia, die 3. Novembris 1536. qua dictum est, possessoris ius potius esse Mantuae Ducum, reservato petitorio intra biennium disceptiendo favore bandi Ducis. Quoad Vercellenses vero Carolus V. iudicium sibi reservavit his verbis: quoad petitiones vero pertinentes Civitatis Vercellarum etc. quoniam Proceres non sunt plene instructi, earum deliberationem nobis reservamus etc. Et ita die 29. Novembris 1536. iussu Caesaris, tradita est ab Alvaro de Luna, Margaritae, et Friderico Mantuae Ducibus, Marchionatus possessio.

29. Eodem anno 1533. Clemens Pontifex secreto cum Francisco Rege Franciae egit, ut extra Italiam colloquium haberent. Nicaea Provinciae urbs, ad id destinata fuit. Sed renuente Carolo Sabaudiae Duce, ne Carolo V. suspicionem iniiceret,

inierint, Massilias convenerunt. Sabaudi recusatio, Franciscum Regem ipsi iam infensum, vehementius exasperavit.

30. Anno 1534. die 25. vel 26. Septembris, vitae cursum explevit Clemens VII. Summus Pontifex; eique sublectus est communibus suffragiis Alexander Cardinalis Farnesius, die 12. octobris sequentis, dictus Paulus III., vir multae eruditionis, nec minoris in negotiis pertractandis dexteritatis.

31. Anno 1535. Carolus V. expeditione in Aphricam suscepta, Guletam arcem, et Tunetum, acie superato Ariadeno Barbarossa, celebri pirata, expugnavit. Antonius de Morozenda, de Quinzia, nobilis Vercellensis, in Caesaris exercitu fuit, atque virtute, et praeclare gestis enituit.

32. Die 24. octobris, eiusdem anni 1535. decessit absque liberis Franciscus Maria Sfortia Dux Mediolani, Carolo V. haerede instituto; quod plurimum bellorum causa, et origo fuit. Nam Franciscus Franciae Rex Mediolanensis Ducatus iterum potiundi cupiditate aestuans; ut sibi iter per Alpes in Italiam panderet, muniretque, contra Carolum Sabaudiae Ducem, cui iam infensus erat, tum ob denegatum congressum Niceae cum Clemente Pontifice habendum, tum quia Carolus Caesari, ad quem, Ludovicum eius primogenitum, qui hoc anno mortuus est, miserat, ut in eius aula educaretur, addictior videbatur, causas belli praetexere coepit. Itaque Sabaudo denuntiari iussit, ut sibi Niciaeam, et nonnulla loca in Marchionatu Saluciensi, quae sui juris esse dicebat, restitueret. Eo recusante, bellum eidem indixit, eumque imparatum nactus, primo impetu per Chabodum Ducem, universam occupavit Sabaudiam.

[illegible]

mox nullo prohibente, translato in subalpinas Regiones bello, Pinarolium, Fossanum, Clerium, et Taurinum suae ditionis fuit. Inopinato malo perculsus Carolus, ut familiae suae consuleret, Beatricem uxorem cum Emanuele Philiberto filio, Mediolanum misit, ipse se Vercellas recepit. Ibi cum Antonio de de Leiva summo Caroli V. Duce, et Mediolanensis Ducatus administratore, Consiliis initis, adversus Chabodum ire decrevit. Itaque Leclerrime, coactis copiis et Vercellis egressus Chabodum audacter progredientem, non nullis ~~secundis praeliis~~ praeliis secundis fretus, cohibuit, compressitque, et Fossanum, aliaque oppida, ad deditionem compulit. Antonius de Novarenda ab Africa redux, egregiam de more Carolo navavit operam. Haec acta sunt anno 1536.

33. Eodem anno 1536. die 29. Maii indictum est a Paulo III. Concilium Oecumenicum habendum Mantuae, et inchoandum die 23. Maii anni sequentis 1537. Sed nonnullis subortis difficultatibus, Concilium translatum est Vicentiam, inde Tridentum, ut supra diximus. Interea Carolus Augustus ab Tunetano bello, triumphans regressus, primo Romam appulit, et deinde Lombardiam pertransiens, Astam, mox ~~[illegible]~~ Savilianum concepit. Ibi decretum est, bellum in Franciam transferendum esse. In exercitu Caesariano, inter caeteros aderat Carolus Sabaudiae Dux, Antonius de Leiva, Alphonsus Marchio del Vasto, et Ferrantus Gonzaga. Verum occupatis Aquis Sextiis, et nonnullis minoris nominis oppidis, atque Massilia frustra tentata, cum Franciscus Rex Magno cum exercitu immineret, Caesar re infecta, copias movere coactus est.

34. Hoc ipso anno 1536. obiit Augustinus Ferrerius Episcopus Vercellensis. Eius elogium habemus ad calcem Synodi 1517, ab auctore synchrono, his verbis expressum: Iustitiae custos, fidei, et pietatis, et alter eloquio Cicero, religione Numa. Palatium Episcopale auxit, ornavitque. Ecclesiam Cathedralem S. Eusebii, pluribus donariis, muneratus est. Eius munificentiam testantur crux, Baculus Pastoralis, aliaque argentea ornamenta, quae adhuc supersunt, affabre elaborata.

Augustinus, Bonifacius.

35. Bonifacius Cardinalis Augustini frater, ratione regressus sibi reservati, iterum a Paulo III. Ecclesiae Vercellensi praepositus est die 1a Septembris. Sed eam paullo post, hoc est die 20. Decembris eiusdem anni 1536. Petro Francisco Ferrerio fratris filio, cum administrationis reservatione resignavit. Anno 1539. ad Concilium, quod Vicentiae celebrari debebat, Legatus a latere ab eodem Paulo III. missus est una cum Cardinalibus Brundusino, et Simonetta, de quibus idem Pontifex in Bulla convocationis Concilii Tridentini diei 22. Maii 1542. haec habet: tres Legatos summae virtutis, et auctoritatis a latere nostro, de eorumdem fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium numero, vel consilio Vicentiam miseramus, qui initium concilii facerent, Praelatosque undique advenientes exciperent, et ea quae iudicarent expedire, agerent, ac tractarent. Eodem anno 1539. Legatus Bononiensis constitutus est, ubi dum Legationem gereret, Ferrerium Collegium, certis praescriptis statutis, pro sustentatione nobilium pauperum Pedemontanorum, qui studiis vacare vellent, quorum electio, et approbatio ad familiae suae haeredes spectaret, erexit, dotavitque. Interfuit Comitiis, quibus

Augustinus
Bonifacius

Adrianus VI, Clemens VII et Paulus III Pontifices creati sunt. Sub Clemente VII Episcopus Albanensis primum, postea Praenestinensis, ac demum sub Paulo III Episcopus Tusculanensis, et Portuensis factus est. Multa, eaque ampla ex argento, Ecclesiae suae liberaliter dono dedit: Aedes Episcopales amplificavit. Obiit Romae anno 1545 mense Januarii, et sepulcrum habuit in Ecclesia SS. Trinitatis, unde translatus est Bugellam, et conditus in Ecclesia S. Sebastiani, a Sebastiano eius Patre constructa.

Viri Illustres
Qui Floruerunt
Sedentibus
Bonifacio et Augustino Episcopis.

36. Inter primos recensendus est Mercurinus Gattinara ex Comitibus Arborii. Familia de Arborio, sic dicta ab eius nominis oppido, districtus Vercellensis, sito ad ripas Sessitis, et decem milliaribus septentrionem versus, ab urbe dissito, est una ex antiquioribus et nobilioribus Civitatis Vercellarum, atque omni aevo viros armis, doctrina, et dignitatibus tam saecularibus, quam Ecclesiasticis insignes protulit. Inter caeteros magno numero recensentur:

Florus, qui circa annum 1190 contra Novarienses pro Communi Vercellarum fortiter, et feliciter diu pugnavit.

Petrus, qui pro eodem Communi dux contra Imperatorem Fridericum I. Longobardis foederatis, egregiam navavit

navavit operam.

Ubredisius Petri filius, belli artibus, et pluribus praeliis adversus Eporedienses, pro eodem Communi memorabilis.

Beatus Vermundus Episcopus Eporediensis, qui florebat circa annum 1005, quique fundationem Monasterii Fructuariensis confirmavit, vir sanctitate, et doctrina insignis.

Joannes. Episcopus Taurinensis anno 1245, et ipse vir plurimae pietatis, et prudentiae, de quo alibi.

Marcus de Gattinaria, Philosophus, et Medicus illustris, qui multa praeclara opera in re medica conscripsit, de quibus Rossottus in Syllabo pag. 412. et 413, quaeque pluries typis edita sunt. Iuxta Renatum Moreau apud eumdem, floruit anno 1440. sed iuxta Wolfangum Iustum ibid. anno 1506.

37. Flagrantibus factionibus Guelpha, et Gibellina, primo Imperii partes secuta est, mox partibus Ecclesiae, unacum Advocatis, se totam addixit. Anno 1310. 15. Decembris Advocati, et Arborii Principes Guelphorum Vercellensium, adnitente Henrico VII. Imperatore, pacem cum Tizionibus, reliquisque Gibellinis, composuerunt. Verum cum somniaquo Ecclesiae detrimento stare intellexerunt, iterum anno 1312. pulsis Tizionibus, et Ecclesiae vexillis elatis, pacta societate cum Roberto Neapolis Rege, Vercellas, seque ab auctoritate Caesaris subduxerunt. Itaque Henricus ira frendens, sententia lata Pisis 16. Iulii 1313. Advocatos Arboriosque, veluti rebelles, et Caesareae Maiestatis reos, capite damnavit. Vide quae supra diximus in Uberto.

38. Haec nobilissima gens, deinceps, in plures propagines divisa est, quarum singulae peculiare cognomentum

Augustinus.

Bonifacius.

adoptarunt, quorum ab alia recensent. Franciscus Augu-
stinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis in Corona R. Sabaud.
par. 2. fol. 232, plusquam triginta, antiquioribus saeculis
fuisse dicit, nempe de Arborio simpliciter, de Ardizino, de
Biamino, de Bozolo, de Bonsignore, de Calpiniano, de Ca-
pitano, de Castro, de Comello, de Cassidico, de Cabrino,
de Cavallino, de Entremontio, de Garbalotto, de Gabriello,
de Gattinaria, de Greggio, de Lapone, del Preto, de Robba,
della Rouletta, de Ruggerino, de Riccio, de Reggio, de Sa-
giente, de Signorino, de Squarra, de Spagnolo, de Tebys,
de Urbietto, de Vidano, de Urbano, de Augustino, de Fa-
ciotto, de Testa, de Abbate etc. Et subdit quod anno 1620,
caeteris extinctis superstites duntaxat erant sequentes, nempe:
de Ardizino, de Biamino, de Bozolo, de Comello, de Janiotto,
de Gattinaria, de Greggio, de Gabriello, de Ruggerino, de Signorino,
de Squarra, de Riccio, de Testa, de Preta, de Urbietto, et de Vi-
dano. Nunc certe longe sunt pauciores. Nam supersunt tan-
tummodo illa de Biamino, et illa de Gattinaria, quae
ambae florentissimae sunt in hac urbe; et illa de Comello
quae Arborii pauperem colit agrum. Tres praeterea ob ag-
gregationem, inter Arboreos computantur, Mella, de Advocatis
et Gilotta. Prima in hac urbe floret Comitali titulo in-
signita. Duae postremae, quarum illa de Advocatis [illegible]
hinc commigravit, Arborii et ipsae tenuem habent cen-
sum, et ruri sunt addictae.

39. Mercurinus itaque ex nobilissimae huius gentis pro-
pagine de Gattinaria Vercellis natus, genitores habuit Paulinum
de Arborio, et Feliciam feminam nobilissimam e praeclara
stirpe de Ranzo, Vercellensem. Eum Franciscus Augustinus
ab Ecclesia in Chron. fol. 446, merito appellat Iurisconsultissi-
mum

+ consultissimum

Augustinus Bonfadius.

Iurisconsultissimum, consilio, et prudentia eximium, ad quem in difficillimis, ac pene desperatis causis, tamquam ad oraculum, homines e longinquis etiam Provinciis, confluebant. A Principibus certatim expetitus, plura munera, eaque maxima, apud ipsos summa fide, et prudentia gessit, nempe Consiliarii intimi Ducis Sabaudiae annis novem, totidem Praesidis Burgundiae, et Magni Cancellarii Caroli V. Caesaris annis duodecim. Inter caetera eius praeclara gesta, non infimae notae est illud, quod innuimus his n° 21. Guicciardinus lib. 16. ad annum 1526. recitat prolixam vehementem, et elegantem orationem, hac de re a Mercurino in Consilio, coram Caesare habitam. Vide ex Genonio apud Raynaldum annal. Eccl. ad annum 1529. pacem Cameraci compositam Imperatorem inter et Franciscum Franciae Regem, qua Imperator Burgundiam cessit, contentus Italia, ipse opus Mercurini, qui Caesarem ultra modum Burgundiae cupidum libere monuit, solidam pacem a Francis sperari non posse, ubi Burgundiam tradere cogerentur. Ob quae, aliaque plurima, quis Ecclesiam, et orbem fere universum, sibi maxime demeruerat, cum Andrietta de Avocatis uxore per id tempus orbatus esset, a Clemente VII. eodem anno 1529. (non anno 1530. ut perperam supradiximus) die [illegible] Iunii, in Amplissimum Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegium cooptatus fuit. Qua tamen dignitate, non diu potitus est. Decessit die 5. Iunii anni sequentis 1530. Oeniponte (Inspruck) in Comitatu Tyrolensi, annos natus 65. Eius Cineres, Gattinariam, ut ipse mandaverat, relati sunt, ibique conditi.

40\. Hinc potentissimi moris convincitur Guicciardinus, dum Mercurinum asserit humili natum loco. Errores multiplicasse-

sitr

Augustodunis

Bonifacius.

Mercurius

pariter convincitur Mercurius, qui agens de praeclarissimo hoc Cardinali, inquit: Mercurin Arborio Chancellier de l'Empereur Charles V., puis Cardinal, etoit Originaire de Bourgogne, et natif de Gattinara ville de Piemont, et non pas de Verceil come quelques modernes l'ont assure. Pour couvrir la bassesse de sa naissance, il obtint de Charles V. la seigneurie de Gattinara. Depuis il obtint le Chapeau de Cardinal de Clement VII. Le 13. [12.] (hic pariter error pro Martis) ~~Aout~~ Aout 1539.

41. Illustria supersunt adhuc munificentiae, et pietatis, huius Celeberrimi Cardinalis monumenta. Gattinarienses incolas, pluribus in vicis sparsos, in unum oppidum, ubi olim erat Burgus Plebis S. Laurentii, ipse collegit, quod vallo, et fossa munivit. Ubi prope in Ecclesia, quae Sanctae Mariae de Rhade appellatur, pingue Beneficium Ecclesiasticum fundavit, dotavitque. Gattinariae praeterea duo Monasteria, Canonicorum Regularium Lateranensium unum sub invocatione S. Petri Apostoli, et Monialium Sanctae Clarae alterum.

42. Non pigeat hic arrepta occasione, ad Patriae historiam illustrandam, aliquam alia adnotare. Ubi nunc surgit praedicta Ecclesia S. Mariae de Rhade, extabat antiquis temporibus celeberrimum Castrum, de Rhaude appellatum, ex quo communicantes agri, Rhaudii vocabantur. In diplomate Othonis III. Imp. Maii 999. Legitur: damus etc. Districtum, et Theloneum in Rhaude, Ghislarengo, Arborio, Greggio, Albano, Oldenico, etc. In diplomate Conradi Augusti 7. Aprilis 1027. ibi concessimus etc. Gattinariam cum Districtu etc. Districtum, et Theloneum in Rhaude Arborio, Greggio, Albano, Oldenico etc. In Diplomate Henrici V. Imp. 30. Novembris

1191. ibi: Confirmamus Ecclesiae S. Eusebii etc. Oldenicum, Albanum, Greggio, et Arimannos de Arborio, Ghislarengum, Lentam, cum Monasterio Sanctimonialium, Rhaude, Gattinariam, Victebbium, Rantum Bornadoch. Praeterea in Chartis Archivii Civitatis, ubi agitur de Gattinaria, fere semper occurrit mentio de Rhaudis; atque propterea videatur positum extra dubium, ibi fuisse antiquos campos Rhaudios. Iam vero ex Plutarco in Vita Marii, scimus a Romanis Duce C. Mario adversus Cymbros, et Teuthones, pugnatum esse in agro Vercellensi, et signanter ex Velleio Paterculo, et Sexto Aurelio Victore, in Campis Rhaudiis. Itaque certum tenemus praelii locum, nempe in Agro Vercellensi, in Campis Rhaudiis: certus pariter est situs, quem occupabant veteres Campi Rhaudii. Itaque certum est locum certaminis fuisse eam planitiem, quae Vercellas inter et Gattinariam iacet. Verosimile admodum est Cymbros et Teuthones etiam occupasse partem agri Vercellensis trans Sesitem, Novariam versus, et ibi quoque pugnatum fuisse. Id enim madet tum ingentis eorum multitudo trecentorum millium, et amplius, quae non nisi latissimis campis contineri poterat; tum eorum a Penninis iugis, per valles Ossulae, in Italiam descensus, et ad has Regiones seu Novariensem agrum accessus. Extat vicus quatuor milliaribus circiter Novaria, Vercellas versus dictus, Arcomarianus dictus antiquitus, quem corrupto vocabulo Camarianum apellant. Certissima persuasio est, hoc vocabulum ab Arcu, quem Marius post victoriam ibi triumphalem erexit, derivatum. Qua de re videndus Carolus a Basilica Petri Episcopus Novariensis lib. 1. Nov. Sac. fol. 92. Praeterea scimus Catulum alium ex Romanis Ducibus, in pugna Castellum editum extruxisse

Argentoratum.
Brandfordium.

unde pugnantibus in subiecta planitie, opportunis consiliis provide-
~~rent~~. Non absona coniectura ducti censemus, huiusmodi Castellum
illud ipsum esse, cuius reliquiae adhuc servantur cum
arcubus admirandi operis, in praerupto colle ad Sesitis ripas
situm, et Gattinariae oppido campisque Rhaudiis imminens,
quod antiqui Catinarium, ~~Sancti~~ Laurentii appellamus.
Antiquioribus aetatibus Catularium appellatum fuisse,
ob id, quod ibi Catulus Castra habuerit, et Arcus Trium-
phalis Mari exemplo, post victoriam ~~exerit~~ erexit, certissima per-
suasio est apud scriptores nostros.

143. Non ignoramus plures de huius victoriae situ, opi-
niones esse apud Scriptores. Panvinius, Sigonius, Tillemon-
tius, Pighius, Marchio Scipio Maffeius, aliique non pauci,
hanc pugnam accidisse aiunt in finibus Veronensium
ad Athesim fluvium. Haec opinio nititur auctoritate
Livii, Flori, et Valerii Maximi. Livius scribit quod Ca-
tulum Proconsulem repulsum ab Alpibus, ad flumen At-
hesim, castellum editum insedisse. Florus eadem oppor-
tius loquitur, inquiens Cymbros ad Tridentina iuga venisse,
eaque superasse, atque Catulo pulso in Venetia man-
sisse, ubi vino, et carnibus elanguerunt, ibique tandem
profligatos fuisse. Adstipulari videtur Plutarcus, dicens Cym-
bros divisos a Sociis, et contra Catulum iniit perico-
rissum. Valerius Maximus lib. 5. cap. 8. narrat Romanos
apud Athesim flumen, impetum Cymbrorum sustinere
minime potuisse, et deserto Consule Catulo, pavidos au-
fugisse. Ideo Sigonius confidenter ait textum Plutarchi,
ubi prope Vercellas pugnatum esse habet, vitiatum esse,
et pro Vercellis Veronam legendam esse. Sed contrastat
Eusebius Caesariensis in Chronico, qui Cymbrorum excidium

~~a venisse, eaque superasse~~

Argumentum Bonifacii

excidium statuit iuxta Eridanum. Praeterea notandum est non Athesim, sed Atisonem, seu Atosonem (ut nonnulla habent Exemplaria Graeca) teste Plutarcho, Cymbris a Catulo objectum fuisse. Nam flumen est non ignobile quod a Penninis Alpibus scatens, et per vallem Ossulae labens, in Verbanum lacum exoneratur, a Lombardis vulgo Latos, seu Latosa appellatum. Hoc autem Atisonem, seu Atosonem Plutarchi esse, dubitari non posse videtur. Unde Florus, et caeteri, quod Athesis Athisonem seu Atosonem notior sit, facillime in errorem induci potuere, pro Athisone, Athesim scribentes. Adde ex Plutarcho Cimbros ab Athisone tertia die in Agrum Vercellensem populabundos irrupisse, ibique pugnam accidisse. Verum, non potuit, ait Carolus a Basilica Petri supra, ab Athesi tanta multitudo tertio die venire Vercellas; neque si Athesim reliquerant, a Venetia potuerant, ubi Florus eos ait moratos barbaros; intersunt enim passuum circiter centum quinquaginta millia; imo etiam si propius iam venissent versus Insubriam, non erat cur alios planities, aut campos quaererent, sunt enim ibi amplissimi; neque etiam credibile est, barbaros populantes per Insubriam, aut vicinas regiones transire potuisse, ob frequentes, magnasque urbes, ac Praesidia, Brixiam, Cremonam, Mediolanum, aliaque maxime ob fluminum impedimenta Ollii, Abduae, Ticini. Quibus argumentis Castra Cimbrorum, et Catuli, et Marii, propius locanda sunt, ut et cum angustis locis, montanis, spatiosiora quaerenda erant, et ad ea tertio die pervenire possent; qualia sunt Atisoni nostro vicina; inde enim Vercellas ad Quadraginta millia passuum numerantur. Florus autem utpote ab eo tempore valde remotus,

Augustodurus

Brodfardus

decipi potuit ignoti fluminis nomine, ut pro eo Athesim acciperet; quo posito, alia consequentia erant de iugis Tridentinis, et de Venetia; ipse vero historiam more suo exornans, ac de Cimbris, vino, et carnibus in ea Regione emollitis, addere potuit. Quod Plutarchus ait Cimbros a Bactris divisos, ut per Noricum irent, non efficitur re ipsa ad Tridentinum ingressos fuisse; per Alpes Ossulanas Ationi Vicinas, breviori via, plurimis locis in Italiam defluere, ac descendere potuerunt, aut vero per alia loca, ante Tridentinos, ut Catulum praevenirent, si is apud Tridentinas Alpes consedisset. Ation noster ex Alpibus Penninis cadens, per vallem Ossulae, quae passus habet latitudinis mille, longitudinis quindecim, atque angustias fluit, et in Verbanum postea recipitur. His consonant quae habentur libro 16. Cavilissima Hieronimi Verboni apud Cl. Trium hist. Trid. lib. 1. fol. 8. ibi: Sunt per Alpes, quas Domum Ossulam dicunt, quas Caesar in initio tertii Commentarii, summas Alpes appellat, unde nostra memoria mercatores, cum mundinas Lugdunii celebrant, eo itinere solent merces convehere; quamvis itaque attritae sunt hae a Theotiscis viae in nostra incommoda, quas natura asperitate invias fecit, munivitque Italiam, non dum Alpibus, sed hinc inde Thirrheno et Adriatico Mari. Sed nihil audentibus mortalibus obsistere potest. Ex summis enim Alpibus, non longe a Pago Octoduro, nunc Sancti Martini (fortassis Sancti Mauritii) appellatio viget, non procul a Sedunensi Civitate, quo itinere Cymbros olim Italiae opum cupidos venisse putamus, atque iuxta flumen Athesim castra metatos, non apud Athesim

Augustinus

Bonifacius.

interlabentem Veronensium moenia, ut depravati codices dicunt. Nam Athesim in ipsis summis Alpibus decursum in Verbanum Lacum influit, itinere tantum, quod duorum dierum, Vercellis distet: Athesis vero sex dierum. Ipse quando Alpinus Marius cum exercitu Romano, non procul a Athesa consedit prope oppidum Cimaria, quod adhuc nomen retinet, quasi Castra Mariana, et ipsius Cimbri pars altera exercitus apud Aquas Sextias, Teutonia posuit, quae locum nunc Provinciae Aquas appellamus; unde faciliori transitu per summas Alpes in Italiam venitur, quam per Noricos montes, qui Veronae imminent. His addendum est, quod de hoc bello scribit Livius, nempe Q. Catulum repulsum ob Alpibus, ad flumen Athesim, castellum editum insedisse. Non absque fundamento opinamur, ibi pro Athesi, Sesitem reponendum esse. Nam Catulus ut Cimbros ob Alpium transitu prohiberet, primo ad Athesim constiterat; sed cum barbari per nives, et ardua montium se deiecissent, illis resistere non potuit volens, inde recepit. Itaque non ad Athesim, qui inde nimium distans est, sed ad Sesitem, proximum fluvium se recepit, ibique editum castellum insedit, quod ab ipso Catulo, Catularium postmodum dictus est, ut scriptores nostri uno ore testantur.

44. Hinc corruunt etiam aliae, quas habent scriptores, de huius pugnae loco opiniones. Cluverius et Cellarius Geographorum celeberrimi, opinantur Campos Rhaudios, ubi pugnatum est, fuisse, ubi nunc Rodobium vulgo Robbio, oppidum Dioecesis Vercellensis octo milliaribus

Condianus.
Argentarius.

ab urbe dignitum, extat. Ad Caudiam oppidum pariter huius Diocesis campos illos locant Alciatus, Castillioneus, Carolus a Basilica Petri, aliique Mediolanenses scriptores. Eusebius, inquit Carolus a Basilica Petri, cit. lib. 1. fol. 33. Cimbros ait iuxta Eridanum a Mario superatos: et Florus in patentissimo campo, quem Caudinum vocant; et Plinius quoque de viris Illustribus agens, idem significasse videri potest. et Velleius quoque, dum in Campis pugnatum ait, quibus Raudis nomen erat. Nam pro K. potuit R. facile accipi. Ad Caudinum, si Alciato, et Castillioneo emendantibus credimus, alioque dictum pro Caudio intelligemus, oppido neque ab Eridano, neque Vercellis, neque Arcomariano, valde distante Diocesis Vercellensis, Caudia nunc appellato, ubi vere maxima planities, sicut in Regione omnique circum est. Nimis violenta est interpretatio.

4.º Violentioribus adhuc, et plane ineptis interpretationibus, utitur alia opinatio, quam edidit Cl. Iricus hist. Trid. lib. 1. fol. 9. Statuens campos Rhaudios, in planitie Tridinensi. Eam praestat ipsiusmet auctoris exponere: Asserere non dubitamus, inquit, Rhaudios campos, eam esse planitiem, quae Vercellas inter, et Eridanum iacet, signanter autem agrum oppidi nostri, in quo plura supersunt non spernenda Rhaudii nominis monumenta. Primo enim assurgit domine vix milliario, occidentem versus collis, in quo pagus Montarolo insignis Abbatiae Laudensis membrum. Vicum hunc eruditissimus Abbavillaeus in parallelis montem Aureoli vocat, quo fundamento nixus, ignoro ego. Videtur ergo potius Montirolo corrupte

corrupte nunc pronunciari pro monte Rhaudio. Idem de alio colle Orientali dicimus, in quo vicus alius Robella in ipsis Eridini finibus, quod esse potuit olim Rhaudella, unde subiecta planities Campus Rhaudius dictus fuerit. Id confirmat et nomen vici, qui ad annum usque [illegible] non procul ab hodiernis Eridini moenibus stetit, et Camprondum dicebatur, corruptum uti censemus a Campo Rhaudio. Perdurat adhuc Pratis, in ea planitie sitis, vetustum nomen, tametsi Vicus ipse Vercellensium armis, ut loco suo diximus, funditus deletus fuerit etc. Memorantur in privilegio Ottonis Augusti, dato Romae Nonis Maii anno 999. (quod qui cupit integrum, adeat dissertationem nostram de S. Olgerio, huic annexam operi pag. 4.) Vicus quidam nomine Raucidus inter ea, quae piissimus Caesar Vercellensi dedit Ecclesiae, his verbis circa diplomatis finem: Cortem ~~quandam~~ Quadradellam cum districtu Arimanorum, et Theloneo, et aqua Sodi et portum Clavasii cum utriusque ripis, usque ad Ellerum, ubi vetus Duria intrat in Padum, et a Duria usque Raucidum, et Maricinca silva de Lucedio, et Annum siccum, et Casam Ugonis, et silvam Palazolastam. Certum quidem tenemus plures in hoc Diplomate Amanuensium errores irrepsisse, ideoque nobis suspicio est pro Raucido Rhaudium in Autographo legi, nisi forte tot saeculorum decursus, iam vetus Rhaudii nomen in Raucidum convertisset. Hunc autem vicum vicinum fuisse silvis Locediensis, et Palazolastae, agro nostro confinibus, ipsa clamat litera. Cum igitur locum adhuc corrupto nomine insignem, apud Eridanum iuxta Eusebium, prope Vercellas iuxta Plutarchum

Braidanis,
Arrigodunus.

Bonifacius. Augustinus.

in finibus Provinciae in qua inclyta olim stabat Pollentia
iuxta Claudianum, situm teneamus, sententiam nostram vero-
similliorem indicamus. Est enim simul consentientibus
quae mea Scriptorum, et quidem vetustissimorum te-
stimoniis apte consentiunt, a ~~[illegible]~~ praesidentia prorsus
alienum videtur, in tam patenti negotio haesitare. Hic
scriptor sibi nimium adblanditur. Interpretationes quas
offert, absonae prorsus, et violentae; et si aliquid efficerent,
omnia vocabula hoc interpretandi modo, proposita ad
sensus omnino alienos detorquere. Diploma Otthonis,
quod offert, eo loco est vitiatum et corruptum. Auto-
graphum quod apud nos, et in Archivio Civitatis as-
servatur, habet: usque Padi a Porta Clavorii cum utrisque
ripis usque ad Cerrum, ubi vetus Duria intrat in Padum,
et a Cerro usque in Midiae, et Marnicam silvam de Lo-
ceio, et Nemum siccum, et silvam Valapolastorum etc. Idem
habetur in Diplomate Conradi 7. Aprilis 1027, in quo
Diploma Othonis exscribitur, et confirmatur. Neque igitur
suffragatur auctoritas Eusebii dicentis pugnatum fuisse
ad Eridanum. Nam praeterquamquod ea potiori-
re favet opinione dicentium pugnatum fuisse ad
Caudiam, nostrae sententiae tantum abest ut obsit,
quod imo eam confirmat. Siquidem Campi Rhaudii,
Eridanum inter, et Sesitem fluvios, non multis mil-
liaribus interne dissitos, iacent. Porro Rhaude nomina-
tum etiam legimus in Diplomate Henrici VI. dato Me-
diolani 30. Novembris 1191. ibi: Confirmamus Ecclesiae
S. Eusebii etc. Oldenicum, Albanum, Greggium, et Arimannos
de Arborio, Ghislarengum, Lentam cum Monasterio Sancti-
monialium, Rhaude; Gattinariam, Vintebbium cum suis

cum suis pertinentiis, Naulam, Bonado, Gravacorium etc. Quae adeo clara sunt, ut de campis Rhaudiis, eorumque sita, nulla amplius supersit dubitatio. Ad Mercurinum nostrum regrediamur.

Bondzaudis
Reynold ...

46. Ad Mercurini tumulum in aede S. Petri de Gattinaria, hoc Epithaphium incisum legitur:

Mercurinus Arboriensis de Gattinaria, post multos honores, rarissimaque dignitatum insignia, quae summa tum virtute, tum fide apud omnes fere Christianos Principes promeruit; sedatis tandem suo consilio totius Christianitatis tumultibus, firmatoque fortunatissimi Caroli per Coronationis triumphum, Caesareo Sceptro, placida in pace Insprach, naturae concedens, in Patriam referri cineres jussit, suorumque posuit his monumenta laborum, posteris adnotari. Vixit annos 63. Illustrissimi Ducis Sabaudiae Consiliarius annos novem, totidem Magnus Burgundiae Praeses: annos duodecim supremus, et augustissimus Caesaris Cancellarius: postremo ad Cardinalatum evectus, Gattinariae, Valentiae, ac Sartiranae Comes, Marchio Romagnani, Heros Montisferrato, ac utriusque Siciliae, L. Junii 1530. diem felix clausit extremum, qui vivens publicae, semperque negotiis opusque extitit, moriens publicis pedibus hic calcari statuit.

Ad laevam Altaris erecta conspicitur statua Marmorea Cardinalis, cique substrati leguntur hi versus.

Quis sim, qui tegor hic humilis sub marmore fossae
Nosce cupis vitae disce peracta meae.
Sanguinis Arborii sum Mercurinus, ab ipsis
Progenitus cunis, legibus et studiis.
Prima meos vidit Sabaudia clara labores,
Cum Princeps lateri jussit adesse suo.

Bonfandy
Alexandre.

Exinde Burgundis Praeses, maioribus inde
Caesaris accitus sum datus officiis.
Quidquid in Hyspanis, quidquid Borealibus actum,
Sive Italis, nostri cura laboris erat.
Non aurum, nec vis potuit pervertere mentem,
Iura nec intactae fallere iustitiae.
Me duce, per Ligures perdocta Bononia caepit,
Hinc Clemens Regni tradidit Imperium.
Reddita pax cunctis, optata ad foedera duxi
Franciscum, et Venetos, Ferrariaeque Ducem.
Hinc pillo ornatus, Caesar diademate cinctus,
Sumpsimus in Rhaetos, Vindelicosque viam.
Carolus hic Lutheri, dum dogmata foeda coercet,
Dumque paro in Turcas, protinus en morior.
Nec tamen ingratum Patriae sensere nepotes,
Queis manus, ingentes, nostra reliquit opes.
Denique bina Deo Caenobia sacra dicavi.
Canonici pro me solvite rite ~~preces~~ preces.

Vixit annos 63. Moritur in Insprucli die 5. Iunii 1530.

47. Uxorem habuit, ut diximus, Andriettam ex Nobilissima Familia de Advocatis ex qua unicam suscepit filiam, Allixiam nomine, quam Alexandro de Lignana ex Dominis Septimi Taurinensis, in Matrimonium dedit, unde prodierunt Valentiae Marchiones. Feudum Gattinariae, Georgio Primogenito Caesaris fratris, testamento reliquit. Hic Georgius fuit etiam Marchio Romagnani, et Caroli V. Magnus Dapifer. Ab eo recta linea profluunt Marchiones Gattinariae. Mercurino duo fuere fratres, qui pariter doctrina, pietate, et dignitate conspicui, de quibus mox.

48. Gabriel Arborius de Gattinaria Mercurini frater, Canonicus regularis, vir probus, et doctus. Fuit quater Abbas Generalis sui ordinis, obiit Mantuae anno 1547. et sepultus est in Ecclesia S. Bartholomaei.

Bonifacius
Augustinus

49. Laurentius, alter Mercurini frater, fuit Administrator Archiepiscopatus Salernitani. Obiit circa annum 1560.

50. Plures alii eiusdem propaginis per id tempus floruerunt, Mercurini consanguinei. Inter quos.

Guillielmus ordinis Eremitarum S. Augustini, quem Rossottus in Syllabo appellat virum eruditione magnum, et Theologum Egregium. Fuit Episcopus Nicomediensis, et inde Suffraganeus Episcopi Vercellensis. De eo mentio habetur in Chartis Episcopatus ab anno 1520. 1532. Quaedam scripsit, ut Rossottus, quae desiderantur.

51. Petrus, cuius extat Epitaphium sepulcrale, in Ecclesia S. Marci, huius Civitatis, ut sequitur.

Petro et Catharinae de Gattinaria, optimis Parentibus, Joannes Baptista, et Joannes Bartholomeus filii posuerunt, et sibi posterisque. Obiit Pater anno 1496. Mater 1500. Fuit pater Paulini Petri Mercurini.

52. Joannes Bartholomeus Petri filius, de quo nonnulla super diximus, quemque Guicciardinus perperam Mercurini fratrem appellat, fuit magni consilii vir, et in Lege doctissimus. Pro Carolo V. Plura illustria maxima cum laude obivit munera, praecipue Senatoris et Regentis Cancellariae Regnorum Aragoniae, et Neapolis. Decessit 11. Novembris 1544. et sepultus est in Ecclesia S. Marci huius Civitatis, cum Epitaphio, quod adhuc legitur in eius sepulcrum.

1544. 11. Novembris

Deo immortali sic vivum. Decubat hic Joannes Bartholomeus

[illegible]
[illegible]

Bartholomaeus Arborius a Gattinaria, J. U. D. consummatissimus, Caesareus Senator, et V. triumph. qui sua virtute, et V. G. a Carolo V. Augusto Regens consilii, atque Cancellariae Regnorum Aragoniae et Neapolis creatus est; cui Blanca Ferreria uxor dulcissima, sibi suisque et cari coniugis posteris M.M.C.

83. Floruerunt praeterea Carolus Advocatus Vercellensis ex Dominis Carienti; Theologus egregius, et Magister generalis perpetuus Humiliatorum: Ludovicus de Vercellis ex nobili Agatia gente Augustinianus, Vicarius generalis Congregationis Lombardiae; et alii plures.

De Ecclesia Sancti Christophori.

84. Per id tempus condita est, seu magnificentius instaurata Ecclesia S. Christophori in Urbe. Sed res est altius repetenda. Humiliatos inhabitasse aliquando Ecclesiam S. Martini (nunc amplius non extat) de Gatesco, et Caenobium ibi proximum, multa documenta testantur. Ibidem tributis territoriis Venariae, et Monaroli, quae erant Monasterii Locedicensis S. Januarii, eos collocavit Gisulphus Advocatus Episcopus Vercellensis circa annum 1142. Eodem tempore floruerunt Beata Druna, et Beatus Oricus, cives Vercellenses, de quibus aliqua diximus suo loco; quorum primus fertur Monasterium Sanctimonialium in eadem Regione, alter vero virorum caenobium condidisse. Eorum sanctitati fidem faciunt antiqua Missalia, et Breviaria Humiliatorum. Beatum Oricum vitam poenitentem admodum duxisse, et septem Quadragesimas absque cibo transegisse, sola Eucharistia contentum, docet

docet eius Epitaphium sepulcrale, talibus conceptum verbis: Bonifacius Agrifodius

Hoc iacet in tumulo, felicis corpus Orici,
Ordinis istius, vitam, qui duxit acerbam.
Floribus hic miris virtutum fulsit in orbe;
Annis etiam septem, Quadragenae intempore sacro,
Aspernans escas, saturatus corpore Christi
Constitit; et tandem expirans, gaudia cepit
Vitae perpetuae cum Iustis, dante Superno.
Exultent igitur Vercellae praesule tanto.

Hoc Epithaphium olim erat in Ecclesia S. Martini, appositum sepulcro; inde postea una cum Sarcophago, in quo conditi erant sacri Corporis cineres, ad Ecclesiam S. Christophori in Urbe, translatum est, ut mox dictum. Versus ex ipsomet Epithaphio transcripti leguntur in Tabella adiecta Capsulae, quae est in Sacristia, et in qua pie asservantur sacra pignora.

55. Ineunte saeculo 16°, Humiliati in Urbem commigrarunt, ad Ecclesiam S. Christophori. Id probant sequentia Epitaphia, quae in eadem Ecclesia adhuc durant; ex quibus constat circa id tempus, eam conditam, seu innovatam (nam ex Authenticis documentis constat, eam antiquioribus temporibus extitisse Ecclesiam S. Christophori) fuisse a Nicolino de Conradis Lignanae, Humiliatorum Praeposito.

Nicolino ex Conradis Lignanae,
Huius Templi Antistiti, et Conditori,
Optimeque de Religione Humiliatorum merito,
Ioannes Angelus Lignana tumulum hunc
Et sibi Posteribusque suis, ponendum curavit, anno MDLXXVI.

Bonifacius Augustinus Situm postremum fuisse multo post tempore, ab obitu Nicolini, liquet ex sequenti lapide.

Joannes Angelus ex Conradis Lignanae,
Pater Andreae Praepositi, et Nicolini, huius
templi Conditoris pronepos, Sacellum hoc
D. Magdalenae dicavit. MDLXXII.

Demum Sacra corpora D. B. Orsi, et Brunae asportarunt, eaque solemni pompa in Choro, Sarchophago inclusa reposuerunt. Anno vero 1585. Patres Barnabitae, renovatis Chori subselliis, ea inde sustulerunt, et in Sacristiam delata, ubi etiamnunc asservantur, congruo in loco collocarunt. Id docet Charta Archivii Collegii S. Christophori, in haec verba:

Beatissimi Orsi Confessoris, Beataeque Brunae Civium Vercellensium Corpora, a Suburbano S. Martini Templo, ubi miraculis plurimis coruscantia caelo, eorum animas vivere declararunt, in hanc S. Christophori Basilicam, Clero universo, et frequentissimo populo comitante, solemni ritu, prout Sanctos decet, allata, et in marmoreo Sarcophago condita, postmodum mutatis Chori subselliis, hoc Sacello inclusa, religioso cultu hic posuere RR. PP. DD. Cherubinus Casatus Praepositus, et Jacobus Antonius Novatus, atque Clemens Roberastus, Presbyteri Regulares Congregationis S. Pauli decollati, aliis Clericis Collegialibus assistentibus, Illustri Domino Alexandro Tiziano, et Magnifico Domino Aureo Salvio Senensi, et nobili viro Domino Prospero Carolo Novariensi praesentibus, anno Domini MDLXXXV. prid. Non. Martii, Sixti V. Pontificis Maximi primo, et Joann. Francisci Bonhomii Episcopi Vercellensis Episcopatus XIV.

56. Nam Patres Barnabitae, qui anno 1575. introducti fuerant

introducti fuerant in Aedes S. Petri La Perla, ab Joanne Francisco Bonhomio Episcopo Vercellensi, iis relictis translati sunt ad Ecclesiam et Coenobium S. Christophori, anno 1581. pulsis inde Humiliatis, quorum institutum recenter suppressum fuerat. Ibidem perseverant magno animarum emolumento, quas summa diligentia verbo et exemplo ad pie vivendum provocant, alunt, fovent. Ex ditissimis proventibus, qui olim Humiliatorum erant, duae Commendae Religionis S. Mauritii et Lazari, erectae sunt, una quae Vercelensis, altera quae Moncaroli appellatur. Prima obnoxia est Collegio Barnabitarum S. Christophori, pro annua praestatione librarum 1120. monetae Pedemontanae; qui praeterea potiuntur Prioratu S. Mariae de Vezzolano in suburbio, pro eorumdem sustentatione assignato statim ab eorum introductione in Aedes S. Petri de la Perla.

Bonifacius
Augustinus

Petrus Franciscus

Petrus Franciscus

Anno 1536.

1. Petrus Franciscus Ferrerius Philiberti Cardinalis Ferrerii, de quo supra, germanus frater, atque Joannis Stephani, Bonifatii Cardinalium, et Augustini Episcoporum Nepos, ex resignatione Patrui, ut dictum est, factusque Episcopus Vercellensis hoc anno 1536. die 20. Decembris, cum iam esset Monasterii S. Stephani de Cittadella Vercellensis ab anno 1528. Abbas Commendatarius, et Apostolicus Referendarius.

Petrus Franciscus

Respendorius. Vir fuit plane insignis tum animi magnitudine, et litterarum scientia, tum magnorum Principum consuetudine, et amicitia, tum rerum gerendarum peritia.

2. Anno 1537 bellum in Subalpinis recrudu[i]t. Franci qui anno praecedenti a Carolo Sabaudiae Duce repressi, paulisper cesserant, hoc anno Duce Humario, infestioribus, validioribusque copiis, bello reparato, Astam primum frustra tentarunt, deinde Albam, aliaque loca subegerunt. Mox Carolus Sabaudiae Dux junctis armis cum Alphonso Marchione del Vasto, Francos inde nullo negotio repulit. Sed novis cum Francisco Rege supervenientibus copiis Segusia, cum nonnullis oppidis amissa est. Induciae inde ad tres menses pactae sunt.

3. Anno 1538. Paulus III. de re Christiana, cui infestis armis Solimanus Turca imminebat, sollicitus, Carolum Augustum et Franciscum Regem compulit, ut Niceae in Provincia convenirent, de Pace acturi. Eo ipse, licet aetate gravis, se contulit; sed Castellum quod deposcebat, Carolo Sabaudiae Duce recusante, intrare non potuit. Pluribus egit sed incassum, ut Monarchae simul convenirent, et colloquerentur. Id unum obtinuit, ut induciae ad decem annos prorogarentur, ea lege, qua unicuique occupata retinere jus esset. Quod nimis grave, et incommodum Carolo Duci Sabaudiae accidit. Nam Francus plura occupaverat, ipse vero, praecipue Vercellis, Astae et Eporediae praesidia Hispana Caesar imposuit, in specie quidem ne ea in Francorum manus caderent, revera autem quia Duci iratus erat, quod Niceae Castellum, contra conventa, Pontifici denegasset.

4. Anno 1539. Omnia quidem in Italia pacatiora fuerunt;

pserunt, sed Vercellis res in arcto erant, Hispanis, et Theutonibus Cives rapinis, et acerbis exactionibus, exagitantibus. In hac praessura, id solatio fuit quod Comes da Altemps, qui postea Cardinalis a Pio IV. creatus fuit, Hispanorum, et Theutonum Praefectus, militum licentiam, edictis, et poenis tolerabiliorem fecit. Alia ratio rerum non fuit annis 1540. et 1541.

5. Anno 1542. fractis induciis, iterum in Subalpinis bellatum est. Franci duce Annebaldo, totam belli molem, adversus Cuneum direxerunt, oppidum, quod solum exclusis tum Francis, tum Imperialibus, pro Duce Carolo stabat. Ibi diu machinis, et bellicis tormentis, omnia experti ut oppidum expugnarent, tandem oppidanorum virtute, nonnullis copiis a Duce Carolo in subsidium immissis, inde depulsi sunt. Non absimili eventu, anno 1744. Carolus Emanuel invictissimus Rex, oppidum contra Francorum, et Hispanorum ingentes copias, maxima cum gloria tutatus est. Hoc anno etiam a Locustis, qui ingenti agmine ab oriente advenerant, herbas, olera, et frondes, quo iter erat, omnino depascentibus, magna bibus regionibus, est illata vastatio. Ferunt, cum in aera turmatim elevarentur, solem duorum, et etiam trium milliarum spatio, obscurasse. Adveniente hyeme omnes perierunt, foetor teterrimus inde ex putrescentibus cadaveribus enatus.

6. Anno 1543. Turcae Francis foederati, Francisci Regis impulsu, ingenti Classe, Duce Ariadeno Barbarossa celebri pirata, Franci magno exercitu, duce Francisco Borbonio, Nicaeam mari, terraque oppugnare instituerunt. Urbe post duodecim acerrimae oppugnationis dies, dedentibus, honestis conditionibus, praesidiariis militibus, potiti sunt. Arx inde oppugnari

Petrus Franciscus

oppugnari cepit. Sed ingenio Caroli Ducis, accurrentibus Vercellensibus copiis, Duce Thoma Masculino e Caresiana, et Petro Gazino Vercellensi, una cum Imperialibus, obsidio soluta est, et Turmae Francicae inde recedere sunt coacti. Fuit Thomas egregius bello dux, multis expeditionibus, et praefecturis, in Subalpinis praecipue Ariis Chaviniensis feliciter gestis, insigniter clarus. De Gazino dicebit sermo infra.

Anno 1544. varia fortuna, in Subalpinis pugnatum est. Franciscus Borbonius Francorum Dux supremus, frustra tentata Eporedia, Carinianum obsedit. Missis quoque Duce de Thes, et Ludovico Birago, cum non parva exercitus parte, ut Agrum Vercellensem invaderent, Cresentinum, Tiburnum, Palazolium, Desanam et expugnavit; sed Trino depulsus fuit. Ad Carisolos subinde die 14. Aprilis, ab Imperialibus infeliciter pugnatum est. Franci victoria usi, nullo prohibente usque ad portas Urbis populabundi excurrentes, eam machinis, et tormentis bellicis quatere sunt aggressi. Verum Caroli Ducis, qui praesens aderat, prudentia, et fortitudo hostium conatus eluserunt. Auxiliani hominis, ut Francos victores intellexerunt, se eorum potestati sponte permiserunt. Sed accurrentibus cum Imperialibus Vercellensibus, vi subacti sunt, et iniquae rebellionis dignas luerunt poenas, everso Castro, cunctisque direptis bonis, domibusque. Ex Imperialibus inter caeteros Hieronimus Cavalius nobilis Bononiensis, magnae spei invenis, dum acriter pugnans, in Arcem evadit, globulo plumbeo percussus occubuit. Eius corpus in Urbem delatum, honorificentissimo funere, in Cathedrali S. Eusebii ab ipso Petro Francisco, tumulatum fuit, cum Epitaphio, inquit Petri Francisci Episcopi ad sepulcrum

sepulcrum inciso, quod nobis servavit Corbellinus, ec haec verba. Petrus Franciscus

Hieronimo Equiti Patritio, cum ingenio, tum prudentia adolescenti, et Magni scilicet Andreae de Casalis equitis, et Senatoris Bononiensis filio, in expugnatione Auxiliani inter primos Caesareos fortiter decertans, fato mortis (proh dolor!) caeso; hospiti Pientissimo Petrus Franciscus Ferrerius Episcopus Vercellensis, moestissime posuit. Hicque exuvias infelices, et arma fortia fixit. Vixit annos XVIII. obiit V. Idus Julii MDXLIV.

8. Dum haec aguntur, adnitente Paulo III. Pontifice Maximo, pax tandem Caesarem inter et Franciscum Regem composita est. Una ex conditionibus fuit, ut Duci Sabaudiae sua restituerentur. Est ejus redditis Cherasio, Crescentino, Verrua, Sancta Agata, Sancto Germano, nonnullisque aliis parvi momenti locis, potiora sub potestate Imperatoris et Regis permanserunt. Et sic nequidquam reclamante Carolo Duce, ab armis discessum est.

9. Anno 1545. tandem Deo dante, die 13. mensis Decembris inchoatum est Concilium Tridentinum, indictum iam usque ab anno 1542., praesidentibus Cardinalibus de Monte, et Sanctae Crucis, Legatis a latere. Primae sessioni interfuerunt Archiepiscopi quatuor, et Episcopi viginti duo dumtaxat. Hoc eodem anno Paulus III. omnia privilegia, indulta, concessiones, donationes Ecclesiae Vercellensi alias factas, ample confirmavit, Bulla quam ex Archivio nostro, hic damus.

" Paulus Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii cura nobis, " meritis licet imparibus, ex alto commissa, nos excitat,

Petrus Franciscus

et induxit, ut circa statuta singularum praesertim
Cathedralium Ecclesiarum, ac personarum in eis altissimo
famulantium, salubriter dirigendum operosis studiis
intendamus, ac iis quae propterea processisse digno-
scuntur, ut firmiora persistant, cum a nobis petitur
nostrae approbationis robur, propensius impertiamur.
Sane pro parte dilectorum filiorum modernorum
Archidiaconi, et Praepositi ac Capituli, et Canonicorum
Ecclesiae Vercellensis S. Eusebii nuncupatae, nobis nuper
exhibita petitio continebat, quod sicut alias fel. rec.
Innocentius II. et Caelestinus etiam II., ac Eugenius III., et
Adrianus IV., ac forsan alii Romani Pontifices prae-
decessores nostri, tunc et pro tempore existentes, Ar-
chidiaconum, et Praepositum, singulosque Canonicos
dictae Ecclesiae, sub eorum et B. Petri protectione,
susceperint et diversa privilegia, exemptiones, libertates,
et immunitates, eidem Ecclesiae concesserint, et in
specie dictus Innocentius praedecessor statuerit,
ut quascumque possessiones, et quaecumque bo-
na, quae eadem Ecclesia, tunc iuste et Cano-
nice possidebat, et ex tunc in futurum concessio-
ne Pontificum, largitione Regum, et Principum, obla-
tione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo pro-
pitio, adipisci posset, firma eisdem Canonicis,
eorumque successoribus, et eidem Ecclesiae in
perpetuum, et illibata permanerent, eaque
ex tunc propriis expresserint vocabulis, salvis
privilegiis Sanctae Romanae Ecclesiae, et pro
tempore existentis Episcopi Vercellensis, Canonica
Reverentia; et successive piae memoriae Lucius Papa

„ Papa III. etiam praedecessor noster, ad exemplum eo=
„ rundem Innocentii, Caelestini, Eugenii, et Adriani prae=
„ decessorum suorum, tunc et pro tempore existentes,
„ Archidiaconum, Praepositum, et Canonicos eiusdem
„ Ecclesiae, sub eiusdem B. Petri, et sua protectione
„ susceperit, ita quod pro tempore existens Episcopus Ver=
„ cellensis, aut quaevis alia persona, Capitulum eius=
„ dem Ecclesiae intrare, aut in eos, et pro tempore ex=
„ istentes Capitulum dictae Ecclesiae, iurisdictionem
„ aliquam contra privilegiorum huiusmodi, et consu=
„ etudinem quomodolibet observatarum tenorem, per
„ se vel alium, seu alios exercere, aut Beneficia Eccle=
„ siastica in eadem Ecclesia consistentia, et per illius
„ Capitulum conferri solita, conferre, seu de illis pro=
„ videre, aut aliis in rebus, et bonis eorumdem Ca=
„ pituli et Canonicorum, se immiscere auderet, vel
„ praesumeret, decernens ut quaecumque possessiones,
„ et quaecumque bona, quae eadem Ecclesia tunc iuste,
„ et Canonice possidebat, aut in futurum, similibus
„ concessione Pontificum, largitione Regum, et Principum,
„ oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante
„ Domino, poterit adipisci, firma eis, et eorum successo=
„ ribus, et illibata permanerent; et in eis, haec propriis
„ duxerit exprimenda vocabulis, Ecclesiam S. Germani
„ in Leguiano cum Decimis, et pertinentiis suis, Eccle=
„ siam S. Stephani in Roncarolio cum decimis, et per=
„ tinentiis suis, Ecclesiam S. Mariae in Larizario cum
„ Decimis, et pertinentiis suis, Ecclesiam S. Salvatoris in Ca=
„ sali rubro cum Decimis, et pertinentiis suis, Ecclesiam
„ S. Salvatoris in Montonario cum Decimis et pertinentiis suis,

Petrus Franciscus

" Ecclesiam S. Mauritii in Deciana cum Decimis et perti-
" nentiis suis, Ecclesiam S. Nazarii in Quinto cum deci-
" mis et pertinentiis suis, Ecclesiam S. Caeciliae in Caretia-
" na cum Decimis, et pertinentiis suis, Ecclesiam Care-
" sanae cum Decimis, et pertinentiis suis, scilicet Sanctae
" Mariae infra Castrum, S. Matthei in Villa, et S. Georgii
" extra villam Ecclesiis, Decimam Pavaroli, Decimas
" novalium de Caresana, Curtem Caresianae cum
" fundo, et omni integritate, ac districtu suo, etiam
" omni iurisdictione tam Ecclesiastica, quam saeculari,
" Montemgallinum, Mianum, utrumque Montonasium cum
" integritate, et districtu suo, quartam partem Vive-
" rolii, Ecclesiam S. Christophori cum dimidia par-
" te curae Vicariae, Caravetum, cum honore et
" districtu, ac omni integritate, Portum Servi, Portam
" Sicidae, quo itur Bulgarum, Campalonum, dimi-
" diam Curtem Caretianae, medietatem Colognium cum
" honore, et districtu totius villae, Sanciens quod si-
" quis Beneficiatus in Ecclesia ipsa decederet, Benefi-
" cium ipsius ad Canonicos ipsius Ecclesiae commu-
" niter habitantes, cum integritate perveniret, persona
" tamen quae illud obtinuerit Canonice substituta,
" ac Sanctorum Patrum auctoritatem sequens, sanci-
" verit, ut Ecclesiastica negotia, sine consensu com-
" muni fratrum, aut sanioris partis consilio, ab
" Episcopo non tractarentur, et quod nullus alter
" in eadem Ecclesia Canonicus ordinaretur, nec cuiu-
" libet Ecclesiastici officii administratio alicui commit-
" teretur; praeceperit quoque, ut Beneficia quae specia-
" liter a singulis haberi consueverunt, ad Communem

" communem usum, et utilitatem redigerentur, et com-
" muniter haberentur; praeterea antiquas, et rationabiles
" consuetudines ipsius Ecclesiae ratas manere censuerit,
" et etiam praeceperit inviolabiliter observari; sanci-
" verit etiam quod si quis Parochianorum, ipsorum
" Archidiaconi, Praepositi, et Canonicorum, in aliqua
" alia Ecclesia sepulturam eligeret, canonica eisdem
" Archidiacono, Praeposito, et Canonicis, tam in testa-
" mentis, quam caeteris, iustitia reservantur, quam iuxta
" sacrorum Canonum instituta, eis ex integro voluit
" assignari; Decimas insuper tam eorum Plebanatus,
" quam novalium in illis locis, in quibus aliarum
" terrarum decimas consueverunt accipere, quas a tunc qua-
" draginta annis retro, canonice et pacifice habuerant, nunc-
" cum quoque censum sex librarum, quem Abbas S. Ste-
" phani eis tenebatur solvere, eis confirmaverit; statue-
" rit insuper, ut nullus de eorum Collegio, auctoritate sua,
" communem eorum auderet perturbare, et nulla Laica perso-
" na decimas ab eis exigere, aliqua ratione praesumeret;
" et successive generalis Synodus Basiliensis, tunc praefa-
" torum Canonicorum, et Capituli supplicationibus
" inclinata, omnes libertates, gratias, immunitates, praero-
" gativas, consuetudines laudabiles, et praescriptas decimas,
" census, iura, bona, et privilegia, et indulta a Romanis
" Pontificibus, per Apostolicas, vel alias quascumque litteras,
" eis et Ecclesiae praefatae concessas, et concessa, necnon
" dotationes, donationes, concessiones, libertates, et consuetudi-
" nes laudabiles, exemptiones, et salvaguardias a Secularium
" exactionibus, a quibusvis Imperatoribus, Regibus, Princi-
" bus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, et aliis Christifidelibus,

Romus Franciscus.

..cis et dictae Ecclesiae indultas, datas, et concessas, quarum
tenores haberi voluit pro expressis, eorum auctoritate con-
firmaverit, et renovaverit, prout plenius in ipsorum
Innocentii, et Lucii Praedecessorum continetur, et Gradi
desuper confectis literis, dicitur contineri; Nihilominus
Archidiaconus, et Praepositus moderni, necnon Canonici
et Capitulum praefati cupiunt praemissa omnia et
singula, ut maiorem obtineant firmitatem, ac in
maiori veneratione, et observatione habeantur, nos-
trae approbationis munimine roborari. Quare
pro parte eorundem Archidiaconi, et Praepositi moderno-
rum, ac Capituli et Canonicorum fuit nobis ~~nobis~~ humi-
liter supplicatum ut receptionibus, concessionibus, san-
ctionibus, decretis et aliis praedictis, necnon consuetudi-
nibus, ac omnibus, et singulis statutis, et ordinationibus
eorundem Capituli, pro illorum subsistentia firmio-
ri, nostrae approbationis robur adiicere, aliasque in
praemissis opportune providere ~~dignaremur~~ dignaremur de beni-
gnitate Apostolica. Nos igitur, qui fidelium omni-
um praesertim Divinis obsequiis, in Cathedralibus Eccle-
siis mancipatorum profectui, quantum cum Deo
possumus, libenter intendimus, Archidiaconum, et
praepositum modernos, ac Capitulum et Canonicos
praefatos, eorumque singulos a quibusvis excommuni-
cationis, suspensionis etc. huiusmodi supplicationibus
inclinati, receptiones, concessiones, Sanctiones, decreta,
consuetudines, statuta, et ordinationes huiusmodi, necnon
prout illa concernunt, omnia et singula, in quibus-
vis litteris, et scripturis contenta, licita tamen et ho-
nesta, ac sacris Canonibus non contraria, quatenus

„quatenus sunt in usu, Apostolicam auctoritatem ex certa
„scientia approbamus, et confirmamus, ac illis perpetuae
„firmitatis robur adiicimus, easque valida, et efficacia
„existere, ipsosque Archidiaconum, Praepositum, et Capitulum, et
„Canonicos desuper molestari non posse ~~intendimus~~
„decernimus, supplentes omnes et singulos iuris et facti
„defectus, si qui forsan in illis intervenerint. Quocirca
„Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Mediolanensi
„et Capuanensi, ac Casalensi Episcopis, per Apostolica
„lica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut
„unus eorum per se vel alium, seu alios, praesentes
„litteras, et in eis contenta quaecumque, ubi, et quando
„expediens fuerit etc. solemniter publicantes etc. faciant
„auctoritate nostra etc. plenum effectum sortiri, ac
„ab omnibus inviolabiliter observari etc. non obstantibus
„etc. (sequuntur derogationes in amplissima forma). Nulli
„ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae
„absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, de-
„creti, suppletionis, mandati, et derogationis infringere etc.
„Siquis autem hoc attemptare praesumpserit, indignatio-
„nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apo-
„stolorum eius, se noverit incursurum. Datum ~~etc~~ Mon-
„tisflasconis anno incarnationis Dominicae MDXLV. IV. Id.
„Septembris, Pontificatus nostri anno XI."

10. Anno 1546. Italia pacem ubique habuit. Ast in Germania contra Caesarem, a Principibus Lutheranis, quorum duces, et antesignani erant Joannes Fredericus Saxoniae Dux, et Philippus Hassiae Landgravius, saevum concitatum est bellum. In eo Emanuel Philibertus Pedemontis Princeps Caroli Sabaudiae Ducis filius, adolescens annorum 18. dumtaxat artis militaris

Petrus Franciscus.

tirocinium posuit, eo successu, ut Veteranus Dux audiri
potuit. Nam aulae Caesarianae agminis, et Ducentorum equi-
tum turmae praefectus, tot tantaque edidit bellicae forti-
tudinis documenta, ut hostibus terrorem, suis admirationem
incusserit.

11. Anno 1547. post octo sessiones Tridenti habitas, concilium
ob ibi exortam luem, Bononiam translatum est, ubi sessio-
nes duae celebratae sunt. Carolus Caesar ad Mulber-
gum insigni relata victoria, captisque Duce Saxoniae,
Duce Brunsvicensi, et Hassiae Langravio, bellum Ger-
manicum feliciter confecit. Maxime enituit Ema-
nuelis Philiberti virtus, qui et manu, et consilio, stre-
nui militis, providique ducis optimas explevit partes.
Mortuus est hoc anno Franciscus primus Franciae Rex,
succedente sibi filio Henrico II.

12. Eodem anno die 24. Januarii post diuturnas lites,
disputationesque, inita est concordia inter Petrum Fran-
ciscum Episcopum, et Capitulum, in qua Capitulo
salvum servatum est ius suum iurisdictionis exercendae,
Ecclesiae administrandae, necnon Beneficia quae sunt
in Cathedrali conferendi, et sibi conservatores pro libi-
to eligendi.

13. Anno 1548. Philippus Hispaniae Princeps Caroli Augusti
filius, Patris iussu in Italiam venit. Eum Mediola-
ni Carolus Dux Sabaudiae, splendidissimo Vercellensium
aliorumque Nobilium, necnon Praelatorum comitatu
stipatus, convenit. Henricus II. Franciae Rex, ipse pa-
riter armatus in Subalpinas, arces, et oppida huius Regio-
nis lustraturum descendit. Sed paucos Taurini moratus
dies, nil hostili gesto, in Franciam sese recepit.

Petrus Franciscus

14. Anno 1550. die 7. Februarii Paulo III. defuncto, die 10. No-
vembris anni praecedentis, subiectus est Cardinalis Ioannes
Maria Montius seu del Monte, dictus Iulius III.

15. Anno 1551. iussu Iulii Pontificis resumptum est Triden-
ti Concilium generale, die 1. Maii. Philippus Hispaniae
Princeps, qui anno 1548. hinc transiens in Germaniam
ad Patrem concesserat, hoc anno a Patre in Hispaniam
remissus, iterum Italiam pertransiit. Cum eo erat Ema-
nuel Philibertus, Pedemontis Princeps, filio comes datus in
itinere ab Augusto Patre. Mediolanum primum, dein-
de Vercellas pervenerunt, a Carolo Sabaudiae Duce aman-
tissime accepti. Ibi plures morati dies, et facta ab
Carolo Patre, Emanueli Philiberto filio abeundi facultate, iter
inde in Hispaniam prosecuti sunt. Emanuel Phili-
bertus Nicaeam constitit, ut Maximilianum Bohemiae
Regem, iter per Italiam in Germaniam parantem
operiretur; et quidem opportune admodum. Nicaeam
per eos dies Leo Strozza Franciae classis Praefectus, mul-
tis armatis navibus eo ductis, imparatam urbem oc-
cupare decreverat. Emanuel Philibertus de tanto periculo
Civitatis sollicitus, se suamque familiam armat, et ob-
vios quosque, ut secum armati adversus hostes pro-
cedant impellit. Plures invenis virtute et exemplo per-
moti, sidem se adiungunt, et ad litus accurrunt.
Iam Strozza milites exponere coeperat; sed ubi Emanuel
Philibertus cum armatorum agmine se ostendit, revo-
catis militibus, et re infecta inde naves abduxit. Paullo
post supervenit Maximilianus, cum iam Auria cum
classe, ut eum exciperet, ad littus staret. Itaque conscensa
nave, et Emanuele Philiberto secum assumpto, secundo

Petrus Francischus.

-verto Genuam delatus est. Superatis montibus, Mediolanum, ut in Germaniam per Tridentinos pergeret, Emanuel Philibertus Vercellas ut iterum Patrem inviseret, profectus est; ibique quod hyemis reliquum erat cum patre traduxit.

16. Anno 1552. inter Caesarem et Henricum Franciae Regem, iam ex multis partibus bellum eruperat. Iam Brissacus Francorum dux Salutias, Cherascum, S. Germanum aliaque loca in Subalpinis occupaverat. Itaque Emanuel Philibertus ea aestate in Subalpinis sibi manendum ratus, ut Brissaci progressus retunderet, iunctis cum Ferdinando Gonzaga Mediolanensis Ducatus administratore, copiis, Braida, et Salutiis

*Braijda,

praefuerunt, eosque ab Cherascii obsidione depulit; et spes erat, ut reliqua pariter ab Francis occupata, brevi in pristinam ditionem redigerentur, nisi Imperator partem copiarum in Germaniam, ubi res suae magno in periculo erant, accivisset. Quare debilitatis exercitus Foederati viribus, Brissacus Vercellas, Crescentinum, Caevam, et Albam expugnavit. Emanuel Philibertus, ut se imparem hostibus cognovit, ne frustra tempus tereret, et temere milites exponeret, in Germaniam ad Caesarem profectus est.

17. Eodem anno 1552. Petrus Franciscus Episcopus, unus ex Patribus Concilii Tridentini, eiusdem Concilii decretis nondum editis in haereses, nonnullas sanctiones ad suae Ecclesiae reformationem, quae adhuc extant Vercellis misit. Quarum initium hoc est.

"Petrus Franciscus Ferrerius, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Vercellensis, et Comes, omnibus,

Petrus Franciscus

,,omnibus, et singulis Ecclesiarum Rectoribus, Sacerdotibus,
,,et Clericis et aliis Christifidelibus in Civitate et Diocesi
,,nostra Vercellensi constitutis salutem in Domino, in quo
,,est omnium vera salus. Cum in cunctis Ecclesia-
,,rum praelatis maxime Episcopis, curam gregis
,,commissi solertem, ac praecipuam esse oportere
,,conspeximus, inter quos Divina favente Clementia,
,,licet immeriti, ad Sponsam praecipue nostram
,,Vercellensem Ecclesiam, cum omni populo, spiritu-
,,alis Matrimonii vinculo gubernandam, sumus ad-
,,scripti; et praeterea decrevissemus Patriam regredi, et
,,auctore Domino Synodum Civitatis, et Diocesis nostrae
,,congregare, ac in eo pro reformatione corruptorum
,,depravatorumque morum, in Clericos et Laicos salu-
,,briter providere, bonosque fovere; in Rebus publicis
,,Evidenti occupati, cogimur executionem propositi,
,,et desiderii nostri praedicti differre; tamen et ni-
,,hilominus volentes interim quantum absentia
,,nobis licet, rebus gerendis aliqualem formam dare,
,,reformationes, et decreta, praesenti parvo volumine,
,,conclusa, matura semper habita consideratione, edi-
,,dimus, illaque observanda, quousque ex Altissimi
,,benignitate commode dictam Synodum congregare,
,,nobis licuerit, ad vos transmittimus. Itaque Fratres,
,,et Sacerdotes dilectissimi, postquam sic factum est,
,,ea amplectimini, et laeto vultu suscipite, eorum-
,,que observantiae non formidine poenae, sed virtutis
,,amore, totis viribus incumbite, ac statutis tempo-
,,ribus vestris in Ecclesiis publicate, ne quis ignorantiae cli-
,,pleo, rectam vivendi normam deserendo, valeat quoquo-

modo

Petrus Franciscus.

„Ipse executore. Datum Tridenti ultima Febr: MDLII."

Decreta sunt numero 57, omnia sapientissima et ad morum atque Ecclesiasticae disciplinae reformationem, instaurationemque per quam utilia. Prae caeteris est notatu dignum Decretum ordine 52, quod sic habet.

„De praetendentibus se a iurisdictione nostra exemptis. Quoniam ad notitiam nostram devenit, quod nonnullae personae Ecclesiasticae, etiam Regulares de Civitate, et Dioecesi nostra Veronensi, praetendentes se a nostra iurisdictione ordinaria exemptos, adeo licentiose vitam ducunt, quod diversa delicta et excessus impune in iis committere non erubescunt, putantes huiusmodi eorum praesumptae exemptionis praetextu, debitas poenas evadere. Nos autem, qui ex experientia cognovimus, quod Sancta Sedes Apostolica exemptiones, et privilegia, quae in iis concedit, ad bona peragenda, non ad mala impune perpetranda, elargitur, committimus per praesentes Vicario nostro Generali, praesenti, et pro tempore existenti, ut contra huiusmodi praesumptores, tam pro praeteritis, ~~quam~~ et commissis delictis, quam in futurum committendis per eos vel eorum quemlibet, inquirat, et procedat ad quaecumque, vel sive tam ordinaria auctoritate nostra, quam nobis ex tot Conciliaribus, et sanctorum Patrum Decretis, et aliis literis Apostolicis etiam in forma brevis concessa, et demandata, repertosque culpabiles debite puniat, et castiget; super quibus omnibus coniunctim, et divisim, vices nostras plenarie committimus, et subdelegamus respective."

81.

Petrus Francisus.

" subdelegamus respective."

Carolus quoque Sabaudiae Dux, eadem Decreta observari publico Edicto praecepit. Petrus Francisus Episcopus, deinceps magno animi zelo, et ardore adlaboravit, ut Concilii Tridentini Decreta, executioni mandarentur; et Seminarium clericorum, primus omnium in Urbe instituit.

18. Anno 1553. die 16. vel 18. Augusti Vercellis diem extremum curis confectus obiit Carolus III. Sabaudiae Dux, annos natus 67. De eius morte haec habet Ioannes Tonsus scriptor coevus in vita Emanuelis Philiberti: Carolus Emanuelis Philiberti Pater, Vercellis cum esset, cumque diutissime vitam in maximis curarum molestiis, summaque sollicitudine traduxisset, quo tempore postea virtutis, rerumque a filio gestarum fama, quae longe lateque percrebrescebat, ad maximam spem, animum erexerat, in febrim incidit. Ea diu iactatus, atque in diesgravius, sibi mortem adesse intelligens, aequissimo eam animo tulit. Nihil enim quod ad pietatem christianam pertineret, omisit, sensibus usque ad finem vitae integris, saepissime vero extremo spiritu Iesum Christum, demississime appellans, ea in voce animam efflavit. Eius corpus in Ecclesia Cathedrali S. Eusebii conditum est. Translatum postea fuit ad Regiam Capellam Beati Amedei, ubi nunc iacet plumbeo loculo marmoreo opere, affabre ornato, et contecto circumcirca. Extat in Archivio Civitatis Instrumentum iuramenti, quo Vercellenses fidem suam obstrinxerunt Duci Emanueli Philiberto, post Caroli ducem, praestiti in manibus Renati de Chalant, die 17. Augusti 1553. Ex quo intelligimus mortem Caroli contigisse non die 18. sed 16. Augusti.

Petrus Franciscus.

19. Eodem anno 1553. die 18. Novembris, Franci intempesta noc-
te, nonnullorum Vercellensium invitatu, qui Hispanorum
impotentem dominatum aegerrime ferebant, Vercellas per
insidias occuparunt, atque in Arcem compulso San-
miguelio Hispanorum et Urbis Praefecto, veteres Ducum
Sabaudorum thesauros in Basilica S. Eusebii reconditos di-
ripuerunt. Postridie Vercellenses cognito Gonzagam cum
exercitu adventare, eo freti Francos facta conspiratione,
magnaque edita caede Urbe pepulerunt. Huius rei
nuncius Aemilius Bobba Casalensis Bruxellas ad Ema-
nuelem Philibertum pervenit die 30. Novembris. Cae-
sar accepto nuncio ipse rem Emanueli Philiberto in-
dicare voluit, Vercellas, inquiens, (sunt verba Tonsi sup.) per
proditionem amisimus, atque eodem prope tempore re-
cuperavimus. Gazae tuae vetustae iactura quidem facta
est, neque ea levis; sed viri magno animo omnia
sua in se posita ducunt, et casus huiusmodi virtu-
te superiores putant. Ad ea, Emanuel Philibertus, te salvo
atque incolumi, Caesar, nil mihi molestum, adversum-
que, secunda omnia, laeta, iucunda. Vercellas autem
non tam amissas doleo, quam gaudeo e vestigio re-
ceptas. Unde enim mihi bene ominari libet, et spe-
rare, caetera, quae Galli nobis nec opinantibus oc-
cuparunt, non diutius in eorum potestate futura,
sed ad antiquum imperium, tuis viribus, auspiciisque,
brevi tempore reditura. Extat in Archivio Civita-
tis Littera data Bruxellis die 21. Ianuarii 1554. qua
Emanuel Philibertus Vercellensibus se de Vercellarum occupa-
tione purgantibus, respondet bono animo esse, sibi
certum esse, nihil eos indigni perpetrasse, quinimo di-
gnos

Petrus Franciscus.

dignos esse laude, quod pro viribus egerint, tum ut irruentes Gallos excluderent, tum ut ingressos in Urbem ejicerent.

20. Anno 1554. magni bellorum motus in Subalpinis fuerunt. Imperiales frustra tentato Sanctae Agathae oppido, quod a Francis tenebatur, Aquas, Cocconascum, aliaque loca receperunt quidem; sed Brissacus Francorum Dux, ex adverso, Eporediam, deditam Moratos, et postea etiam Bagellam potitus est; praeterea S. Agathae oppidum firmiori, copiosiorique munivit praesidio, ut Vercellensi proximae urbi praemunirent, agroque Vercellensi propius incommodaret.

21. Anno 1555. die 29. Martii e vivis ereptus est Julius III. cui suffectus est die 9. Aprilis Marcellus II. Vigintiduorum dierum Pontifex, qui die 23. Maii successorem habuit Joannem Petrum Caraffam Neapolitanum, dictum Cardinalem Theatinum, qui Paulus IV. vocari voluit. Interim Emanuel Philibertus, rebus suis cominus consultatus, Caesaris permissu, uno viae Comite, in Italiam venit. Mediolanum primo se contulit, ubi cum Ferdinando Toletano Albae Duce, de gravissimis negotiis, plures consultationes habuit. Inde Vercellas pervenit, ibique dies triginta circiter commoratus, multa ad tutelam Urbis, ad hostes reprimendos, ad populares in fide continendas, atque ad populos bene gubernandos, ac levandos oneribus, sapientissime providit. Rebus ita constitutis, absque mora Bruxellas magnis itineribus regressus est.

22. Anno 1556. induciae quinquennales pactae sunt Caesarem inter, et Henricum Franciae Regem, non diu duraturae. Exinde Carolus Augustus rerum humanarum pertae-

PROVINCIA DI TORINO

Petrus Franciscus

pertaesus, caro exemplo, abdicatis Regnis et Imperio, in Hispaniam privatus secessit, ubi in Monasterio S. Justi deinceps vitam transegit, meditationibus, et piis operibus iugiter intentus. Eodem anno Rex Henricus, oppidi, et Capitaneatus S. Agathae in agro Vercellensi Dominus, ab Episcopo Vercellensi postulavit, ut Vicarium generalem in eo Oppido constitueret, cum omnimoda potestate etiam conferendi Beneficia, ad quem eius subditi, in rebus ipsos spectantibus, recursum haberent, ne Vercellas Urbem alienam et inimicam petere cogerentur. Commectum erat Petrus Franciscus Episcopus, cuius iniussu, huiusmodi petitioni satisfieri non poterat. Itaque Henricus Vicario generali denuntiari iubet, se ad manus Regias quaecumque bona Ecclesiastica reducturum, nisi ad diem 12. Septembris sibi satisfactum fuerit.

23\. Anno 1557 Franci Duce Brissaco, iterum ad expugnandum Cuneum, magnis se contulerunt copiis. Urbis situm, et res ibi gestas graphice describit Cousus in iam citata vita Emanuelis Philiberti; ipsum audiamus: In Subalpinis, ait, Brissacus Gallici exercitus Imperator, copias ad oppugnandum Cuneum adduxit. Id Oppidum plano in loco, ad radices tamen Alpium positum est; et quoniam qua parte vergit ad occasum solis, in latitudinem patens, orientem versus extenuatur, atque in angustum desinit, Cunei nomen accepit. Praeerat oppido Carolus Lucerna, vir magna fortitudine, atque egregia in Ducis Sabaudiae fide, qui nullo loco defuit. Comparatis omnibus, quae ad defensionem opus erant, Oppidanis arma tenentibus, et non solum pro gloria, vel pro Ducis commodo,

Petrus Francus.

commodo, sed etiam pro coniugibus, et liberis, pro aris, et focis acerrime pugnantibus, saepe a moenibus Gallos repulit. Nam mulieres ipsae ad murum occurrere, et modo tela viris, modo cibum, quo reficerentur subministrare, modo inter praeliantes versari, et saxa muro praecipitata, in subeuntes devolvere. Quare Brissacus multis hominum amissis, cum de expugnatione desperaret, obsidione premere oppidanos coepit. Illi Sabaudorum veteri, et lenissimo imperio assueti, contraque Gallorum ingenium horrentes, qui durius, atque acerbius, quam se ferri posset, imperare videbantur, parati erant omnia perpeti, ac potius cruciatum subire voluntarium, quam officium deserere, vel pristinam voluntatem immutare. Juvenis Mouchio Pinarius ab oppidanis, de oppidi periculo admonitus, celeriter ad subveniendum obsessis, lectissima occurrit manu, atque elusis hostibus, militem, et commeatum in oppidum impulit. Qua re cognita, Brissacus obsidionem deseruit. Per id tempus, Turcae, Gallique manente etiamnum inter eos foedere, magna contracta classe, Villamfrancam primo, deinde Niceam irrito conatu aggressi sunt.

24\. Eodem anno 1557. die 10. Augusti celebris ab Emanuele Philiberto Sabaudiae Duce, summo Hispanicarum copiarum Imperatore, de Gallis relata est victoria, ad S. Quintinum, in qua Francica res pene corruit. Paulus IV. ut bellantes Reges ad pacem adduceret, Cardinalem Trivultium in Franciam ad Henricum, et Carolum Cardinalem Caraffam in Belgium ad Philippum,

Petrus Franciscus.

Legatos direxit. Huic postremo Petrum Franciscum Episcopum Vercellensem rerum gerendarum peritissimum comitem adiunxit.

25. Anno 1558. die 21. Septembris, sancte obiit in Monasterio suae solitudinis Carolus V., cum morti proximus sibi adhuc viventi, inspectantique, exequialia fieri iussisset; Princeps non tam gesto, quam abdicato Imperio memorabilis. Per id tempus sub auspiciis Emanuelis Philiberti, iterum cum Gallis, quibus ingens est illata clades, ad Gravelingam feliciter pugnatum est. Atque hic inter duos summos Reges, bellorum finis fuit.

26. Anno 1559. de pace actum convenerunt, pro Rege Catholico Ferdinandus Toledus Albae Dux, et Antonius Perenottus Atrebatensium Episcopus: pro Henrico Francorum Rege Cardinalis Lotharingius, et Memorantius: et pro Emanuele Philiberto Thomas Languscus Vercellensis Prosperi comes, vir eximiae eruditionis, et dexteritatis, qui postea magnus Sabaudiae Cancellarius creatus est, Ioannes Franciscus Osascus Astensis Praeses, et Buguitius familiae Praefectus. Pluribus hinc inde disceptatis, tandem pax firmata est die 3. Aprilis certis sub conditionibus, quarum summa, quantum ad institutum nostrum pertinet, haec est; ut Margaritha Henrici Regis soror Emanueli Philiberto nuberet: ut omnia quae fuerant antecactis bellis occupata, suis dominis redderentur: atque in primis Emanuel Philibertus in avitam transalpinae, et subalpinae ditionis possessionem redintegraretur, sub hac tamen restrictione: ut Francus Taurinum, Pinerolium, Cherium, Clavasium, et Villamnovam Astensem retineret quandoque de Avita

Petrus Franciscus.

de Nicea Urbe, Brixia Sebusianorum, nonnullisque aliis oppidis, et ditionibus, quae ad se Franciscus pertinere asserebat, his Sabaudo adiudicata forent; et interea Hispanus Vercellas, et Hastam haberet, praesidia inde deducturus, cum Franciscus ea oppida dimisisset. Haec pax accidit toto Orbi gratissima, sed perniciosissima Francis, cum per eam 198. Urbes, aut oppida reddiderint, et Urbem unam, et oppida duo receperunt. Emanuel Philibertus statim Thomam Languscum cum litteris ad Regem, et ad Margaritham sponsam, Parisios Legatum misit. Thomas benignissime exceptus, paulo post insignibus muneribus auctus, remissus est cum mandatis, quibus Emanuel Philibertus pluribus invitabatur, ut quamprimum in Franciam properaret. Itaque Emanuel Philibertus, lectis multum insignibus viris, genere clarissimis, inter quos fuerunt Philippus et Claudius Sabaudi fratres, unus Raconisii, alter Pancalerii Comites, Bernardinus Sabaudus Caballi Comes, et ipse Thomas Languscus, iis associantibus, et splendidissimis indutis vestibus, Lutetiam Parisiorum profectus est. Eo iam pervenerat Ferdinandus Toletanus Albae Dux, qui Elisabetham Regis filiam, Philippo Regi desponsam, in Hispaniam perduceret. Maximo, Magnificentissimoque apparatu, utriusque Principis nuptiae celebratae sunt. Ad augendam celebritatem, etiam hastiludia, quibus Henricus Rex, maxime delectabatur, Regia magnificentia, adornata sunt. In iis dum Rex se bellatorem optimum et robustissimum, pluribus ostendit experimentis, et adversi equitis hastam certando perfringit, ipsius hastae fragmento inde refixo, in capite lethaliter ictus, post dies undecim expiravit.

Petrus Franciscus

Eidem successit Franciscus II. eius filius, a quo nihil de pristinis pacis conditionibus immutatum est. Hinc Emanueli Philiberto Ditiones transalpina et subalpina libere dimissae sunt, iis tantum oppidis exceptis, quorum retentio iuxta pacta, Franco debebatur. Amedeus Valpergia Mazinii Comes, Subalpinae Provinciae restitutionem nomine Emanuelis Philiberti accepit. Hoc eodem anno 1559. die 18. Augusti obiit Paulus IV., eidemque subiectus est Ioannes Angelus Cardinalis Medices Mediolanensis die 25. Decembris, dictus Pius IV.

27. Anno 1560. fuisse publicae venerationi expositam in Platea Maxima Vercellarum Sanctissimam Sindonem testatur de visu Canonicus Ioannes Baptista Modena in hist. Ms.ta ad hunc annum hisce verbis: 1560. fu mostrato il SS.mo Sudario nella publica piazza sopra il pontile di Misser Nicola Serravalle, della sua casa lasciata poi alla compagnia di Santo Nicola, et io lo vidi e me ne ricordo. Scribit insuper ad annum 1553, quod Antonius Costa Canonicus S. Eusebii, quo tempore galli thesaurus Ducalis in Basilica S. Eusebii existentis diripiebant, ipsa clam Capsulam S. Sudarii, abstulit, et secum asportatam ab eorum manibus liberam servavit. Demum in Instrumento Iuramenti fidelitatis praestiti Emanueli Philiberto, post mortem patris diei 17. Augusti 1553, de quo supra, legitur praedictum iuramentum emissum fuisse in Ecclesia S. Eusebii, iuxta portam Capellae, in qua nunc residet Sacratissimum Sudarium. Ex quibus testimoniis liquido constat, hoc Sacratissimum Pignus, quod anno 1452. Ducibus Sabaudis fuit dono datum, quodque olim Chamberii, nunc

Petrus Franciscus.

num autem Augustae Taurinorum, in magnificentissima Capella Regia, sic asservatur, aliquando Vercellis ipse. Quo tempore, quave occasione huc translatum fuerit, et inde Augustam Taurinorum ~~translatum~~ relatum, pro certo definire non possumus, nullis suppetentibus documentis. Non multum tamen aberraverit, qui dixerit Carolum III. Chamberio, et a Sabaudia a Francis eiectum, sacram Sindonem, ne in eorum manus incideret, secum Vercellas tulisse: Emanuelem vero Philibertum, dum relictis Vercellis sedem Regiam Taurinum transtulit, eo quoque illam trasportasse. Hoc anno 1560. mense Januario Petrus Franciscus Episcopus a Pio IV. dictus est Nuncius Apostolicus ad Venetam Rempublicam, et mense Martio, eo se transtulit huiusmodi munus obiturus.

28. Eodem anno 1560. Emanuel Philibertus, primo Niceam, deinde Vercellas anno exeunte venit, cum Margaritha Uxore, omnium Civium summa laetitia, plausuque acclamationibus exceptus. Ubi cum convenerunt, e tota Italia insignes viri, omniumque Principum Legati, felicem eius adventum, pristinaeque ditionis receptas gratulaturi. Per id tempus, decessit Lutetiae Parisiorum Franciscus II. Franciae Rex, eique successit Carolus IX. eius frater.

29. Anno 1561. Emanuel Philibertus Vercellis cum esset, Georgium Costam Trinitatis Comitem, contra Angronianos qui labe Calviniana infecti, et foedere cum Helvetiis haereticis pacto, magnis excitatis motibus, ad rebellionem spectabant, cum exercitu misit. Perterriti Angroniani, Vercellas ad Emanuelis Philiberti clementiam confugerunt, a quo polliciti se in posterum mandata facturos,

Petrus Franciscus.

atti sibi ignosceretur impetrarunt. Per id tempus Vercellis publicae sunt orationes indictae, supplicationesque, pro a Deo obtinenda faecunditate, de qua dubitabatur, Margaritae Ducissae. Preces Deus audivit. Paullo post manifesta signa graviditatis apparuerunt, et anno sequenti die 12. Januarii, in lucem feliciter Ripulis editus est Carolus Emanuel, qui postea rebus praeclare gestis tantus evasit, ut iure, meritoque, Magni nomen sit adeptus. Pius IV. cum Cardinalibus in pleno Consistorio nuncians: Elisabet, inquit, peperit (erat enim Margarita, iam aetate matura.) et qui natus est, filius orationis est. Vercellis exinde publicae, privataeque Deo gratiae sunt actae. Cives Laetitiam, festivis quoque plausibus, crebris tota urbe ignibus, luminibusque noctu ubique accensis, testati sunt. Hoc anno et die 26. Februarii Petrus Franciscus Episcopus, in amplissimum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegium adlectus est, eique tributus p.o titulus S. Caesarii in Palatio, postea S. Agnetis in agone, demum S. Anastasiae.

30. Anno 1562. Carolus IX. Franciae Rex, quamvis anno praecedenti frustra Lugduni ab Legatis disceptatum esset de eadem Urbe, eiusque ditione, de Brixia Sebusianorum, aliisque oppidis, pertinerent ne ad Franciae Regas, an potius, ad Sabaudiae Duces, timens ne alias Emanuelis Philiberti, cuius de caetero ope, et societate turbulentissimis illis temporibus, contra rebelles plurimum indigebat, inimicitiam et indignationem incurreret, Taurinum, Cherium, et Villamnovam Astensem, et Clevasium quae adhuc iuxta pacem continebantur, protinus reddi cupit, retentis tamen Pinerolio et Saviliano. Vercellis inde Praesidia Hispanica deducta sunt; Asti oppido

Petrus Francisus

ad oppido sanctae Agatae imposita sunt. Porro Emanuel Philibertus Augustae Taurinorum Sedem, et dominium suum constituit, eoque ex Taurinianio Senatum, et ex Montereg[ali] Academiam bonarum artium, et disciplinarum tran[s]tulit. Hoc anno resumptum est Tridenti inspe Pii IV Concilium Generale, Magno Christianitatis bono. Et Petrus Francisus Episcopus Ecclesiam Vercellensem Guidoni Ferrerio fratris filio resignavit.

31. Decessit Romae Petrus Francisus die 12. Novembris 1566, cum prius interfuisset Comitiis Papalibus, quibus Pius V. creatus est, et sepulturam habuit in templo S. Mariae Maioris, decoratam a Cardinali Guidone eius nepote, Marmoreo Sarcophago, statua, et hac inscriptione.

D. O. M.

Petro Francisco Ferrerio Tit. S. Anastasiae S. R. E. Praesbiter Cardinali, Ioannis Stephani Bononiensis, et Bonifatii Portuensis Cardinalium ex fratre nepoti, Philiberti Eporediensis Cardinalis fratri, Guido Cardinalis Vercellensis Patruo optimo, atque optime de se merito posuit. Vixit ann. 54. Obiit anno salutis

MDLXVI. prid. Id. Novembris

32. Petro Francisco secuta plures floruerunt, virtute, et dignitatibus insignes. Inter eos sunt Petrus Zarinus Episcopus Augustae Praetoriae, multiplici eruditione clarus; et eius frater, ipse quoque nomine Petrus, arte militari et rebus gestis illustris. Utriusque mentionem facit sequens Epitaphium, quod legitur in Ecclesia Parochiali S. Laurentii.

Viator ne sis nescius, oculos admove, hoc marmore clauditur Magnificus Comes, et Eques Auratus, rai

Petrus Franciscus

militaris peritissimus dux, Petrus Gasinus, qui pro Caesare, et Principe suo Illustrissimo Ferrerio semper se gessit, cum in Nicea Urbe contra Mahumetanam Classem, tum in Germania contra Saxones, et in Britania contra Gallos, Postea Vercellarum Arcis praefectus, dum cepit Gallos post Eporediam Expugnatam in has partes ruentes retundere, Maximum accurrit, ibi in mandibulis accepto gravissimo vulnere, paucos post dies periit, relicta Magdalena uxore pudicissima, cum unico filio Carolo, Petro quoque Augustae Praetoriae Reverendissimo Episcopo eius fratre. obiit pª Januarij annos natus XLVI. MDLV.

33. Philibertus Ferrerius. Joannis Stephani ac Bonifacii Cardinalium ex fratre nepos, Abbas S. Benigni Fructuariensis, S. Michaelis de Clusa, S. Stephani Eporediensis, ac Episcopus Eporediensis, vir doctrina et prudentia clarus, plura munia pro Apostolica sede, laudabiliter obivit, et praecipue legationem apud Carolum Sabaudiae Ducem, tunc Vercellis commorantem. Anno 1549. a Paulo III. factus est Cardinalis tit. S. Vitalis Vestinae. sed eodem anno e vivis excessit

34 Philibertus alter Ferrerius, superioris Philiberti ex fratre nepos, Abbas Commendatarius Monasteriorum S. Stephani de Cittadella Vercellensi, et S. Michaelis de Clusa, circa annum 1550.

35. Sebastianus Ferrerius Philiberti primi Masserani Marchionis filius, Abbas Monasterii Fructuariensis, S. Stephani Eporediensis, ac Episcopus Eporediensis anno 1551.

Petrus Franciscus.

36. Gaspar de Capris Plura Vercellis obivit munia pro Carolo III. Sabaudiae Duce, nempe Magni Elemosinarii, et Cancellarii Supremi Ordinis SS. Annuntiatae. Fuit Abbas Commendatarius Monasterii S. Petri de Mulegio extra, et prope Vercellis. Eiusdem Monasterii aedes, et Ecclesiam, fere ob bellorum motus a fundamentis dirutas, restauravit, atque introduxit sex Religiosos Congregationis Valli Umbrosae, certis attributis redditibus, anno 1547. Anno 1549. Creatus fuit Episcopus Astensis. Anno 1560. ab Emanuele Philiberto Legatus ad Pium IV. Pontificem Maximum missus est. Hospitali Peregrinorum S. Iacobi Capucinorum de strata, cuius erat Commendatarius, favore pauperum peregrinorum renuntiavit; quod deinde a Paulo IV. unitum fuit Hospitali Maiori, seu S. Andreae. Decessit Vercellis.

37. Theseus Raspa nobilis Vercellensis S. Philippi Nerii socius, eique in fundatione Congregationis Oratorii adiutor, sanctitate, et humilitate illustris. Plura Ecclesiae S. Eusebii donaria dedit. Inter ea adhuc superstes est Calix aureus affabre elaboratus. Decessit Romae circa annum 1562.

38. Ioannes Franciscus Belvisius iuris utriusque doctor consultissimus, fuit Petri Francisci Episcopi Vercellensis, Advocatus, et Assessor. Multa scripsit de controversiis, quae tunc Episcopum inter, et Capitulum Vercellense fervebant. Ex hac familia floruit Eusebius Belvisius, Maior Ecclesiae Collegiatae S. Agathae, qui anno 1538. erat Magister Domus Petri Gazini Vercellensis, Episcopi Augustani, de quo supra. Familiae de Belvisio sepulcrum adhuc visitur in Ecclesia Carmelitarum huius Civitatis, cum inscriptione.

Petrus Franciscus.

D. O. M.

Sepulcrum familiae de Belvisio

MDLXXIV.

Decessit Joannes Franciscus anno 1557, sepultusque est in eadem Ecclesia Carmelitarum, addito Epitaphio:

Hoc in Sacello conditum est scientiae, et conscientiae speculum Joannis Francisci Belvisii, Juris utriusque consultissimus, quem licet immensi in dissolvendis causarum nodosis anfractibus, labores vincere non potuerint, mors tamen invida oppressit anno a partu Virginis MDLVII. VII. Kal. Septembris.

Habuit filium Joannem Stephanum de quo infra.

39. Sebastianus Cagnolus Nobilis Vercellensis, doctrina, et eruditione celebris, edidit nonnulla Consilia Legalia. In Ecclesia Minorum de observantia S. Mariae de Bethlem extra muros, legitur eius Epitaphium sepulcrale, ut sequitur.

Ossa Sebastiani Cagnoli hic strata quiescunt,
Qui novit quidquid utraque iura docent.
O dolor, o Patriae, o nostri iactura perennis!
En Cives flendum est; Urbs viduata iacet.

40. Hieronymus Cagnolus Superioris Sebastiani, et Franciscae Alciatae filius, omnium huius aetatis legistarum celeberrimus, in Supremo Pedemontano Senatu Senator, et in Taurinensi Academia publicus Juris Lector, deinde Patavii,

~~[illegible]~~

eodem munere cum ~~maxima~~ laude perfunctus est. Plura e-
didit ~~praeclara~~ sui ingenii monumenta, de quibus videndus
Panzirolius, Georgius Draudius, Jacobus Philippus Thomasi-
nus in suo Gymnasio Patavino, et Rossottus in Syllabo
fol. 262. et 263. Decessit Patavii anno 1551. die prima
februarii. Tumulum habet in Ecclesia S. Franciscanorum
Epitaphio

Hieronimo Cagnolo Vercellensi,
Viro optimo et in Juris Civilis scientia
~~scientia~~ inter nostrae aetatis lectores eminentissimo;
~~lectores eminentissimo; et propter~~
et propter Taurini primum, deinde Patavii,
maiori stipendio, quam quisquam alius
~~alius~~ Jus Civile magnam cum laude, atque omnium admiratione
~~atque omnium admiratione~~
Professo.
Nobili genere
Illustrissimi Ducis Sabaudiae munere,
Senatoria et equestri dignitate perfuncto
Filii summa erga Patrem Optimum pietate,
hoc monumentum posuerunt.
Vixit annos LIX. obiit Kal. Februarii MDLI.

De eo, inter caetera, haec habet Tomasinus Sup.
libr. 2: 1546. Jo. Janus Cagnolus Vercellensis, qui in variis
Italiae Gymnasiis docuerat, pluribus iam scriptis clarus,
a Senatu Veneto invitabatur florenis 800. At anno 1547
~~1541~~ 7. Octobris, auctum est stipendium Cagnolo ad
florenos mille 1550. item ad sextatos mille. Addidit re-
pultam ipse suum statum et memoria, quam
hodie quoque ait a sapientibus Juvenibus salutari.

Petrus Franciscus [illegible]

41. Sebastianus Cagnolus alter sacerdos, et [illegible] qui doctor pietate, doctrina, morum integritate, [illegible] ecclesiae [illegible]. Fuit anno 1590. Vicarius Generalis Petri Francisci Episcopi Vercellensis.

De Hieronymo Falletto.

42. Nec aliquis nobis succenseat, quod Hieronymum Fallettum, hominem Eridinensem, inter Vercellenses [illegible] quem praecipuum erit, nonnulla de Eridini origine, situ et conditione breviter disseram.

Eridinum esse illud oppidum, quod in Itinerario Antonini, et in Itinerario Hierosolymitano, Rigomagus appellatur, [illegible] contendit [illegible] in Dissertatione de Eridini antiquo nomine, praefixa historiae Eridinensi fol. 3. At quos suae opinionis sponsores dat, sunt omnes recentissimi, nempe Brictius, [illegible] et. Cum de Castro nullus ex antiquis Rigomagi ad ripas Padi in Regione transpadana meminerit, sibi suffragari putat antiqua itineraria mox memorata, in quibus iter Ticino Taurinum, ita describitur: Civitas Ticino. Mutatio Duriis. Mutatio Laumello. Mutatio ad Cottias. Mutatio ad Medias. Mansio Rigomagus. Mutatio Cestae. Mansio Quadratis. Mutatio ad Decimum. Civitas Taurini. Quod iter transpadanum, (Regionem Romanorum more, qui Regiones nostras, Transpadanas vocabant) esse opinatur. Ut id persuadeat, plura cogitat suo arbitrio commentum, nempe Cestae, [illegible] Quadratas Solugiam esse, et Decimum [illegible]

Petrus Franc. Jos.

Clavasium inter et Septimum; cum de caetero certae aptius dixeris Monasterium esse, Quadratas Quatordecim Decimum vero minus inepte, et absque ullo prorsus fundamento locatur inter Clavasium et Septimum; etiam adhuc nomen retinet, et in Cispadana Regione, sicut et reliqua duo, iacet. Praeterea scribit ex Vegetio, quod militare iter de mansione in mansionem, viginti millia passuum habebat, quae horis quinque confici poterant. Cum vero ex Itinerariis supra relatis constat, praeterea ex ejusdemmet doctrina, milliaria antiqua nostris contractiora fuisse, ita ut vigintiquinque hodierna, prout sunt in usu, hac Subalpina in Regione, equivaleant antiquis quadraginta et uni. Constat demum, quod Laumellum, ducto itinere per Cottias (Cozzo) Tridino distat viginti duorum milliaribus ad minus, quae Veredariis citatiore cursu, vix quinque horis confecerat. Certum est itaque, quod Rigomagus alibi quaerendus est.

163. Duo adhuc habet, quae sunt certissime falsa. Primum est (fol.) Tridinum nempe in Monteferrato esse; 2um (fol. 16.) paruisse Marchionibus Montisferrati usque ad annum 901. Etenim certum est, quod Ager Vercellensis, olim non ad Tridini situm duntaxat, qui est ad urbis ianuam, sed ad Ancinianum usque trans Padum, quod quindecim milliaribus ab urbe distat, protendebatur. Id discimus ex Diplomate Frederici primi Imperatoris favore Caroli Episcopi Taurinensis, quod ipsemet Iricus ex Ughellio refert in dissertatione de S. Oglerio fol. 12. his notis innuitur: Datum in territorio Vercellensi, apud Castrum Ancinianum

• supra relatis constat vallum fuisse Mansionem Laumellum inter et Rigomagum: Constat praeterea

Petrus Franciscus

VII. Kal. Febr. anno MCLIX. Quinimo Tridinum ad Agrum Vercellensem spectare, ipse pariter expresse affirmat fol. 7. hist. Trid., ubi agens de celebri pugna, qua a Caio Mario Consule Romano in agro Vercellensi prostrati sunt Cymbri, eam gestam aperit in planitie Tridinensi, ut supra vidimus. Verum equidem est non Tridinum dumtaxat, sed et Villamnovam cum reliquis Pagis, et oppidis iuxta Padum, Vercellas versus, et Casale S. Evasii, et Anicianum, citra trans Padum, a saeculo 14. praesertim Marchionibus Montisferrati, imo et aliquando Vercellas ipsas; non ideo tamen quis dixerit Tridinum, Villamnovam, quae est Colonia Vercellensium, Vercellas etc. in Montefer[r]ato sitas esse.

41. Improbabile porro est, Tridinum subiectum fuisse Montisferrati Marchionibus usque ad annum 904. Nam nullibi, sive in Archiviis, sive apud Scriptores usque ad hunc annum 904. Tridini nomen occurrit. Ipse Iricus nullum documentum ~~nullum~~, Scriptoris nullum testimonium profert, quod nobis Tridini nomen exhibeat ante annum 1014. Prima Tridini mentio occurrit in Diploma[te] S. Henrici Imperatoris, quod recitat fol. 18. et 19., dato favore Coenobii Fructuariensis his notis: Datum anno Dñicae Incarnationis MXIV. Indictione XII. Anno Domini Henrici Imperatoris Augusti Regis XII.; quod tamen suspicione falsi non caret. Nam ut sileam, quod in eo desideratur locus datae, dies et mensis; illud praecipue urget, quod notetur annus 12. Henrici Imperatoris Augusti Regis. Nam

Petrus Grandis

Nam hic certissime non erat duodecimus Impe-
rii annus, quia Henricus Imperator renuntiatus fuit
dumtaxat die 14. vel 24. februarii huius anni
1014. neque est annus Regni, quia is tunc erat
non duodecimus, sed decimus tertius. Itaque cum
reticeatur Imperii annus, qui in Imperialibus diplo-
matibus semper signari consuevit, et vicem falso
notetur annus Regni, ingens exoritur suspicio di-
ploma adulterinum esse. Suspicionem auget Caesa-
ris titulus Henrico appictus, ibi: signum domini
Henrici serenissimi Caesaris, atque invictissimi Im-
peratoris Augusti; qui nullibi, quod sciam, in antiquis
Imperialibus Diplomatibus legitur. Quidquid
sit de legitimitate documenti, quod dubio procul
est valde suspectum; non est adeo certum, quod ibi
sermo sit de Tridino. Nam Tridinum collocatur
inter oppida, et territoria iuxta mare Comitatus
Saonensis. Unde fortassis est error in nomine, ab
indocto quopiam amanuensi, temere vel inverso,
vel corrupto. Id ulterius suadet Diploma Othonis
III. 7. Maii 999., et aliud Conradi Caesaris 7. Apri-
lis 1027. quae habentur in Archivio nostro, quibus-
que Imperatores isti donant Ecclesiae Vercellensi,
seu S. Michaeli de Lucedio, totam pertinentiam
a Monte Regis usque ad aequorem nigram, sicut
currit Amporium usque ad Solarium arsum, et as-
que ad fossatum Asinarium, et sicut est Ecclesia S.
Mariae a Ponte, et Stura currit subtus Brollum
vetus et alteram usque Gardinam et usque Nomen-
Siccum. Haec loca, teste Irico fol. 20, adhuc nomen

Petius Franciscus

fere omnia licet corrupte servant, et vel prope montaguis Tridinensis, vel ipsi propinqua, et conterminia. Itaque cum nulla Tridini ibi mentio habeatur, signum est evidens, quod nondum erat in rerum natura.

46. Quare a vero non aberravit qui dixerit Tridinum conditum fuisse ab anno 1027. ad 1101., qua charta mox referenda, omnium prima Tridini meminit. Habemus in Archivio nostro chartam diei 28. decembris 1101. datam infra Castrum Tridini, qui dicitur Burgum novum, qua Willelmus, et Raynerius fratres et Marchiones, filii Willelmi Marchionis de Ravenna, et Otta Comitissa eorum mater, donant Ecclesiae S. Eusebii, seu Quadragesimae Junii, quaedam bona quae ipsorum iuris erant. Hoc nomen Burgum Novum aperte declarat recentem tunc fuisse huius Burgi constructionem. Hanc chartam ex Archivio nostro recitat Irico fol. 22. sed apertiones, gratuita prorsus, et arbitraria, affirmat ibi nominatos fuisse Marchiones Montisferrati, qui tunc firma [illegible] sede Tridinum, veluti oppidum proprium incoluerint. At talis non fuisse, evincitur ex eo, quod dicantur filii Willelmi Marchionis de Ravenna; quo titulo Marchiones Montisferrati, nunquam insigniti reperiuntur. Praeterea futilis admodum, et vehementer aequivoca est coniectura, qua ducitur ad affirmandum fuisse dominos Tridini, quia scilicet chartae donationis data legitur Tridini; cum sit res novum ~~[illegible]~~ nec rarum chartas aliquando dari in alienis territoriis. Praeterquamquod est certo certius Marchiones

Petrus Franciscus

Marchiones Montisferrati, Tridini dominium nactos quo multo serius, nempe anno 1159, vi investiturae ipsis concessae ab Ugutione Episcopo Vercellensi, quae anno sequenti ab Frederico I.º Imperatore confirmata fuit. Diploma Confirmationis recitat ad extensum (quod mirabile est) ipse Irico fol. 28., in quo prae caeteris legitur: Omnium Sanctae Dei Ecclesiae, et Imperii fidelium noverit aetas, et successura posteritas, qualiter Vigo (Ugutio) Vercellensis Ecclesiae Venerabilis Episcopus, dilectissimo nostro Guillielmo Marchione de Montisferrato ob fidele servitium, quod ab eo hactenus accepit, vel in posterum accepturus est, Castrum Tridinis cum omnibus appenditiis suis, excepto fodro regali, et Ecclesiis cum Decimis, et feudo Vallonis Eustachii, iure Beneficii concessit, et contradidit. Aliam palmarem Irici contradictionem placuit obiter adnotare. fol. 22. recitaverat, ut vidimus, Chartam illam, datam infra Castrum Tridini, quod dicitur Burgum novum anno 1101., ex qua colligere se posse putavit, tunc Tridini dominium ad Marchiones pertinuisse. fol. vero 34. memoria lapsus asserit Guillielmum Montisferrati Marchionem, post obtentam Tridini Investituram ab Episcopo Ugutione Suburbium quoddam, cui Burgi novi nomen datum est, aedificandum curasse.

46. Caeterum Vercellenses Marchioni irati, et aegre ferentes concessionem eidem ab Ugutione Episcopo factam, arreptis repente armis anno 1182., Tridinum vi captum diruerant, et disiectis aedibus, solo aequarunt, omnibus incolis huc et illuc dispersis. Inde armis in Marchionem versis eum ad redimendam pacem vel iniquis legibus compulerunt.

Petrus Franciscus =

Iricus pl. 37. ex Benvenuto Sangiorgio recitat Chartam Concordiae hac de re factam. Sed haec supposita est, et apocrypha. Extat in Archivio Civitatis Chirographum archetypum, datum 8. Augusti 1182, quod nos retulimus suo loco, et in quo Guillielmus Marchio, inter caeteras pacis conditiones, se Vercellarum iurisdictioni subiicit, et se Civem Vercellensem constituit, cum obligatione solvendi pro foedo libras 10000. Papienses: et Vercellenses vicissim pacem dant, permittentes Tridini reaedificationem.

47. Anno 1202. Cum Bonifacius Montisferrati Marchio Guillielmi filius, pecunia pro sacra expeditione terrae Sanctae indigeret, Tridinum cum omnibus suis pertinentiis, Vercellensibus vendidit. Qua de re plures extant Chartae in Archivio Civitatis diei 22. 23. Iulii, et 5. Augusti, quas suo loco edidimus. Tridinum tunc iacebat adhuc disiectum, et excisum; Vercellenses novam munitionem adhorti, illud veteri omisso loco, utpote Padi irruptionibus nimis exposito, excitarunt ubi nunc iacet, munitissima addita Arce, atque fortissimis vallis, et fossa circumductis, queis se Marchionibus Montisferrati opponerent. Plures Cives Vercellenses ad hanc novam Coloniam inhabitandam deducti sunt: plura item privilegia concessa iis, qui ad novum oppidum incolendum confluerent, et inter ea illud, quod Tridinenses oppidani omnes, Cives Vercellenses censerentur, iisdemque praerogativis potirentur, quibus Vercellenses Cives. Haec habemus ex Charta Archivii Civitatis diei 20. Iulii 1210. Anno 1214. 16. Novembris,

Petrus Gramelinus

Novembris, Marchio venditionem Tridini ratam habuit et die sequenti cessionem portae fecit Tridini vetris [?] mox Ugo Episcopus Vercellensis, ut ex Charta 28. ejusdem Novembris, Communi Vercellarum investituram dedit. Anno 1217. Vercellensis novis Colonis spacium aedibus aedificandis, et terras ad colendum, congruis portionibus distribuerunt. Extat in Archivio Civitatis magnae molis codex, in quem illatae leguntur investiturae, ut aiunt, novis colonis factae.

48. Deinceps Tridinum, veluti suburbana Colonia, et quidam Tridinenses, ut Vercellenses Cives sunt habiti. Plures familiae Vercellenses, occasione ea occasione Tridini traplantatis, multis saeculis utrobique floruere. Inter eas sunt De Gubernatis, de Ferrario, de Cerruto, de Montilio, de Riccardino, de Scotto, de Agatia, de Alaxia, de Albrica, de Bellono, de Arona, de Bolgda, de Bazolis, de Becuis, seu de Bechio, de Belviso, de Blandrate, de Nasijs, de Bondonis, de Cannino, de Cerretto, de Carnario, de Castello, de Corradis, de Costanzana, de Cozzo, de Galletto, de Faxana, de Fontaneto, de Greggio, de Guaita, de Guasco, de Guiscardis, de Landrino, de Lignana, de Margaria, de Moxo, de Opula, de Pergamo, de Pezzolia, de Pollono, de Porcellis, de Porta, de Putto, de Robbio, seu de Rodobbio, de Rubeis, de Sala, de Sitionibus, de Tridino, de Tronzano, de Viglevano, de Vulpe, de Azelio, et alii plures, de quibus passim in Chartis Archivii Civitatis, occurrit memoria. Tridinum itaque et Tridinenses originem suam a Vercellensibus debent. Quod iam ante docuerat praeminas Augustarus [?] Abeclesia Episcopus Saluciensis Chron. Sabaud. part. 1. fol. 194. et fol. 252.

Patrus Franciscus.

et auctor libri, cui titulus: Theatrum statuum Regiae Celsitudinis Sabaudiae Ducis etc. qui prodiit Amstelodami 1682. Hunc Virum, et merito viros illustres Tridinenses, inter nostros computamus. Accedamus iam ad Hieronymum Fallettam.

49. Hieronymus e nobili Falletta Vercellensi gente oriundus, Tridini natus, Lovanii primum liberalibus disciplinis excultus, ubi quatuor de bello Sicambrico libros carmine heroico scripsit, qui prodierunt typis Venetis apud Aldum 1557; inde in Italiam regressus, ad studium Iurisprudentiae se contulit, et Doctorali Laurea meruit insigniri. Ab Hercule Ferrariae Duce ad Aulam vocatus, pro eo legati munere, magna cum laude functus est, apud Carolum V. Imperatorem, apud Summum Pontificem, apud ~~[illegible]~~ Hispaniarum, et Galliarum et Poloniae Reges, et demum apud Senatum Venetum. Quam postremam legationem dum obiret e vivis excessit Venetiis 1560. Plura et insignia edidit sui ingenii monumenta, de quibus videndus Irico hist. Trid. fol. 302. et 303.

De Francisco Pecchio.

50. Eventum vero mirum, hic adnotare iuvat. Franciscus Pecchius ~~Pecchius~~ nobilis Vercellensis, cum Auxiliarum proficiscetur anno 1537, in itinere interceptus, et Cumaliam ductus, ibidem in Castro in imo turris inclusus est, muro

Petrus Franciscus.

inclusus est, muro desuper inducto, ubi viginti totos annos omnibus eum mortuum arbitrantibus, infeliciter exhausit. Anno 1557. Lumaliae Castrum expugnarunt Galli. Dum omnia etiam ima perscrutantur, audiunt vocem hominis e profundo erumpentem, et ut sibi succurratur flebiliter clamantis. Aures angusto foramini, unde vox exibat applicant. Ut hominem vivum ibi conditum esse intellexerunt, muro disiecto, eum e diuturno carcere, seu potius e sepulcro erutum liberarunt, in omnibus deformem, et belluae quam homini similiorem. Vercellas reversus, et a suis vix agnitus, bona sua a filio Isaaco, qua obaerata, qua distracta reperit. Cum ea repeteret, diu cum tertiis possessoribus in Pedemontano Senatu disceptavit, et tandem causam obtinuit. Qua de re videndus Orasius decis 93. Paulo post decessit, et in Ecclesia S. Laurentii sepultus est, cum inscriptione, cuius nunc, fracto saxo nonnulla verba desiderantur.

. . . .

Magnificus D.nus Fran.cus Pecchius a nobis pro mortuo deploratus, quam diutissime Lumaliae . . .
. . . . ex subterraneo Ergastulo . .
. . . . viginti annos prodiit, mirantibus cunctis Petrum Pecchium ad Lazarus. Mediocri tandem interiecto tempore, novo hoc monumento, sibi, ac suis extructo, propria etiam impensa instaurato
gentilitio saxo,
quod magnificum intuemur,
in Domino adquievit.

De aliis viris Illustribus,
Qui,
Petro Francisco sedente,
floruerunt.

51. Nicolaus Agatia Nobilis Vercellensis S. V. C. in Pedemontano pro Duce Sabaudiae Senator, vir prodigiosae memoriae, qui totum Justiniani Codicem memoria tenebat. Decessit Vercellis, et tumulum habet in Ecclesia S. Pauli addito epitaphio.

> Quidquid omnes legum Doctores
> intellexerunt, Nicolaus Agatiensis,
> consumatissimus Juris consultus
> non ignoravit. Flete Vercellae,
> decus vestrum hic requiescit.
> MDLIX. XXVIII. Aprilis.

52. Floruerunt praeterea

Benedictus Coccarella Canonicus Regularis Lateranensis, historicus et Poeta insignis, qui sex libris descripsit historiam Coenobii, et insulae Eremitanae; de qua aliqua diximus supra.

Bessus Ferrerius Philiberti primi Marchionis filius, et frater Sebastiani Abbatis Fructuariensis, de quo sup. qui scripsit Poema Latinum de domo Ferreria.

Octavius de Bectionibus, Joannis Andreae Comitis Frumentini filius naturalis, Abbas Commendatarius Monasterii S. Jannarii, seu S. Michaelis de Lucedio.

Franciscus Casanus ex ordine fratrum minorum, de observantia, aedificator Coenobii S. Angeli extra muros

Petrus Franciscus

muros Mediolani, eiusque primus Guardianus. Scripsit Vi=
=tam S. Ugolinae Vercellensis, quae prodiit typis Romanis
anno 1600.

Georgius Bustius Ordinis Praedicatorum, multis annis
Bononiae Studiorum Regens, vir pius, doctus, et Angelici
Doctoris sectator acerrimus. Multa docte scripsit, de qui=
bus videndus Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedem. fol. 240.
Joseph Moniardus J. V. D., primo senator, et finalis
generalis pro Emanuele Philiberto, deinde ob mortem
Isabellae Languscae Mottae, eius uxoris factus sacerdos,
et lector sacrorum Canonum in Accademia Tauri=
nensi, postremo vicarius generalis Petri Francisci Epi=
scopi.

Riccardus Olzenengus. De eo haec habet Rossottus in
Syllabo fol. 509: "Richardus Olzenengus Vercellensis Cano=
"nicus Regularis Lateranensis, Abbas Praevalis, a Policro
"Panicello eiusdem Congregationis Generali, Legatus suo
"nomine Theologus ad Sacrosanctum Oecumenicum Tri=
"dentinum Concilium missus, ubi a Patribus ob insignia
"scientiae, et pietatis merita, plurimi habitus, ibidem
"mortalem hanc vitam dereliquit, et ad caeles=
"tem, et felicem volavit Patriam. Reliquit in sui
"memoriam, ~~plus~~ pulcherrimos Commentarios in
"libros Divinarum Institutionum Lactantii Fir=
"miani lib. 7: Commentaria in libros Divi Augusti=
"ni de Civitate Dei lib. 22. De Olzenengo, ita Cel=
"sus Rossottus in suo Lyceo Lateranensi: Quindecim an=
"nos natus, portenta circumferebat, memoriam omni
"memorum, ingenium omni capax, animum omni ~~[illegible]~~ penetrans etc.
Haec Rossottus, et plures alii, quos adducere non vacat.

Guid.

Guido.

Anno 1562.

1. Huius laudatissimi Episcopi natales, dignitates, munera, virtutes, et mores, eiusque ad Episcopatum Vercellensem promotionem, paucis describit Ioannes Stephanus Ferrerius fol. 231, inquiens: "Guido Ferrerius, Petri Francisci Cardinalis ex Fratre nepos, Sancti Stephani de Cittadella Vercel-
„lensi, S. Michaelis de Clusa Taurinensis, et S. Stephani
„Eporediensis Monasteriorum Commendatarius, animi candore,
„pietate, comitate, multiplicique litterarum cognitione insi-
„gnis, Parentibus Sebastiano Casalis Vallonis, Villatae, et Gor-
„zanae Domino, et Magdalena Borromaea, anno 1537.
„mense Augusti natus, a Pio IV. Pontifice, primum fac-
„tus est utriusque Signaturae Referendarius, deinde Patruo
„Petro Francisco cedente 1562. 4. Martii Episcopus Ver-
„cellensis."

2. Eodem anno 1562. Pio, et magna activitate resumptum est Concilium Tridentinum iussu Pii IV. Pontificis Maximi, postquam fere per decennium, intermissum fuerat. Magnae equidem concitatae sunt inter Principum Legatos dissensiones. Hae tamen constantia, et prudentia Cardinalium Legatorum a Latere sedatae sunt.

3. Anno 1563. impositus est Concilio finis die 4. Decembris, post celebratam sessionem vigesimam quintam

Inter Patres, subscripti leguntur Guido Ferrerius Civis et Episcopus Vercellensis, et Augustinus Moliquatta Vercellensis, Episcopus Briviacensis. Pro Emanuele Philiberto Duce Sabaudiae, orator missus est Marcus Antonius Bobba, de quo supra. Legitur in actis Concilii, eius oratio ad Patres habita, die ultima Ianuarii, huius anni, in qua prae caeteris de Emanuele Philiberto, haec habentur: Nobis gaudendum est quod strenuissimus Princeps, non tam sua fortitudine, antiquum regnum sibi recuperavit, quam sua pietate, in Religione Catholica conservavit. Siquidem eo proficerat militum licentia, invitis, et repugnantibus iis, penes quos tunc erat administratio, ut multoties dubitatum fuerit, penitus actum esse de Religione; quae quod adhuc in illis partibus retinatur, id totum post Deum, Sabaudiae Ducis virtuti, acceptum ferre debemus.

Guido.

4. Anno 1564. Solymanus Turcarum Imperator, missis legatis Emanuelem Philibertum hortatur, ut contra Venetos ad id recuperandum Cypri regnum, animum adiiciat, pollicitus se in hac expeditione, omnibus viribus ei adfuturum. Sed oblatam conditionem constanter renuit Emanuel Philibertus, dictitans se malle regno, quod omni iure sibi debebatur, carere quam illud Christiani nominis hostis armis vindicari. Subindo rem omnem, et Solymani consilia Venetis aperuit ut sibi, regnoque tempestive prospicerent. Eodem anno Guido Episcopus Legatus Apostolicus ad Venetam Rempublicam missus est. Per id tempus decessit Ferdinandus primus Imperator, eique successit Maximilianus II. eius filius.

Guido.

5. Anno 1563. Emanuel Philibertus Annae Vercellis extrui, ut propugnaculum fortissimum erat adversus proximam Mediolanensem ditionem, et Urbem firmioribus muris, valloque muniri incepit. Guido Episcopus die 12. Martii a Pio IV. Cardinalis creatus est. Habitum est Concilium Provinciale I.um Mediolanense a S. Carolo, mense Octobris, cui Guido cum eo profectus erat, et galerum Cardinalitium, mandante Pio IV. de manibus S. Caroli acciperet, interfuit. Post haec Guido una cum S. Carolo legatus Apostolicus ad in Italiam deducendas Barbaram, et Joannam Maximiliani Caesaris sorores, quarum prima Alphonso II. Ferrariae Duci, altera vero Francisco Etruriae Principi desponsa erat, in Germaniam profectus est. Paulo post die 9. Decembris e vivis excessit Pius IV. Eidem adsistente in primis S. Carolo Borromaeo, et Cardinali Guidoni, successit die 7. Januarii anni sequentis 1566. S. Pius V. dictus antea Michael Cardinalis Alexandrinus ~~Ghisleriis~~ Ghislerius.

6. Anno 1567. Guido Cardinalis obtinuit a Pio V. Indultum ad vitam, visitandi per se, vel per alios Ecclesiam Vercellensem, et illius personas, et bona Ecclesiastica etiam exempta, et illa reformandi, et corrigendi, prout sibi videretur. Id eo spectabat, ut alibi innuimus, ut Canonicos Vercellenses, qui ab iurisdictione Episcopali immunes erant, in officio contineret. Quod tamen majus Litium excitavit incendium; quod tandem anno 1570. restinctum est, sicuti paullo post videbimus. Eodem anno 1567. die 8. Aprilis Guido Cardinalis Synodum Dioecesanam habuit, in qua Decretorum Concilii Tri-

dentini

Tridentini observationem, et custodiam districte praecepit.
Addita est declaratio ad Salvum ius Capituli exemptionis ab ordinaria iurisdictione Episcopi, his verbis concepta: "Imprimis, et ante omnia praefatus Illustrissimus Dominus D. Cardinalis, ut omnes praefatas obiectiones Capituli, et Canonicorum Cathedralis S. Eusebii tolleret, et eorum votis aliquatenus satisfaceret, declaravit, ad requisitionem Domini Archidiaconi, Canonicorum, et Capituli praedicti, quod omnes actus, quos ipse, vel alii eius officiales, cum ipsis RR. DD. Archidiacono Canonicis et Capitulo, communiter vel divisim, pro eis, vel contra eos faciet, seu facere contingat, intentionis suae fuisse, et esse, quod quandocunque per Iudices Romanae Curiae, seu alios de communi consensu eligendos, cognitum, iudicatum, seu declaratum fuerit ipsos RR. Dominos Archidiaconum, Canonicos, et Capitulum, fuisse et esse possessione, seu quasi immunitatis, et exemptionis ab ordinario, ex nunc pro tunc, et e contra dicti actus censeantur facti, hac habeantur, et intelligantur pro factis ab eo, seu eius officialibus, tamquam ab Apostolicis Delegatis, et non simplicibus ordinariis, iuxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini." De qua protestatione rogatum fuit Instrumentum infrascriptum praesentibus Magnifico Domino Nicolao Agatia, et Domino Stephano Belvisio, Iuris utriusque Doctoribus, et testibus.

7. Anno 1568. nonnulli ex Fratribus Conventualibus S. Francisci Vercellensis, Patrem Guardianum, qui implorata opera S. Caroli Visitatoris Apostolici, Regularem disciplinam

Guido.

fere collapsam restituere satagebat, propria in cella interfe-
cerunt; non tamen impune. Nam in eos instituta quae-
stione eiusdem S. Caroli iussu per Patrem Provincialem
et Gasconem Ferrerium Vicarium Generalem Vercellensem,
quamvis nulla tormentorum vi adduci potuerint ut cri-
men confiterentur, urgentissimis tamen indiciis con-
victi, ad triremes damnati sunt.

8. Anno 1569. habitum est Concilium Provinciale Me-
diolanense II. sub S. Carolo. Fervebant tunc lites Gui-
donem Episcopum inter, et Canonicos Vercellenses,
ob exemptionem ab iurisdictione Episcopi, quam
isti morditus tueri nitebantur. De exemptione quoque
disceptabatur ab iurisdictione Metropolitani, quam
Canonici recognoscere detrectabant. Sanctus Carolus
Canonicos pro componendae controversiae Mediola-
num evocavit. Eo cum mandatis profecti sunt
Franciscus Nasus, et Ioannes Stephanus Belvisius Ca-
nonici, a Capitulis utriusque Ecclesiae delegati. Ne-
gotium pacis tractandae commissum est Ioanni Fran-
cisco Bonhomio, Abbati Nonantulano, qui fuit po-
stea Episcopus Vercellensis, et Praelato Sormano, qui
ibi tunc aderat.

9. Anno 1570. ut alibi diximus, iussu Guidonis, dis-
iectus est chorus Basilicae S. Eusebii. Novi chori
molitio inchoata est aere Guidonis Cardinalis an-
no 1572. Quae cum intermissa fuisset, resumpta
deinde fuit sumptibus Guidonis, Bonhomii Episcopi
et Capituli anno 1577. et absoluta anno 1581.

10. Eodem anno 1570. tandem lis Canonicos inter,
et Episcopos de iure exemptionis ab ordinaria iurisdictione

iurisdictione, quam omnes pre antea actos Episcopos pro exercuerat, et prope immortalis evaserat, luculentissima transactione de partium consensu, dirempta est, in qua Canonici et Capitulum, sub nonnullis conditionibus, se iurisdictioni ordinariae subiecerunt. Quae deinde confirmata fuit a Gregorio XIII, et a Sixto V. Pontificibus.

11. Eodem anno 1570. Guido Cardinalis Seminarium Clericorum in Urbe, quod Petrus Donnius Cardinalis erexerat, unione plurium Beneficiorum, aliisque proventibus auxit, eique Collegium Sex Sunovantum sub Urbano Episcopo erectum annexuit, salvo iure Capituli eosdem innocentes pro Ecclesiae servitio eligendi. Aedes praeterea congruas ad Clericorum habitationem proprio aere aedificari curavit. Demum Sanctimoniales S. Petri de Senta ordinis S. Benedicti, de quibus plura diximus supra, iussu Summi Pontificis, in Urbem transtulit, eisdemque attribuit Monasterium S. Petri Martyris, quod Monialis Dominicanae incolebant: atque has in Monasterium S. Margarithae eiusdem ordinis deportavit; et ita ex duobus unum Monasterium effecit.

12. Anno 1571. fuit illustris apparitio Beatissimae Mariae Virginis, in agro Montis Lapulli. Ideo eleemosynis piorum eo ingenti numero confluentium, brevi ibi speciosa est constructa Ecclesia, adiunctis ad habitandum aedibus. Haec, ut videbimus infra, attributa postea fuit Fratribus Minoribus strictioris observantiae.

13. Anno 1572. die 1.a Maii obiit in osculo Domini Sanctus Pius V. et successorem habuit, concordibus suffragiis electum die 13. eiusdem mensis, Hugonem Cardinalem

Guido.

Bonconpagnum, tanta dignitate dignissimum, qui Gregorius XIII. appellari voluit. Electioni interfuit etiam Guido Cardinalis. Ea occasione, S. Carolo Borromaeo instante, et approbante Gregorio 13.° facta est permutatio Episcopatus Vercellensis, cum Monasterio Nonantolano. Nempe Guido Cardinalis Episcopatum cessit favore Joannis Francisci Bonhomii Abbatis Nonantulani, ob id vicissim accepto Monasterio, seu Abbatia Nonantulae.

14. Post abdicatum Episcopatum, amorem suum erga Ecclesiam Vercellensem, omnesque sibi subditos, quoad vixit nunquam abiecit. Inter caetera, Presbyteros Societatis Jesu anno 1571. idibus Martii in Urbem introduxit, eisdem pro habitatione attributis Aedibus S. Petri de la Ferla, et pro sustentatione, praedio Lachellensi, quod erat Monasterii S. Stephani de Cittadella Vercellensi: item Ecclesiam S. Eusebii extructionem, cum Episcopo Bonhomio et Capitulo, collato aere prosecutus est.

15. Non pauca edidit sui ingenii monumenta, quae tamen omnia deperdita esse dolemus, exceptis nonnullis fragmentis, quae adhuc supersunt, de S. Eusebio et Ecclesia Vercellensi. Praeterea a Gregorio XIII., aliis eruditissimis viris datus comes, ad sacrorum Decretorum emendationem, tanta diligentia et labore se gessit, in exquirendis, ponderandisque antiquissimis Codicibus, ut inde sincero textu dicta Decreta suo nitori restituerit.

16. Inter alia Apostolica munera, eodem Gregorio XIII. mandante, Legatus a Latere, Aemiliam, tanta prudentia, integritate et humanitate administravit,

Guido.

administravit, ut Provinciae Populi, gratitudinis animi ergo in Palatio Praetorio Faventiae, hanc inscriptionem marmoream apponi iusserint.

Guidoni Ferrerio S. R. E. Cardinali
Amplissimo, Totius Aemiliae,
et Exarchatus Ravennae iustissimo,
atque prudentissimo de Latere
Legato S. P. Q. F. Grati ac devoti
animi ergo.

17. Interfuit Comitiis Papalibus, quibus successive creatimunt Pontifices Pius V. Gregorius XIII, et Sixtus V. Decessit Romae die 16. Maii 1585, cum septem horas tantummodo morbo laborasset. Sepultus est in Basilica S. Mariae cum effigie et Epitaphio.

Guido Ferrerius tit. SS. Viti et Modesti
S. R. E. Presbyter Cardinalis, ut viventi
Patruo Petro Francisco Cardinali, et
dignitate, et voluntate coniunctissimus
fuit, ita moriens, corpore ab illo
noluit abesse, cum quo etiam sum-
ma Dei Benignitate fretus, caelesti,
ac sempiterna felicitate se fruiturum
Sperat.
Ob. 16. Maii 1585.

De Viris Illustribus Vercellensibus
Qui
Floruerunt Guidone Sedente.

18. Laurentius Davidicus Vercellensis, Sacrae Theologiae,

Guido.

et J. U. Doctor praedicator Apostolicus, pietate, teste Rossotto in Syllabo, et doctrina insignis, multa pie et docte scripsit, et praelo edidit, quae refert Rossottus ibidem, nempe: De verae Veneris cellae laudibus. Patavii 1568: Clypeus fidelium super Psalmos. Stultorum labyrinthus. Anchora animae. Solamen Christianorum super Epistolas D. Pauli. Lucerna enucleatae veritatis iuxta Sacrorum Doctorum Doctrinam, pro Christi gloria super Evangelia. Quae omnia fere Venetiis impressa fuere. Praeterea italico idiomate edidit: Medicina dell' anima divisa in due parti. Vercellis 1568. Specchio interiore dei penitenti, e confessori. Vercellis 1591. Passatempo dei Gentiluomini Vercellis 1569. Quorum pleraque Carolus Amedeus Bellinzaghi in suis Mss.tis testatur se vidisse, et legisse. Alia quoque huius Scriptoris referuntur in Bibliotheca Sanctorum Florentinae. Nempe pagina 343. Candore dell' anima Cattolica verità del Davidico in 8. et pag. 355. Davidici del Davidico in 8.

Vol. 393

19. Dissimulare tamen non licet, quae de Davidico habet Canonicus Joannes Baptista Modena in hist. Ms.ta ad annum 1570. Scriptor coaevus. Narrat Davidicum fuisse Theologum Celebris Cardinalis Moroni, eumque apud Tribunal S. Inquisitionis a Paulo IV. institutum accusatum tamquam suspectum de haeresi: Deinde Roma Vercellas se recepisse, ubi multos libros scripserit: et demum factum Parochum S. Agnetis, adulterii accusatum fuisse, neque ad tanti criminis suspicionem amovendam, et ad eludendam Judicis inquisitionem, castratum fuisse, et ex vulnero decessisse.

20. Cassianus de Puteo. Gens de Puteo, antiquissima et nobilis Vercellensis, pluribus saeculis in hac urbe floruit, et inde Ramos suos, etiam alio extendit. Quae demum Bugellae, domicilium fixit, antiquissima est ejusdem Vercellensis Puteae familiae, illustris propago. Id plura documenta testantur; idque perspectum quoque habuit Carolus Antonius de Puteo Archiepiscopus Pisanus qui in fundatione Collegii Puteani Pisis erecti, mandavit ut qui aliquando in Collegio Puteano Vercellensi, de quo infra, erecto a Francisco de Puteo Vercellensi fuerunt, et si in Collegium Pisanum admitti postulaverint, caeteris praeferri debeant. Ex hac itaque nobilissima gente prodiit Cassianus de Puteo, vir plurimis virtutibus, pacisque et belli artibus clarissimus. Vita mox exiit Taurini anno 1578. annos natus 80. et sepultus est in Ecclesia S. Augustini. Ejus laudes brevibus perstringit Epitaphium sepulcrale, his verbis expressum.

Guido.

D. O. M.

Cassiano Puteo, Antonii fratri, Romani Iuris, et belli, pacisque artibus claro. Qui apud Carolum V. Caesarem, Carolo Sabaudiae Duci, et Emanueli Philiberto apud Franciscum II. Franciae Regem, Legatus, summa fide adfuit: Niciae a Turcis obsessae, opportune subvenit: et Senatoris dignitatem 25. annis, totidemque Praesidis, integerrime sustinuit. Ludovicus Puteus Praeses, Fabritius Ponderani Comes, et Carolus Antonius Magni Etruriae Ducis ab intimis Consiliariis, Fratres Patruo benemerito P. P. Vixit annos 80. obiit 1578. 9.° Kal. octob.

Guid.

scripsit Capponus additiones ad Bartolum Taurini 1577. Additiones ad Communem Doctorum opiniones. Ibid. 1545.

21. Franciscus Puteus, seu De Puteo Vercellensis Philosophus, et Medicus insignis, scripsit apologiam in Anatome pro Galeno contra Andream Vesalium Bruxellensem. Venetiis 1562. in 8. In praefatione egit de Medicinae inventione. Contra hanc apologiam, calamum strinxit pro Vesalio, Gabriel Cuneus Mediolanensis. Venetiis 1564. Cum Francisco desiit Vercellis soboles Puteana. Ipse autem propriis bonis, erexit in Patria, dotavitque anno 1564. Collegium Puteanum pro alendis duodecim pueris pauperibus Vercellensibus, iisque litteris, et pietate instituendis usque ad aetatis annum 17. Quod etiam nunc floret sub administratione Moderatorum Hospitalis Maioris. Hi pueri, ut superius dictum est, si in Collegium Pisanum recipi postulent, caeteris omnibus ex Mandato Aluciquinoji fundatoris anteferuntur.

Puteanum

22. Ioannes Baptista Cagnolus Hieronymi pater, de quo sup. ipse quoque patris virtutem aemulatus est. Extat in Ecclesia Parochiali S. Iuliani Epitaphium sepulcrale, quod utriusque honorabilem mentionem facit.

Hic iacet Joannes Baptista Cagnolus,
cuius nomen non modo nobilissimae,
et vetustissimae familiae splendor, sed
spectata etiam virtus, quae multa
illi peregregia decora, et omnis offi=
cii ornamenta addidit, conspicuum fecit.
Et cui frater fuit Hieronymus Iuris
Consultus clarissimus, Eques et Comes,
Serenissimique Sabaudiae Ducis Senator,

qui in florentissimis Augustae Taurinorum et Patavii et Academiis Principem locum inter interpretes utrius Iuris, sua excelsa virtute assequutus est. obiit 9. Apr. 1557.

23. Augustinus Molignattus Vercellensis, vir iuris peritia, eruditione, et pietate clarus, primum Senatoris in Senatu Pedemontano, deinde Oratoris pro Emanuele Philiberto Sabaudiae Duce ad Tridentinos Patres, munere, magna cum laude functus est. Ecclesiasticum statum amplexus, et factus Episcopus Tricaricensis, interfuit sub Pio IV. Concilio Tridentino, ut vidimus supra. Ab eodem Pio IV. translatus est anno 1564. ad sedem Eoropolitanam, et Bertinoriam. Fuit Suffraganeus Guidonis Cardinalis Ferrerii in Ecclesia Vercellensi. Quo in munere, nonnullas hic consecravit Ecclesias, et inter eas Ecclesiam B. M. V. in Suburbio, in qua olim erectus erat Prioratus Vezzolani, Patribus Barnabitis S. Christophori postea unitus. Huius Consecrationis meminit lapis in eadem Ecclesia existens, ibi:

Sacratissimam huius Aedis structuram,
una cum primo altari, quae ad Deiparae
Assumptionis honorem, pie dicata fuere,
Reverendissimus Tridentinorum Fori antistes Augustinus Molignattus, Proepiscopus
Vercellensis, religiosa consecratione exornavit prid. Id. Iunii MDLXXI.

Edidit librum Consiliorum Legationum quem Quisquilias inscripsit; ex cuius cap. 600. Thesaur. decis. 190. N. 13. integrum Consilium exscripsit. Decessit in Patria anno 1579. mense octobris, ibique tumulatus est. Eum Thesaur. decis.

Ghilin. Thesaur.

Ep[illegible]. ociis 267. N.° 13. appellat doctissimum, et famosissimum Iuris Consultum. Gaspar Antonius Thesaur. lib. 4. qu. 57. aperit Magistrum suisse, dum legeret Vercellis, Praesidis Thesauri patris sui. De eo, inter caeteros honorificam mentionem faciunt Gravetta, Menoch. Cypral. et plures alii Iuris Consulti; necnon Ughellius in Episcoposalutiensibus, Franciscus Augustinus Abecclesia Chron. cap. 50. fol. 380. de scriptor. Pedem. fol. 4. Rossottus in Syllabo. fol. 291, et alii magno numero.

24. Alphonsus Vercellensis. De hoc praestantissimo Viro, haec habet Franciscus Augustinus Abecclesia Chron. cap. 50. fol. 381: "Alphonsus Vercellensis, ait, Eleemosynarius "Catherinae Mediceae Reginae Franciae, post obitum Ga"brielis Calsoni (decessit autem Caesonus anno 1568.) ad Epi"scopatum Salutiensem fuit ab ipsa Regina nominatus. "Verum cum non fuisset a Summo Pontifice appro"batus, ad Episcopatum Lodovensem in Narbonensi pro"vincia fuit evectus: ac ab Eadem Catharina mis"sus Orator ad Imperatorem. Eandem maerore con"fectus propter adversos, et tristes nuncios de Urbe sua "Lodovensi, ab haereticis occupata, obiit Avenione, et "in Ecclesia Franciscanorum Conventualium sepelitur."

26. Marcus Antonius Bobba. Hunc merito inter Vercellenses Computamus, non solum quod Casali S. Evasii olim Diaecesis Vercellensis, natus fuerit, sed etiam quia Ecclesiam hanc peculiari dilexit affectu, eam aliquando absente Guidone Episcopo, rexit consiliis, et de S. Eusebii Magni, et Ecclesiae Vercellensis laudibus, multa praeclara conscripsit. Fuit autem nobili genere natus, atque pro[bi]tate, prudentia, eruditione, et Iuris peritia, nemini secundus. Ab Emanuele Philiberto, primo Senator, Magistratus

Magistratus Pedemontani, mox sacris ordinibus initiatus, Abbas Pineroli, Senatiae, ac Caramaniae, et tandem Episcopus Augustae Praetoriae factus est. Ab eodem Emanuele Philiberto ad Concilium Tridentinum orator missus anno 1563. elegantem orationem habuit, quae in actis Concilii inserta legitur. Anno 1565. sacra purpura a Pio IV. decoratus fuit. Anno 1571. Vercellis cum esset, a Guidone Episcopo Cardinali [illegible] absente, Joanni Stephano Belvisio Vicario generali, in administranda Ecclesia, adiutor, et Consultor datus, Ascanio fratri Dorotheam Guidonis sororem uxorem dedit, unde Vercellis plures festivae demonstrationes editae sunt. Obiit Romae anno 1585. Inter caetera quae docte conscripsit, habemus brevem Ecclesiae Vercellensis notitiam, in qua D. Sabinianus Discipulus B. Petri Apostoli, statuitur primus Episcopus Vercellensis; et duas odas de Laudibus B. Eusebii, quarum prima [que] incipit Hostium quaecis, nonnullis mutatis recitatur in festo eiusdem S. Eusebii, editas ab Joanne Stephano Ferrerio in vita S. Eusebii ~~[illegible]~~ impressa Vercellis anno 1609. fol. 144. 145. et 148.

Guido.

26. Cassianus Ventura Vercellensis a Bugella Canonicus Regularis Lateranensis, vir magnae probitatis, et devotionis, Vercellis anno 1569. erexit sodalitatem Misericordiae, cui et certas praescripsit Regulas. Edidit etiam librum, cui titulus: Guida del Cristiano.

27. Joannes Jacobus Totacaballus Vercellensis a S. Germano ordinis S. Augustini Congregationis de Lombardia Theologus, et verbi Dei praedicator eximius, aliisque pluribus virtutibus illustris, Henricum Valesium Electum

Guido.

Poloniae Regem, cui acceptissimus erat, eius rogatu comitatus est. Scripsit Commentaria in Aristotelem, et in Magistrum Sententiarum, quae extant Manuscripta. Per id tempus alius eiusdem Cognominis, Patriae, et religionis claruit ingenii nobilitate, Nicolaus nomine, qui Casuum Conscientiae Summam componit, quam tamen morte praeventus publicare ~~bene~~ non potuit. Floruit etiam Franciscus Laurentius Vercellensis, qui typis Patavinis 1563. in 8. edidit librum cui titulus Laudes Vercellarum.

28. Ioseph Caresana Vercellensis artis militaris peritissimus, vir fortis, et strenuus. Eum, scribit Tonsus in vita Emanuelis Philiberti fol. 163. Arci Taurinensi, cum primum extructa est, ab eodem Emanuele Philiberto Gubernatorem praepositum fuisse, hisce verbis, quae tanti viri eximiam virtutem manifestant: Tormentis vero, ait, et omni bellico apparatu, atque armorum genere, et commeatu abunde proviso, magnum Emanuel Philibertus lectorum militum praesidium arci imponit; et ei Iosephum Caresanam Vercellensem patricium, fortissimum virum, rei que militaris peritissimum, ac de se benemeritum praefecit; ut locus et opere, et magno, validoque praesidio, et omnibus necessariis rebus munitissimus, addito tam forti, tantaeque virtutis Praefecto, vi expugnari, communi hominum iudicio, non posse putaretur.

De Isabella Losa de Cardona

29. Isabella Losa de Cardona, mulier doctissima, et cumque sanctitatis, natione Hispana, Vercellas advenit

sedente Petro Francino Episcopo Cardinali Senis erat Elisabetha Rosella Barcinonensis, quae paullo post in Hispaniam rediit. Isabella facta sibi ob Episcoposa: bus Vercellensis publicas habebat conciones, qui: bus Vercellenses ad opera pietatis accendit, et praecipue erga orphanos, quorum magnum numerum in unum Hospitium collegerat. Ipsa itaque adnitente, piorum eleemosynis extructum est Collegium orphano: rum sub titulo S. Mariae Lauretanae, prope Arcem. In eo decessit magna cum sanctitatis opinione pi: issima mulier die 8 Martii 1564, ibique tumu: lata fuit. Anno 1617 occasione restaurationis arcis Collegium dirutum est atque orphanae translatae in Collegium, prope Ecclesiam S. Joseph, eoque pa: riter translatae sunt Isabellae reliquiae, cum elo: gio quod adhuc extat.

D. O. M.

Hic iacet Isabella Losa de Cordona, Natione Hispana, quae quidem, cum iam Sacrae Theologiae Lauream doctissi: me esset consequuta, defuncto coniuge habi: tum Observantiae D. Clarae induit. Rega: lem patriam, propinquos Illustrissimos, oppida divitiasque ingentes reliquit; et nihilominus in paupertate nullum Chri: stianae pietatis officium praetermittens, Universam Italiam peragravit, complu: resque in ea Sacras Aedes Beneficio pau: perum construxit, quarum unum quam praesentem sub titulo B. M. de Laureto

Guido

pervenisset, hic tandem completis aetatis suae annis LXXIII. et mensibus V. spiritum Deo alacriter restituit, Venerabiliaque eius ossa, Templi huius custodiae commisit, anno Dñi MDLXIV. die V. mensis Martii, sub Ep.tu Illustrissimi Dñi Dñi Cardinalis Guidi Ferrerii Episcopi Vercellensis, Regnante Serenissimo Emanuele Philiberto Duce Sabaudiae.

Joannes Franciscus.

Joannes Franciscus

Anno 1572.

1. Joannes Franciscus Bonhomius, nobilis Cremonensis, natus est die 6. Decembris 1536. ex Nicholao Bonhomio, et Placra Scaligera Brixiensi. Inter illustriores huius Ecclesiae Antistites iure est adnumerandus, tum vitae sanctimoniae, tum zelo Catholicae Religionis, tum eruditione et doctrina, tum rerum gerendarum peritia. Inito Pontificatu Pii IV. iam tantus erat ut a D. Carolo Borromaeo, qui eius habilitatem probe noverat, Romam accitus, gravissimis negotiis pertractandis praepositus fuerit, eaque feliciter confecit. Ideoque eiusdem Sancti Cardinalis opera nomen insignis Monasterii Nonantulani, Abbas Commendatarius factus est; et anno 1565. Signaturae officio, quod per consanguineum eiusdem ob Ugone Boncompagno, ad Cardinalatum

cardinalatum assumpto, demisso, ab eodem Pio IV. numeratus fuit.

Sumpt. Francis. [?]

2. Anno 1572. die 17. Octobris per assionem Cardinalis Guidonis, ut vidimus, creatus est Episcopus Vercellensis; et Dominica quinquagesimae anni sequentis 1573. consecratus est Mediolani a S. Carolo, qui eius promotionis auctor fuerat: indeque ad Ecclesiam suam accessit, a Civibus et Dioecesanis, qui ingenti numero confluerant, maxima laetitia exceptus.

3. Anno 1574. mense augusto Henricus Valesius Poloniae Rex, qui ob mortem Regis Caroli IX. eius fratris, ad Regnum capessendum in Franciam properabat, Vercellas ingressus est. In Regis comitatu erat Emanuel Philibertus, qui eum Venetiis convenerat, Alphonsus II. Ferrariae Dux, et Guillielmus Dux Mantuae et Montisferrati. Ad Confinia Vercellensis Provinciae iussu Emanuelis Philiberti, Regi occurrerunt Philippus Estensis, et Comes Masini cum lectissimis militibus decem millibus. Omnia Vercellis aulaeis ornata erant. Rex solemni pompa et apparatu, ad Ecclesiam S. Eusebii deductus, ibidem ab Archidiacono (graviter tunc aegrotabat Bonhomius Episcopus) Capitulo et universo clero exceptus est. Rem descriptam habemus in Gestis Ecclesiae his verbis:

"1574. a di 12. in Giovedi del mese d'agosto
in Vercelli.

"Nota come dell'anno 1574. a li 12. d'agosto in
"Giovedi da sera, Enrico terzo Re di Polonia, sendo fug-
"gito di Polonia per la morte di Carlo nono Re di
"Francia suo fratello, dopo d'esser pel viaggio suo

Joannes Franciscus.

"segnalatamente accarezzato tanto dall' Imperadore, come
"dalla Signoria di Venezia, Ferrara, e Mantua, per
"la sua solenne entrata intorno alle ore 23. e mezza
"in Vercelli, accompagnato in una Carozza dal Duca
"di Savoia Emanuel Filiberto, Ferrara, e duca di Nevers,
"e gran Commendatore fratello bastardo del Re di
"Francia; dove io Giovanni Stefano Piazza Archidia-
"cono di S. Eusebio, con la processione ordinata,
"con pluviali preciosi, andai con mitra ad in-
"contrar col Clero suddetto, esso Re Enrico terzo, che
"diedi baciar la Croce, e da li poi s'inviassimo verso
"S. Eusebio, dove dopo aver asperso il Re e tutti i
"Duchi, si fece una bella musica, ed ivi si disse per
"me l'oracione contenuta nel Pontificale, De Regis
"introitu. Partito da Vercelli, fu poi generalmente,
"e riccamente ricevuto a Torino, e da li fu da S. A. ac-
"compagnato con genti d'armi sino a Lione, s'
"incamminò poi a Parigi."

"Vercelli 12. Agosto 1574.

"Io Giovanni Stefano Piazza
"Archidiacono di Vercelli
"a perpetua memoria."

4\. Occasionem nactus Emanuel Philibertus, cum Rege egit ut sibi Pinerolium, et Savilianum adhuc per Francos detenta, restituerentur. Ludovicus Gonzaga Nivernii Dux et Salutiarum pro Rege Gubernator, omnia movit ut Regem ab hac restitutione absterreret. Sed frustra. Nam Rex ut Lutetiam Parisiorum pervenit, illico iussit oppidum reddi. Quod et factum est. Exinde iuxta pacta praesidia Hispanica abla-
ta,

ab Hasta, et ob oppido S. Agathae sunt deducta. Et sic Subalpina Regio magna populorum laetitia, ob alienigenis ubique libera, sub legitimi Principis clementissima Dominatione respirare coepit.

5. Eodem anno 1574. die 1.a Octobris Margarita Valesia Emanuelis Philiberti Conjux, paulo post Henrici Regis nepotis discessum, Taurini sancte obiit. Exequiolia pompa vere Regia ei persoluta sunt, quibus Ioannes Franciscus Episcopus, qui iam convaluerat, interfuit.

6. Anno 1575. Emanuel Philibertus cum filio Carolo Emanuele Pedemontis Principe, Vercellas venit die 9. Septembris. In comitatu erant Nuncius Apostolicus, Legati Principum, ut universi aulae Magnates. Ibi quoque funus Margarithae Ducissae, solemnissimo apparatu celebratum est. Postmodum die 22. eiusdem Septembris Vercellenses Dicione Emanuelis Philiberti, iurati promiserunt, se semper fideles futuros Carolo Emanueli Pedemontis Principi.

7. Eodem anno Episcopus Bonhomius consilio non satis laudabili, curavit, ut dimisso vetustissimo Eusebiano ritu, toto orbi venerabili, substitueretur in Ecclesia Vercellensi Ritus Romanus, interea dum Sanctus Carolus Borromaeus omni ope adlaborabat, ut Mediolani ritus Ambrosianus, qui vetustissimi Eusebiani est filius, retineretur. Ingentes ob id excitatae sunt turbae et quaerimoniae. Sed calidum nimis praepotenter propinatum, utcumque amarum usque ad fallem exhauriendum constiti sumus. Hoc ipso anno Bonhomius Barnabitas in Urbem introduxit, attributo pro eorum sustentatione, Prioratu Vassolani; et a Pontifice obtinuit, ut Episcopi Vercellenses in actionibus Episcopalibus uterentur sigillo cum imagine S. Eusebii.

Joannes Franciscus.

8. Anno 1576. Emanuel Philibertus cupiens Disciplinam Ecclesiasticam, in Sabaudia, in melius reformari, eo pervenit secum assumptis Nuncio Apostolico, Episcopo Bonhomio, Philiberto Baronzio Praeposito S. Eusebii, et Prothonotario Apostolico, et Petro Antonio de Advocatis Valdengi, iam multos annos Vicario Generali Papiensi, et tunc Canonico Vercellensi. Tantorum virorum zelo, et industria id effectum est, ut tota Lustrata Provincia, Saluberrimisque editis decretis, quorum observantiam Emanuel Philibertus districte praecepit, brevi Ecclesiastica disciplina refloruerit, inque nitori suo fuerit restituta.

9. Bonhomius ab Sabaudia redux, Mediolanum contendit, ubi audiebat pestem saevire crudeliter, Sanctumque Carolum mira indefessaque Charitate infectis propriis manibus ministrare. Paulisper ibi constitit Sancto Cardinali in tam pio opere adiutor factus. Sed quia saeva Lues iam fere ad Vercellarum portas stabat, a Sancto Cardinali iussus est Vercellas proprio gregi consulturus reverti. Ibi statim ad Divinam iracundiam avertendam, publicam generalemque piacularum supplicationem, exemplo S. Caroli, in Urbe die 2. Novembris habendam indixit: sacra actio, demississima humilitate, et maxima aedificatione, peracta est. Procedebant tum laici, tum Clerici tam saeculares, quam regulares, cuncti pedibus excalceatis, et crucem prae manibus gestantes: Episcopus praeterea vestitus sacco, fune ad collum alligato, et crucem ligneam magni ponderis super humeros portans, et ita pariter Canonici omnes. Deus Optimus Maximus, qui diu irasci non solet, tandem se exorabilem

tandem se exorabilem praestitit. Nam pestis Urbem ingressa non est; et Mediolanum quoque deseruit. Hoc anno 1576. decessit Maximilianus II. et successorem habuit filium Rhodulphum II. Per id tempus Ecclesia S. Sebastiani, quae erat extra muros, Servii fluminis exundatione, diruta est. Cui Confratres aliam intra moenia aedificarunt; quam tamen anno 1600. utpote nimis Atrii propinquam, ad situm ubi nunc exstat, transtulerunt.

10. Anno 1578. Vercellis Jesuitae statuti sunt. Inter primos, qui huc advenerunt, fuit Pater Bobadilla Hispanus, ex Duodecim Sociis S. Ignatii. Interim dum eis aptus pro habitatione paratur locus, partem palatii Episcopalis inhabitarunt, in Ecclesia S. Eusebii conciones habentes, et Sacramenta iuxta institutum ministrantes; quoadusque translatis anno 1581. Patribus Barnabitis ad Ecclesiam S. Christophori, ipsis Aedes S. Petri de Ferla assignatae fuerunt.

11. Eodem anno Rozascum, et Pagus S. Marthae in Monte Valentino Dioecesis Vercellentis, permutata sunt Castronovetto, et Celpenchio Dioecesis Papiensis in gratiam Cardinalis De Rubeis Episcopi Papiensis, qui illorum Jurisdictione Civili Dominus erat.

12. Anno 1579. Cum generalia Helvetiorum comitia Badae haberentur, Nuncius Apostolicus, et Episcopus Bonhominus iussu Emanuelis Philiberti, qui Genevensem expeditionem moliebatur, eo legarunt Petrum Antonium De Advocatis Valdengi, eius supra memoravimus, Canonicum Vercellensem, spectatae dexteritatis, et doctrinae virum, ut Helvetios a suscipiendo Genevensium

patrocinio detraheret. Legatio felicem quidem habuit exitum; verum Henricus III. Franciae Rex timens ne si Geneva in Sabaudi manus venisset, aditus Helvetiis in Franciam intercluderetur, ipse Genevae tutelam suscepit. Quod et Genevensibus audaciam auxit et spem Sabaudo ademit Genevam recuperandi.

13. Eodem anno controversia quae erat inter Episcopum Episcopum Papiensem Hippolitum Cardinalem de Rossi, et Episcopum Viglebanensem Alexandrum Casalium, de iurisdictione Mortariae et Gambolò, utriusque consensu commissa et dirimenda arbitrio Episcopi Bonhomii, Ioannis Stephani Agatiae Archidiaconi Vercellensis, et Philiberti Barontii Praepositi Vercellensis, et Vicarii Generalis Episcopi Bonhomii.

14. Anno praecedenti S. Carolus Borromaeus pedes Vercellas venerat, ut inde superatis Alpibus, Chamberium proficisceretur, sacrum linteum, quod ibi religiosissime asservabatur, adoraturus. Ut id intellexit Emanuel Philibertus, ut tanto viro, partem laboris adimeret, sacram Sindonem Chamberio Taurinum transferri iussit. Eo quarta die postquam Mediolano discesserat, pervenit Sanctus Cardinalis, socium itineris habens Episcopum Bonhomium, incredibili acceptus honore. Paucos ibi moratus dies, ut religioni satisfaceret, Vercellas, inde Mediolanum regressus est.

15. Anno 1579. Episcopus Bonhomius, cum iam

cum iam Visitatoris Apostolici Dioecesos Cremonensis et Novariensis munere defunctus esset, ad Helvetios, et Rhetos a Gregorio XIII. Nuncius Apostolicus missus est. Ibi per biennium summa diligentia, Cleri disciplinam restituit, et Concilii Tridentini Decretorum exactam observantiam stabilivit: Jesuitas praeterea Friburgum introduxit.

16. Anno 1580. Cum Episcopus Bonhomius adhuc in Helvetia esset, Emanuel Philibertus ex Hydropisi Taurini mortem oppetiit die 1.a Septembris, sibi succedente Carolo Emanuele filio, huius nominis p.o, cui res praeclare gestae nomen Magni pepererunt.

17. Anno 1581. ineunte Episcopus Bonhomius iam erat Vercellis ab Helvetica Legatione redux. Die 18. Februarii, eius opera, ipsoque praesente repertum est in Choro Basilicae Eusebianae alte defossum, Sacratissimum Corpus S. Eusebii Magni. Statim de eius solemni translatione agere caepit. Iam omnia ingentibus sumptibus ad sacram actionem, magnificentissime parata erant, quin et dies translationis indicta, et Episcopi Provinciae, et totius subalpinae Regionis, ad eam invitati: Sed nonnullis supervenientibus impedimentis, ea res primo ad mensem 8bris prorogata, deinde et penitus omissa fuit. Nam Bonhomius eodem anno, gravissimorum Catholicae Religionis negotiorum tractandorum causa, Nuncius Apostolicus ad Rodolphum Imperatorem missus est, quo in munere toto triennio permansit.

18. Anno 1582. Gebhardus Truchsesius Archiepiscopus et Elector Coloniensis, Agnetem Pulliam suam, sibi matrimonio copulavit, et ut in eo liberius, tutiusque persisteret,

Daniel Franciscus a Varda

~~Lutheranus effectus~~

Lutheranus effectus. Lutheranam etiam haeresim, in dictionem suam inducere voluit, ~~inde~~ magnae excitatae sunt turbae, fortiter obsistente impiis conatibus Coloniensi Senatu. Hunc Bonhomius, una cum Praeposito, et nonnullis Canonicis eius sectatoribus, gradu deiecit, sequenti anno 1583. eumque bonis expoliatum omnibus suum etiam ... in Westfaliam fugere compulit, eidem suffecto Ernesto Bavariae Duce, viro Catholico. Paleologum quoque haeresiarcham, in vinculis Romam misit.

19. Anno item 1582. die undecima Iunii, inita est celebris concordia inter S. Carolum Archiepiscopum Mediolanensem, et Capitulum Vercellense, in oppido S. Agathae, in qua Capitulum, quod eousque exemptum fuerat ab iurisdictione Metropolitani, se eidem certis sub ~~conditionibus~~ reservationibus, quae leguntur in Instrumento Concordiae, sponte subiecit. Concordiae occasionem dedit Monitorium, seu mandatum editum ab ipso S. Carolo sub 22. Maii eiusdem anni 1582. quo Canonici Vercellenses iubebantur acceptare intra quindecim dies, Constitutiones et decreta promulgata in Conciliis Provincialibus quoto actis, quae Canonici propriae immunitati cum ... acceptare constanter renuebant. Ea demum acceptaverunt vi concordiae praedictae, quae postmodum confirmata fuit a Gregorio XIII. Bulla diei 15. Aprilis 1583. Hac de re fuse scripsimus alibi, quo lectorem remittimus.

20. Anno 1583. graviter Vercellis aegrotavit invictus Carolus Emanuel Dux Sabaudiae, et eousque, ut salutis omni spe abiecta, eidem fuerit ministratum Extremae Unctionis Sacramentum.

Extremae unctionis Sacramentum. Ad cujus rei nuncium Hispani collectis copiis, ad confinia Vercellensis Provinciae castra posuerunt, ut eveniente Ducis morte, Vercellas et Hastam occuparent. Vercellenses interea de Ducis vita solliciti, publicis indictis supplicationibus, nocte et die absque intermissione, cunctis in Urbis Ecclesiis ferventissimas ad Deum fundebant preces. Vercellas quoque advolavit S. Carolus, ejusque jussu, multiplicatae sunt preces. Ipse propriis manibus aegrotanti Sacrum Christi corpus ministravit. Orationem praeterea plenam quam ad aegrotum habuit, quae novissime una cum aliis ejusdem S. Cardinalis edita est a Cl.mo Saxio. Nocte quae praecessit diem quintam Septembris aegrotus suavi correptus est somno. Expergefactus narravit sommiasse se intercessione Beatae Mariae Virginis, et S. Eusebii saluti restitutum fuisse. Veritatem somnii comprobavit eventus. Etenim mane facto deprehensus est vix febrim habere; haecque paullatim eadem die in totum evanuit. S. Cardinalis postridie, nempe die 6.a Septembris Missam Pontificalem celebravit in gratiarum actionem, et Commune Vercellarum, tantum Beneficium Beatissimae Virgini Mariae, et Beato Eusebio acceptum ferens, grati animi ergo eisdem obtulit scuta aurea mille. Haec narrat Modena scriptor coevus, qui omnibus praesens fuit. Commune praeterea iconem ex argento solido, magni valoris, quae rem sculptis imaginibus exprimebat, in Ecclesia S. Eusebii erexit, cum elogio marmore aureis caracteribus incisso, quod adhuc extat.

(#) ~~MDXXXIII~~ Nonis Septembris Divinitus restituta

Salute Serenissimo Carolo Emanueli Sabaudiae

Duci periculose aegrotanti Civitas haec, max

(#) MDLXXXIII.

[illegible]

suis fidelissima, summo maerore confecta,
voto nuncupato, hanc iconem immortalis
Beneficii monumentum sempiternum,
Sanctissimae Virgini Divoque Eusebio
Dicavit.

Iconem saeculo elapso, dum Vercellae ab Hispanis te-
nerentur, fures noctu in Ecclesiam clam se insinuantes,
surripuerunt.

§ 1. Dum S. Carolus Vercellis esset, non pauca tum in secu-
laribus tum in Clero devia deprehendit, et casti-
gatione dignissima. Qua de re admonitus Bonho-
mius, qui munus Apostolicum agebat in Germa-
nia apud Rodulphum Imperatorem, de suo quoque
sollicitus, Pontificem impulit, ut Visitatorem Apostolicum
Dioecesis Vercellensis, eumdem S. Carolum constitueret.
Itaque Sanctus Cardinalis, cum amplissima potes-
tate Vercellas venit anno 1584 mense Septembris, ibi-
que facta inquisitione, plura ad frugem correxit
tam in Clero, quam in Laicis, editis saluberrimis de-
cretis, quae adhuc extant. In uno tamen operam
perdidit. Inter Nobiles Jacquetos ferebant inimicitiae.
Cum eos ad pacem, et Concordiam frustra redigere ten-
tasset, pulpitum ascendit, et vehementissima oratione
eorum duritiam increpavit. Tantus autem fuit ar-
dor et in dicendo vehementia, ut ejus caput ignе-
is radiis fulgere videretur. Cum auditorum animos
commotos animadvertisset, eos acrius urgere perrexit
exemplo Patrum, qui ad D. Eusebii praedicationem dissidia,
quibus diu laborabant, deposuerunt; subdidit tamen
obstinantis in malum, eorum perfectam demolitionem

reconciliationem Episcopo Bonhomio divinitus reservatam esse. Haec iterum Modena.

22. Rebus ita hic constitutis Sanctus Cardinalis iterum augustam Taurinorum, ad Sanctam Sindonem venerandam se contulit; et inde redux, Montecapello, Bugella, Masserano transiens, Varallum accepit. Ibi febri corruptus est. Ad Joanne Francisco Rosso Vercellensi, Praetore Romaniani, qui eius adventu cognito, eo accesserat, Romanianum primo, deinde Aronam, ubi tunc erat Cardinalis Vercellensis Guido Ferrerius, deductus est. Verum ingravescente morbo, et se morti proximum sentiens, Mediolanum properavit, ibique die 4. Novembris huius anni 1584. obiit in osculo Domini.

23. Eodem anno 1584. Carolus Emanuel Sabaudiae Dux, a subditis suis sollicitatus, ut uxorem duceret, Catharinam Austriam Philippi II. Hispaniarum Regis secundogenitam, universa Europa plaudente, sibi desponsavit. Dux Vercellensibus id notum fecit per Epistola, data die 28. Augusti, unde plures dies, laetissimis feriis vacatum est. Paullo post Magnificentissimo comitatu, et vere Regio, in Hispaniam profectus est, ibique die 25. Martii Caesaraugustae, solemnissima pompa, matrimonium contraxit.

24. Hoc anno exeunte Bonhomius, Nuncius Apostolicus ad inferiorem Germaniam destinatus est, obtenta tamen a Pontifice facultate, Vercellas revisendi, ibique cum suis ad mensem unum permanendi. Aquidem huc pervenit die 20. Decembris, ibique fuit usque ad diem 3. Februarii anni sequentis 1585. Medico hoc tempore, plura salubriter egit, et prae

Joannes Franciscus

caeteris Nobiles Vercellenses, ad perfectam pacem, et unionem (quod praestare non potuit S. Cardinalis Borromaeus) adduxit. Inde in Germaniam abiit, huc vivus amplius non reversurus.

24. Anno 1585. die 10. Aprilis, ad Caelos evolavit Gregorius XIII, inter optimos Sanctae Romanae Ecclesiae Pontifices, merito recensendus. Datus est ei successor die 24. Eiusdem Aprilis Felix Perettus, appellatus Cardinalis de Montalto, qui Sixtus V. nuncupari voluit, humili loco natus, primo bubulcus, et porcorum custos, postea Franciscanus, exinde eiusdem ordinis Generalis, mox Cardinalis, quidemum Summus Pontifex, infracti animi fortitudine, ingentibusque facinoribus, magni nominis Reges facile exaequavit.

25. Bonhomius Episcopus cum per biennium, et ultra, disciplinae Ecclesiasticae qua restituendae, qua retinendae, qua augendae, in Germania inferiori, plurimo zelo adlaborasset, et Coadiutorem Episcopum Coloniensem de haeresi suspectum, Romam misisset, tandem meritis plenus, Leodii obiit in Domino die 26. Februarii 1587. annos natus 51. prius conditis postremae suae voluntatis tabulis, quas ex Archivio Montis Pietatis, Eliberatas hic damus, ut pote quae et insignem eius probitatem manifestant, et plura alia continent notatu dignissima.

" In nomine Domini amen. Benoto praesentis publici Instrumenti, cunctis pateat evidenter, et sit notum, quod anno a Nativitate eiusdem Domini " MDLXXXVIII. Inditione XV. Mensis vero Februarii die XVIII. " Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini Nostri "

Jo. Franciscus.

» nostri Domini Sixti Divina Providentia Papae V. anno II,
» in mei Notarii Publici infrascripti, ac testium infra
» scriptorum ad hoc vocatorum, et specialiter rogatorum
» praesentia, personaliter constitutus Reverendissimus in Chri-
» sto Pater, et Illustrissimus Dominus, Dominus Joannes
» Franciscus Dei et Sanctae Sedis Apostolicae ~~Sedis~~ gratia Episcopus
» Vercellensis, nec non praefati Sanctissimi D. N. Papae,
» et eius Sanctae Sedis Apostolicae, in inferioris Germa-
» niae, ac Belgarum aliisque Provinciis cum Potestate
» Legati de Latere Nuncius, cogitans de vitae huius bre-
» vitate, et lubricitate, sentiensque se non tam morbi
» vi, quam Dei voluntate, ad aeternam vitam evocari,
» qua sane in re, totum se libentissime refert ad Di-
» vinae Maiestatis voluntatem paratus exequendam,
» volensque propterea domui suae disponere, mente et
» intellectu plene vigens, licet corpore non admodum
» valens, suum testamentum sine scriptis, quod Nuncu-
» pativum dicitur, in vim facultatis sibi, ut asserit,
» a felicis recordationis Gregorio Papa XIII. concessae, et
» alias omni meliori, et efficaciori, quo fieri potest
» modo, fecit, condidit, et nuncupavit in hunc mo-
» dum qui sequitur. In primis commendat se, ani-
» mamque suam, eidem Maiestati Divinae, et Beatis-
» simae Christi Matri Mariae semper Virgini, totique Coe-
» lesti Curiae: ═══ Ut vero constet de Sanctissimae Re-
» ligionis, fideique Romanae Catholicae, veritate, et sta-
» bilitate, in qua semper, vixit, Dei gratia, et mori sum-
» mopere cupit, ac statuit, Sanctam illam Catholicam
» fidem iuxta formam a fel. record. Pio Papa IV. praescri-
» ptam, profiteri voluit, et propositis ei, de eius expresso

Jo. Franciscus.

„mandato, Sacris Dei Evangeliis, professus est, et iuravit in
„hunc qui sequitur modum: Ego Franciscus Joannes firma
„fide credo, et profiteor etc. (sequitur professio fidei). =
„= Summo praeterea Pontifici, Sanctaeque Sedis Aposto-
„licae testatum facit, quod in omnibus Legationibus,
„seu Nuncii Apostolici muneribus, quibus variis in locis,
„et a multis successive annis functus est, nihil fi-
„dei, obedientiae, et observantiae erga Sanctitatem su-
„am, Sanctamque Sedem Apostolicam, quantum
„in se fuit, passus est unquam desiderari, sed cum
„omni diligentia, sollicitudine, sinceritate, et integritate,
„mandata Suae Sanctitatis, et Sanctae Sedis Aposto-
„licae exequi semper, pro viribus conatus fuit. =
„= Cum autem ad eius aures postremo per-
„venisset, aliquem obiicere, conatum fuisse eundem
„testatorem, processum contra praelibati Sanctissimi
„D. N. Papae V. personam, dum in minoribus esset,
„instituisse, hacque de causa Sanctitatem suam male
„in ipsum testatorem, affectum esse, licet sibi per-
„suasum habeat, quod quemadmodum ipsi testa-
„tori, de optima Sanctitatis suae benevolentia, et
„voluntate, multis argumentis constat, ita Sanctitas
„sua nugas, et dicteria ista, quae ipsi Domino
„testatori imponuntur, sciat. Id tamen testatum
„omnibus praecipue esse cupit testatorem, cum fuis-
„se, qui Sanctissimi D. N. praelibati personam, in-
„tegerrimam semper, etiam in Minoribus fuisse cre-
„didit, et propterea semper eius partes tutatus est,
„praesertim contra Generalem ordinis S. Francisci, qui
„eidem Sanctissimo Domino Nostro, in officio Procuratoris

„Procuratoris Generalis dicti Ordinis in curia Romana fun=
„geretur, obtabat. Cui, rei testes Locupletes adhiberi possent
„Dominus Ludovicus Guerola, Canonicus S. Mariae Ma=
„ioris, Dominus Ludovicus de Bar olim Prodatarius,
„et iam Canonicus S. Petri de Urbe, qui dum tempo=
„ris, eiusdem Domini Testatoris, continui commen=
„sales erant. Idem etiam testantur Pius Papa V. S.
„Memoriae, si viveret, quo cum Dominus Testator
„eiusdem Sanctissimi causam ageret, cum Pius V. tunc
„Cardinalis, in Testatoris amplexum irruit, et haec ver=
„ba prosilit: Deus tibi benedicat fili mi, et ego tibi
„multum debeo, quod pro defensione huius boni Patris
„de Monte alto, patrocinium eiusdem, et aestimationem
„tuendam susceperis. ═══ Sed et illud, idem Do=
„minus Testator testatum voluit, quod cum ex ali=
„quorum malevolentia, post discessum suum ex Im=
„peratoris aula, ibi nuncium Apostolicum aliquot
„annis agebat, sparsus fuisset rumor, quod in ad=
„ministranda iustitia contra quendam Abbatem
„Novicellae, ab eo pecuniam extorsisset, vel extor=
„queri fecisset, hoc tam falsum esse, quam fal=
„sissimum, hancque meram esse calumniam; imo
„in hoc ultimo spiritu testatur, et protestatur, quod
„toto vitae suae tempore nunquam quidquam,
„vel obolum accepit, de quo sciat coram Deo, aut
„hominibus conscientiam suam gravari. Et quam=
„quam non potest non dolere, quod tanta iniu=
„ria ei illata fuerit, iis tamen, qui intulerunt, vel
„ut inferretur, causa fuerunt, ex corde ignoscit, et Deum,
„ut iis parcat, ex animo rogat. ═══ Deinde ordinavit,

Jo Franciscus

» quod si contingat eum mori ex hac infirmitate, vel
» aliis extra Ecclesiam suam Vercellensem, vult additioni-
» nus corpus suum ad Ecclesiam Vercellensem deferri,
» ibique in Cathedrali, loco a Concilio Provinciali
» Mediolanensi, praescripto, in ingressu Chori sepulchrum
» crum fieri, cum inscriptione, quae in Concilio habe-
» tur, Locus scilicet sepulturae Episcoporum, cui qui-
» dem inscriptioni addi poterunt haec, et similia verba:
» quo primus religionis, et pietatis ergo, Joannes Franci-
» scus Episcopus, ex inferiori Germania, ubi Nuncium
» Apostolicum agens animam Deo reddidit, ex testamento
» deferri voluit. ——— Quod si in transferendo corpore
» magna nimis intercederet difficultas, aut sumptus excessivi
» fieri deberent, ac propterea huiusmodi translationem
» intermittendam ducerent Reverendi Pater Rector Collegii
» Societatis Jesu Leodiensis, et Joannes Antonius Caresa-
» na, familiae dicti testatoris Praefectus, quorum arbi-
» trio totam hanc curam commisit, tunc voluit Corpus
» suum sepeliri Leodii (si hic decedat) in Ecclesia Col-
» legii dictae Societatis; in qua quidem Ecclesia, viscera
» quae separari debebunt, si non possint commode cum
» Corpore Vercellas deferri, reponi voluit. Quod si ex-
» tra Civitatem Leodiensem, diem extremum obierit,
» nec possit ut supra transferri, tum eligit Ecclesiam
» pro sua sepultura, quam Caresana praedictus con-
» venientem indicaverit. ——— Item voluit quod
» funeri, et exequiis suis pompa, et apparatus, quam
» fieri poterit, minimus adhibeatur; idque totum sit
» arbitrio dictorum Rectoris, et Caresanae. ——— Haeredem
» suum universalem in bonis patrimonialibus insti-

tuit,

Jo. Franciscus.

instituit, et ore proprio nominavit admodum Magnificum
Dominum Petrum Bonhominum, eiusdem Reverendissimi
Domini testatoris fratrem germanum, salvis legatis,
et conditionibus sequentibus. ——— Filiabus eiusdem
Domini Petri fratris Domini Testatoris, quae Monasterium
aliquod ingredientur, et vitam Monasticam professae fuerint,
legavit, eis singulis, seu Monasteriis, in quibus profitebuntur,
singulas mille libras monetae Cremonensis semel tantum, et
quinquaginta libras similes annuas, earum vita durante. Quas
quidem quinquaginta libras etiam legavit iis filiabus dicti
Domini Petri, quae iam Moniales sunt, si tamen hunc ca-
nonem, seu tantumdem non habeant a suo Patre, a quo
si aliquam tantum partem habeant, voluit usque idem
summam quinquaginta librarum suppleri. Qui quidem
canones non ipsis filiabus, sed Monasteriis, iuxta praescrip-
tum Concilii Provincialis solvuntur. ——— Admodum Ma-
gnifico D.no Andreae Burgo, et eius uxori Dominae Joannae Reve-
rendissimi Domini Testatoris sorori relinquit sine aliqua
disputatione, et difficultate usum Loti Flandrini, et eos rogat,
quatenus Andreae eorum filio benignum assensum praebere
velint, quo cum eorum venia Societatem Nominis Jesu,
prout cupit, ingredi possit, quemadmodum ipse Reve-
rendissimus Dominus Testator, qui ex affectu quodam
carnis, huiusmodi propositum, antea non ita libenter au-
diverat, postea cogitans hanc Dei esse vocationem, promp-
te annuit. ——— Domino Lombardino Burgo, Domus
Episcopalis Vercellensis Praefecto, quadraginta Coronatos au-
reos, vita sua durante, super iisdem bonis patrimonia-
libus, quotannis legavit. ——— Dominae [illegible] Ca-
linae filiae naturali Domini Philippi Bolini fratris Illustris

Lo Francese.

"Reverendissimi Domini Testatoris quindecim coronatos singulis
"super iisdem bonis Patrimonialibus, annue, et sua vita durante,
"te, legavit. ═══ In reliquis vero bonis omnibus mo-
"bilibus, creditis, nominibus, et actionibus eiusdem Reverendis-
"simi Domini Testatoris, ubivis locorum constitutis, idem
"Dominus Testator instituit, et ore proprio nominavit su-
"um haeredem, et successorem Montem Pietatis in Ci-
"vitate Perusina erectum, solvis infrascriptis legatis, sum-
"ptibus funeralibus, aere alieno, oneribus, et aliis in primis,
"et ante omnia deducendis, ex iisdem bonis, videlicet ═
"═ Serenissimo Principi Domino Guillielmo Duci Ba-
"variae, quo nihil charius relinquit in hoc Mundo, le-
"gat Crucem ligneam ornatam reliquiis, quam so-
"let habere in mensa, ac praeterea pacem argen-
"team deauratam, ab Abbate e conventu S. Laurentii
"Escurialensi receptam, cui frustum ligni Crucis Domi-
"ni Nostri Iesu Christi, insertum est, et insuper
"sacram tabellam, sive Iconem eidem Reverendissimo
"Domino Testatori a sanctae memoriae Cardinale S.
"Crucis, testamento relictam, quam Iconem rogat
"ut celsitudo sua iubeat perpetuo in sua Serenissima
"familia asservari ad aeternam Domini Testatoris vo-
"luntatis, et suae observantiae erga illam, testifica-
"tionem, eiusque sanctissimis precibus se animamque
"suam commendatam cupit. Et cum diebus supe-
"rioribus Celsitudo sua a Domino Testatore petie-
"rit duodecim ex libellis precariis a Plantino impressis,
"vult quod illi quamquidem viginti quinque transmit-
"tantur, ex quibus tres Duci Maximiliano filio, duo
"Dominae uxori, duo Maximilianae Sorori, duo Domino

Io. Ignatius

"Domino Minutio, et duo Domino Dernicio, Celsitu-
"dinis suae Consiliariis, et duo equiti Minutio donentur,
"quibus Dominis Minucio, et Dernicio Consiliariis, etiam
"unum agnum Dei auro inclusum singulis reliquit.
"——— Serenissimo Domino Duci Sabaudiae legavit
"horologium, quod dono habuit ab Illustrissimo Domino
"de Rosembergh Boemiae Prorege, quod horologium offerre
"cupit Celsitudini suae a Reverendissimi Domini testatoris
"fratre, atque a Ioanne Antonio Caesano, et aliqui-
"bus etiam aliis ex familia sua, in perpetuam obser-
"vantiae testificationem, et argumentum, quod ipse
"Testator semper fuerit addictissimo erga suam Cel-
"situdinem animo, et quod sciat vicissim suam Celsi-
"tudinem pari benevolentia ipsum Testatorem
"prosequutum; quam benevolentiam non dubitat
"Testator se suis officiosis servitiis promeruisse, licet non
"defuerint aliqui, qui contrarium innuere tentaverint.
"Ad quam notam, et iniuriam indebite illatam de-
"lendam, cupit ut sua Celsitudo, suam, ubi opus sit,
"testatam facere dignetur animi sui benevolentiam
"erga dictum Testatorem, cui se, numque Ecclesiam
"Vercellensem summopere commendatam cupit, quem-
"admodum Celsitudo sua, Serenissimique eius quon-
"dam parens, commendatissimam hactenus habuerunt.
Serenissimo Duci Parmensi legavit in observantiae er-
"ga suam Celsitudinem testimonium, horologium quod
"dono habuit a Reverendissimo Dño Archiepiscopo Pra-
"gensi. ——— Illustrissimis et Reverendissimis Do-
"minis Cardinalibus, optimis suis patronis, et de se
"bene meritis, in observantiae testimonium legavit, Illu-
Drutio

Jo. Franciscus.

||Madrutio Theatrum Orbis Terrarum, coloribus pictum,
||quod Antuerpiae iam compaginari imperat: Paleotto
||aliud Theatrum Mundi, quod habet non depictum: Ve-
||ronae Mappale novum, quod hic Laodii nunc compa-
||ginatur: et praeterea eidem Domino Cardinali Veronae,
||et tamen Illustrissimo Domino Comiti Federico Bor-
||romaeo Abbati legavit scripta eidem Domino testa-
||tori a Sanctae Memoriae Cardinali Sanctae Praxedis
||testamento relicta, rogatque enixe ipsum comitem,
||ut optimam rationem, et curam dictorum scripto-
||rum, perpetuo gerere velit, cum eius protissimae sint
||partes curare ne tanti Cardinalis, cui plurimis monu-
||menta pereant. —— Reverendissimo Domino Carolo
||Speciano Episcopo Novariensi legavit Rochetum, unum
||ex subtilioribus: Domino Mario Antonio Bellino ~~leg-~~
||~~vit~~ Canonico ~~legavit~~ Mediolanensi reliquit aliud Ro-
||chetum: Domino Belvisio Canonico Vercellensi
||reliquit unum horologium pensile cum ponderibus,
||ex iis, quae habet Vercellis quod maluerit: Fratri
||suo carissimo Domino Petro praedicto reliquit Cru-
||cifixum argenteum cum icone aureo a Duce Ba-
||variae dono datum, quem Crucifixum et iconem
||vult manere perpetuo in familia apud primogenitos
||in testimonium benevolentiae tanti Principis ergado-
||mi num Testatorum. —— Dominis Joanni Baptistae
||Nobilio Archipresbytero Vercellensi, Bernardo Languscio Prio-
||ri Vesolani, et Joanni Antonio Cassanae Canonico Ver-
||cellensi, suo familiari, legavit singulis lectum instructum
||ex melioribus quos habet Vercellis. —— Domino Jo. Francisco
||Biamino legavit Parvam iconem S. Hieronymi Scrio

Testamentum

„urio intextam quam hic habet. Dominis Joanni Fontanae
„Archipresbytero Mediolanensi, Francisco Porro, Ludovico Montaci,
„Joanni Stephano Agatiae Archidiacono Vercellensi, Philiberto
„Borontio Praeposito, et Vicario Vercellensi, Joanni Dominico
„Dinello Canonico Vercellensi, et Illustri Comiti[?] Strognanae[?]
„tanquam amicis dilectis voluit aliquam sacram iconem, vel
„aliud benevolentiae Signum, Executorum arbitrio dari. ——
„= Dominis Wimando a Wigard Praeposito, Lecano[?], Gor-
„sentio Vicario, Antonio Ghelnart Inquisitori Canonicis
„Leodicensibus, Leonardo S. Jacobi, et Ogero S. Laurentii
„Abbatibus Leodicensibus, singulis legavit unum agnum
„Dei, auro circumdatum. —— Ex Sacris Reliquiis, quas
„habet idem Dominus Testator hic, Vercellis, vel alibi, lega-
„vit unum caput ex undecim mille Virginum, quod est
„nominatum, et satis pravum[?], Vercellis relictum, fra-
„tri suo praedicto, et familiae suae, ac etiam frustulum
„Sanctissimae Crucis habitum ab Abbate S. Laurentii; a-
„liud caput undecim millium Virginum legavit Col-
„legio Societatis Jesu Comensi, ex Rogatu Patris Oliverii Vi-
„sitatoris eiusdem Societatis: aliud caput Societati S. Ursu-
„lae Cremonae ex Rogatu dicti D. Petri fratris Testa-
„toris: aliud Societati S. Ursulae, si denuo erigatur in
„Civitate, vel Diocesi Vercellensi: aliud caput Patribus S.
„Christophori Vercellensi; aliud caput Sanctorum Ebreo-
„rum, Collegio Societatis Jesu Vercellensi: aliud caput
„Reverendissimo Domino Episcopo Vintimiliensi: Reliquias
„omnes sacras reliquias suas legavit Ecclesiae suae Ver-
„cellensi S. Eusebii; cui Ecclesiae suae, sive eius Sacristiae
„legavit etiam cappas, sive Pluviaria, quae Dominus Testa-
„tor habet, voluitque eidem Ecclesiae restitui duo Cande-
labra

Jo. Franchimont.

„candelabra argentea, quae Veruitis discedens secum contulit; et simul
„eidem Ecclesiae legavit magnam pelvim, cum suo urceo argenteo,
„ut pro missis Pontificalibus, et pro colligendis Eleemosynis in pro-
„cessione Montis Pietatis inserviant. = Item legat Societati
„nominis Jesu Leodiensi, duas casulas, quas habet hic meliores,
„videlicet albam, et viridem; Collegiis Societatis Jesu Antuer-
„piensi, Hornacensi, Lovaniensi, et Coloniensi, singulis quin-
„quaginta florenos Brabant. semel; dandos per Coresanum,
„quos habet huic usui destinatos. = Pecuniam autem, quam
„habet M. Arnoldus Hocht Juris Licentiatus, et Curiae Leodien-
„sis Advocatus, in manibus suis, nomine dicti Domini Testa-
„toris depositam, ex Cancellariae Domini Testatoris expedi-
„tionibus, seu compositionibus congestam, vult applicari pro
„initio institutionis, et promotionis Montis Pietatis in Ci-
„vitate Leodiensi erigendi, dummodo tamen ultra biennium
„erectio non differatur, alioquin dicto termino elapso vult
„dictam pecuniam poni apud Collegium dictae Societatis Je-
„su in eadem Civitate Leodiensi extruendo applicari,
„si eo tempore extruatur, alioquin cedant dictae pecu-
„niae Seminario, si tunc erectum sit iuxta formam
„concilii Tridentini, alias cedant Monasterio alicui
„Monialium Pauperi, in quo clausura servetur, arbi-
„trio Episcopi Leodiensis. Voluit autem dictus Domi-
„nus Testator quoad summam, seu quantitatem
„dictarum pecuniarum stari simplici verbo dicti
„Domini Hocht, qui eam penes se habet, vel exigere
„debet. = Item legavit, et destinavit mille Coro-
„natos aureos semel, ad effectum, ut ex illis redditus an-
„nuus, et perpetuus emantur pro fundatione missae quo-
„tidianae in titulum Beneficii Ecclesiastici erigendae

Ind. Grand. [illegible] 6

"quae missa celebrabitur perpetuis futuris temporibus, in
"Capella in cornu Evangelii in dicta sua Ecclesia Cathedra-
"li S. Eusebii Vercellensis; cuius Beneficii collatio, provisio
"et institutio sit de iure patronatus Episcopi Vercellensis
"pro tempore existentis, volens huiusmodi Capellam
"ornari arbitrio executorum. ═══ Item legavit ducen-
"tos Coronatos aureos Capitulo dictae suae Ecclesiae S. Eu-
"sebii Vercellensis pro fundatione sui anniversarii, volens
"ex huiusmodi ducentis Coronatis annuum redditum ob
"hoc emi, et per Capitulum, dictum Anniversarium
"quotannis celebrari; vel per Montem Pietatis Vercellensis
"poterunt dicti Ducenti Coronati retineri, et quotannis
"dari Capitulo decem Coronati aurei in usum prae-
"dictum erogandi, prout executoribus, et ipsius Montis
"Pietatis Administratoribus, magis expedire videbitur. ═
"═══ Patri Henrico Pietra suo Confessario, Romae apud
"S. Hieronymum commoranti legavit Calicem suum cum
"patena. ═══ Item legavit quingentos Coronatos au-
"reos, quos quamprimum voluit idem Dominus Testator
"distribui inter familiares, quos in praesentiarum hic
"habet, habita ratione qualitatis Personarum, temporis
"servitutis, et servitiorum praestitorum; arbitrio Patris
"Rectoris Collegii Societatis Jesu Leodiensis, et dicti Confes-
"sarii; cui Patri Rectori legavit Crucem parvam inau-
"ratam, Reliquias continentem, et agnum Dei, per ip-
"sum Dominum Testatorem quotidie ad collum de-
"ferri solitum. ═══ Item vult idem Illustrissi-
"mus Dominus Testator, quod familiares sui Itali,
"reducantur in Italiam sumptibus haereditatis suae mo-
"biliaris, salvo quod comitentur funus, et se honeste

Per transcriptus.

"gerant sub regimine et conductu dicti Carresanae — Item
"relinquit singulis huius familiaribus, qui inter Nobiles re-
"putantur, unum cochlear cum fuscinula argentea — Et
"praeterea DD. Iulio Cartosio, et Michaeli Bellino, sin-
"gulis librum unum, quem maluerint, ex his quos
"hic, vel Coloniae habet: et Domino Guillelmo Iulius
"relinquit equum album loco sui, qui mortuus est in
"Domo Domini Testatoris. —— Demum quia Dominus
"Testator a multis annis perspectam, et probatum habet fi-
"dem praefati R.D. Ioannis Antonii Carresanae Canonici Ver-
"cellensis, familiae suae praefecti, et Secretarii sui, eidem, de-
"mandat, et committit curam omnium mobilium, quae
"hic et his in partibus Cisalpinis habet, ita ut sicut
"expedire iudicaverit ea vendere, et in necessarios usus
"pro huius sui Testamenti executione convertere, aut Ver-
"cellas conferre, et Monti Pietatis consignare, necnon quae-
"cumque credita, et praesertim pecunias, quae sunt
"in manibus mercatorum quorumcumque, imo principaliter
"summam millediumtaxat Ducatorum, postremo Romam
"per R. Dominum Birellum, seu quemvis alium, Co-
"loniam, vel alias transmissam, et nondum exactam
"via cambii, vel alias quovis modo, eidem etiam Ca-
"resanae Committens onus solutionis debitorum suorum,
"quae sit illi bene esse nota, non secus atque sibi ipsi
"Testatori, dans ei facultatem, et auctoritatem omnia
"exigendi, recipiendi, de iis transigendi, quitandi, ~~jurandi~~,
"et faciendi absque eo, quod possit ab aliquo super his
"omnibus, vel eorum aliquo molestari, vel ab eo aliquis
"compotus, ratio, vel reliqua exigi, sed vult Reverendissimus
"Dominus Testator praedictus Montem Pietatis Vercellensium
quitandi et quomodocumque de et circa praemissis necessariis,
et opportunis tractandi, gerendi, et faciendi

computus,

Lo Franco Jus.

|| Vercellensem, et quosvis alios stare super praemissis, ac om=
|| ni administratione habita suae Domus, rerum, et bonorum
|| per dictum Dominum Carsanam, nudae illius affirma=
|| tioni; quem etiam Carsanam in genere de omnibus, et
|| singulis administratis, tanquam bene, et fideliter per eum
|| gestis, quietat, et liberat, et quietum, et liberum esse, et
|| permanere vult, et mandat; quem etiam Carsanam i=
|| dem Reverendissimus Dominus Testator omnium, et quo=
|| rumcumque negotiorum, et dubiorum ratione sui Testamen=
|| ti, et haereditatis, et Legatorum, et alias emergere, seu ori=
|| ri valentium, interpretem esse voluit, et declaravit, et
|| eius interpretationi, in omnibus stari. Quae prae=
|| missa omnia, et singula memoratus Reverendissimus
|| Dominus Testator dixit esse suum Testamentum, et
|| extremam voluntatem suam, quod seu quam voluit
|| valere, suumque finem, et effectum sortiri iure Tes=
|| tamenti, Codicillorum, et omnibus melioribus vi, et mo=
|| do, iure, causa, et forma, quibus aliinius Testamentum,
|| seu extrema voluntas valere, et effectum sortiri potest,
|| et debet, revocans ad ~~[illegible]~~ quem effectum omnes praecedentes
|| dispositiones Testamentarias, de quibus appareat, salvo
|| semper iure addendi, minuendi, et mutandi, corrigendi
|| etc. Huius autem sui Testamenti, et extremae vo=
|| luntatis executores fecit, et constituit, quoad sua bona
|| patrimonialia, et legata, seu onera superillis con=
|| stituta, supra dictum Dominum Petrum suum fra=
|| trem, et haeredem, quoad bona vero, quae in his par=
|| tibus sunt, et ea, quae hic exequi debent, RR. DD.
|| Cesbbatem S. Laurentii, D. Levinum, Bonaventurum, et Ca=
|| resanam supra nominatos; quoad alia vero Vercellis,

Cofrancesco.

"et ubivis locorum existentia, et quoad executionem totalem,
"et finalem sui Testamenti, et voluntatis, constituit exe=
"cutores Dominos Joannem Stephanum Belvisium, Joannem
"Franciscum Bianninum, et Gausanam Praefatum rogans
"eos omnes, quatenus dictum suum Testamentum, et
"extremam voluntatem prout in eis confidit, debite, et
"plenarie executioni demandare velint, et dignentur. Su=
"per quibus omnibus et singulis praemissis, memoratus
"Reverendissimus Dominus Testator petivit sibi a me No=
"tario Publico infrascripto, unum vel plura, publi=
"cum, seu publica fieri, confici, et tradi Instrumentum,
"vel Instrumenta. Acta fuerunt et sunt haec Leodii, in
"quadam camera superiori Monasterii S. Jacobi Leodiensis
"Ordinis S. Benedicti, anno, indictione, mense, die, et
"Pontificatus supranotatis, et praesentibus ibidem R.R. et ho=
"norabilibus et discretis viris Domino Martino Didinio De=
"cano S. Petri, Magistro Joanne Huetio, et Georgio Be=
"chamas Cantore, et Canonicis S. Pauli Collegiatorum
"Ecclesiarum Leodiensium, Remero Giltea Canonico Col=
"legii D. Materni in Ecclesia Maiori Leodiensi, Petro Osa=
"no Juris Doctore Consiliario Reverendissimi Domini
"Episcopi Leodiensis, et Scabino Leodiensi, Arnoldo Stocht
"Juris Doctore et Curiae Leodiensis Advocato, et Petro Rosp=
"sio dictae Curiae Causarum Procuratore, testibus ad prae=
"missa vocatis, et per dictum Reverendissimum Dominum
"Testatorem specialiter rogatis."

27. De translatione corporis Episcopi Bonhomii, haec habet Modena, testis de visu: La interiora, ait, furono sepelite a Liegi nella Chiesa de Padri Gesuiti, Il corpo fu portato a Vercelli. Il Capitolo mandò due Canonici

Canonici, et un Maestro di Cerimonie, ad incontrarlo nelli confini d' Italia. Dove si fermavano la notte, la mattina si faceva uno funerale, lasciando alle chiese la cera, cioè ad Arona, Borgomanero, Gattinara, et Albano, et a Santo Bartolomeo fuor delle mura, dove fu depositato. Fu ricevuto con solenne pompa funebre. Vi venne il Vescovo d' Alessandria, che fu poi Cardinale Paravicino, suo amico, et successore nella Nunziatura dei Svizzeri, Rethi, et Elvezii. Il Padre Giovanbattista Peraseo Gesuita, facondissimo predicatore, fece l' orazione funebre.

28. Huius laudatissimi Praesulis elogium breviter exaratum legimus in antiquo Necrologio toties citato, fol. 78. his verbis: Anno Dominicae Incarnationis MDLXXXVII. die XXV. Februarii de huius caduci saeculi caligine, tamquam fidelis et prudens servus, a Deo vocatus, in Sancta confessione migravit, bonae et sanctae memoriae Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Dominus Ioannes Franciscus Bonhomius, huius Sanctae Vercellensis Ecclesiae Episcopus, qui annos quindecim Pontificale munus summa cum laude gesserat, cum prius Abbas Nonantulanus in Mutinensi territorio fuisset. Hic a Sanctissimo Domino Papa Gregorio XIII. Episcopus factus, clerum, et Ecclesiam suam miro modo reformavit. Fuit enim iudicio integerrimus, pius, corpore castus, in laudibus divinis assiduus, consilio providus, ad misericordiam pronus, summus Doctor et praedicator magnificus, in Ecclesiam et pauperes largus, et munificus, Sanctissimi et Illustrissimi Cardinalis Caroli Borrhomaei tit. S. Praxedis, et patroni sui imitator egregius. Civitatem Vercellensem duobus Clericorum Regularium

Regularium Collegiis, videlicet S. Paulli Decollati, et Societatis
Jesu, et huius quidem instituendi, et annuis redditibus do-
tandi, Guidoni Ferrerio S. E. R. Cardinali et Episcopo Ver-
cellensi auctor fuit, ob quae eximia merita, et singularem
in rebus agendis prudentiam, ardentemque honoris Dei,
et animarum zelum, Visitator Sabaudiae, et Dioeceseon No-
variensis, et Comensis; Constitutus fuit inde Nuncius A-
postolicus ad Rhetos, et Helvetios, tum ad Principes
Germaniae, et ad Rodolphum II. Imperatorem, postremo
cum potestate Legati a Latere, in Superiori Germania
contra Gebardum Episcopum Coloniensem Electorem haereti-
cum missus, fide, et integritate hoc munus totos octo
annos obiens, istius Gebardi Episcopatu eiecti loco, Sere-
nissimi Ducis fratrem Bavariae fratrem Hernestum suf-
fecit, ac Leodii ex morbo spiritum Deo redditurus, tes-
tamento Montem Pietatis Vercellensem, haeredem instituit,
Ecclesiae suae multis bonis legatis, videlicet mille aureis
pro erigenda Capella in honorem Beatissimae Virginis
Mariae, ducentis aureis pro anniversario faciendo, septem-
que Candelabris argenteis, cum cruce, pelvi cum urceolo
magno pro missis Pontificalibus, pelvi cum urceolo pro
missis solemnibus, pelvi cum urceolis pro missis privatis,
et multa alia legavit, et praesertim Sanctorum reliquias in-
signes, et paramenta, et ornamenta in quantitate. Silentio
premit scriptor, et quidem, ut mihi videtur, consultis-
sime, quod Bonhominus auctor fuit, ut Ecclesia Vercel-
lensis abiecto antiquissimo Ritu Eusebiano, Romanum amplec-
taretur. Nam id in Bonhominio, sive eius Consilium, sive
ipsam operam, nemo cordatus laudaverit.

29. Elatum est Bonhomini Corpus, ut ipse mandaverat,

ut ipse mandaverat, in sepulcrum, quod est in ingressu Chori, Episcoporum Vercellensium sepulturae destinatum, cui haec inscriptio incisa legitur:

Sepulcrum Episcoporum Vercellensium,
Quo Joannes Franciscus Episcopus, pietatis,
et religionis ergo, Leodio in inferiori Germania, ubi Nuncium Apostolicum agens,
animam Deo reddidit, ex testamento
primus delatus est anno Domini MDLXXXVII,
Aetatis suae LI, Episc. XV.

Magnam habuit olim venerationem Bonhomius, ita, ut quamplures ad eius sepulcrum voto nuncupato pro spiritualibus, temporalibusque emolumentis, supplices confugerint, cuius patrocinium quanti valeret, pluribus gratiis Deus, Optimus, Maximus testatus est. Testatur Bonomius Marcus Aurelius Cusanus, quod eius aevo plurimae votivae tabellae, gratias Bonhomii intercessione impetratas, experimentis ad eius sepulcrum appensae visebantur, et quod energumeni adeo huiusmodi sepulcrum horrebant, ut ipso vix pedibus attacto, ingentibus editis ululatibus inde praecipites abscederent. In nonnullis documentis, cum Beati titulo insignitum legimus. Ecce desumunt, qui testamento legata fuerint ad honorem Beati Joannis Francisci Bonhomii.

Quare cum anno 1662 mense Januarii, in eodem sepulcro humandum esset corpus Episcopi Hieronymi de Rubeis, capsulae in qua conditum erat Bonhomii corpus, lamina plumbea affixa est, cum inscriptione:

In hac praesenti capsa lignea, intus vero
Plumbea, asservatur integrum Corpus servi Dei,
Joannis Francisci Bonhomii Episcopi Vercellensis.

Jo. Franciscus

6

30. Bonhomius porro, plura edidit eruditionis, qua plurimum valebat, monumenta. Inter ea sunt hymnus Iam sol recurrit aureus: Carmen inscriptum Borrhomaeus mirabiliter servatus, quo graphice describitur quomodo S. Carolus Borrhomaeus glande plumbea percussus, ope divina illaesus mirabiliter evaserit: item aliud carmen, cui titulus Borrhomaeides, quo Bonhomius canit encomia S. Caroli, et Gentis Borrhomaeae. plura praeterea elogia ad honorem S. Eusebii composuit, quae videre est apud Ferrer. in vita S. Eusebii edita Vercellis anno 1609. fol. 135. Extat demum liber vulgatus typis Mediolanensibus Pauli Gotardi Pontii anno 1581, conscriptus occasione translationis Corporis Beatissimi Eusebii, quam Bonhomius moliebatur magnificentissimo apparatu faciendam, continens Epistolam Pastoralem ad Populum, et Clerum Vercellensem, in qua plura ad huiusmodi translationem spectantia; item plures sermones Sanctorum Patrum, necnon testimonia Patrum et Scriptorum utriusque linguae, de laudibus S. Eusebii, quibus accedit Vita S. Eusebii a se descripta. Hunc librum, quamvis inscriptum Bonhomii nomine, esse opus Galesinii Mediolanensis, aperit Canonicus Modena, scriptor coaevus. Et quidem ea quae ibi traduntur de Apostolatu Mediolanensi B. Barnabae, de Metropolitica Dignitate Ecclesiae Mediolanensis, iam usque a 4° saeculo aerae Christianae, de D. Eusebio, quem auctor mordicus contendit fuisse primum Episcopum Vercellensem, et id genus alia, manifeste testantur esse opus Scriptoris Mediolanensis, propriam Ecclesiam plus iusto extollentis, et veram, solidamque Vercellensis Ecclesiae gloriam, contra fas incidentis. Edidit praeterea Elenchum Episcoporum Vercellensium a D. Eusebio, et, teste

Jo. Franciscus.

et, teste Ferrerio, Epistolas permultas pietatis, et religionis plenas. Elenchus tamen compluribus anachronismis scatet, pluresque exhibet Episcopos ad arbitrium vel confictos, vel loco motos, ita ut eidem nequaquam fidendum sit.
Addit Antonius Teisserius in Catalogo Scriptorum edito Coloniae Allobrogum 1686. to. 1. pag. 126. alium librum conscripsisse Bonhominum, editum Coloniae anno 1587 in 8.°, cui titulus, Vita et obitus Caroli Borromaei; nec non Concionatorum, Pastorumque Instructiones. Hic liber nobis ignotus est.

31. Quamvis Bonhomius et plurimum a propria Ecclesia abfuerit, gravissimis Ecclesiae Universalis negotiis pertractandis occupatus; eam tamen diligentissime ad praescriptum S. Concilii Tridentini reformavit, tum saluberrimis edictis, tum Synodis, quas undecim celebravit, plerumque per Vicarios suos. Capitulo Vercellensi, ut decreta Conciliorum Provincialium acceptaret, auctor fuit, eorumque quarto, et quinto praesens adfuit, et subscripsit; sexto vero habito anno 1582. cum apud Rhodolphum Imperatorem, et Nuncii Apostolici munus obiret, per Paulum Grassum Vicarium suum. Pauperibus sublevandis intentus, Montem Pietatis Vercellis erexit, dotavitque, aliaque egit, ut merito inter optimos Ecclesiae Vercellensis Praesules, sit recensendus. Plures successivo habuit Vicarios generales, zelo, pietate, et doctrina conspicuos, et inter eos, Joannem Baptistam Nobilium Archipresbyterum Vercellensem, Philibertum Barontium praepositum Vercellensem, Joannem Stephanum Belvisium Canonicum S. Eusebii, Caesarem Camillum Ferrerium Abbatem S. Stephani Eporediensis, postea Episcopum Saonensem, et demum Eporediensem anno 1584 deguitus 1581., infra

Jo. Franciscus

Viri Illustres
Qui Floruerunt
Bonhomio Sedente

32. Joannes Stephanus Beliortius Vercellensis, Joannis Francisci, de quo alibi, filius, Iuris utriusque, et Sacrae Theologiae Doctor eximius, Prothonotarius Apostolicus, et Canonicus S. Eusebii Vercellensis, magna cum laude, Vicarii Generalis munere pro Episcopo Bonhomio Vercellis, aliquot annos functus est, eiusque nomine etiam nonnullis Synodis Dioecesanis, quae eo absente habitae sunt, praefuit. In conscribenda Tabella Episcoporum Vercellensium, quae prodiit iussu Domini Episcopi Bonhomii, Galesino Mediolanensi adiutor fuit. Edidit, teste Rossotto in Syllabo, librum typis Vercellensibus 1570. inscriptum, Delli nove viaggi, che fece la Vergine Santissima con Gesù, per instruttione di quelli che fanno le novene, con le sue meditazioni. Demum a S. Carolo Borromaeo Mediolanum evocatus, Vicarius Generalis Mediolanensis constitutus est, quo munere, rei Catholicae, et disciplinae restaurandae causa, egregiam S. Cardinali operam navavit. Decessit Vercellis die 8. Martii 1587. magna cum probitatis, et sapientiae fama.

33. Petrus Antonius de Advocatis Valdengi Canonicus Vercellensis vir insignis litteraturae, sanctitatis, et in gerendis rebus dexteritatis praecipuae; quem supra vidimus Vicarium Generalem Episcopi eiusdem, Visitatorem, reformatoremque Ducatus Sabaudiae, necnon legatum in Helvetia ad comitia Badensia.

34. Damianus Borontius Canonicus Cathedralis S. Mariae Maioris Vercellensis. Eius elogium brevibus texit Modena scriptor

Scriptor coaevus in hist. Ms.ta ad annum 1580, inquit: 1580,
Morse il Rev.mo Damiano de Signori di Buronzo Canonico
Sacerdote in S. Maria Maggiore, che fu uomo di gran
Santità, umiltà, et carità. Dava tutte le sue entrate
a poveri, che appena si conservava da mangiare per lui
e per una indemoniata, che teneva in casa, una delle
fastidiose indemoniate, che si potessero mai trovare; fu
portata dal Demonio in tre giorni a Roma, et in tre
altri riportata a Vercelli. Questo buon Sacerdote,
et Canonico la teneva per suo esercizio spirituale, e
per mortificarsi, Bartolomea si chiamava la indemoniata.
Da che fu fondata la casa delli orfanelli, si fu loro Capel-
lano, et della compagnia, senza premio, ma solo per ca-
rità. Era divotissimo, e se stesso sprezzava, con andar
vestito di habiti vili, et da povero religioso. Fece testa-
mento, et lasciò tutto il suo poco resto alla chiesa et a'
poveri.

35\. Ludovicus de Advocatis Archipresbyter Vercellensis. Huius prae-
clarissimi viri elogium, exculptum olim legebatur ad eius
sepulcrum in Basilica Eusebiana, his verbis:

> Ludovico de Advocatis S. Georgii Canonico,
> Et Archipresbytero Vercellensi, ingenio, magnitu-
> dine animi, et in rebus gerendis singulari
> prudentia praedito, in arduis vero et diffici-
> libus negotiis Consultissimo sagacitatis. Antо-
> nius frater benemeritus, maestus posuit.
> Vixit annos 54. Obiit die 15. Januarii 1571.

Habuit successorem in Archipresbyteratu Augustinum Langu-
scum Mottae, cuius Epitaphium adhuc est superstes in Ba-
silica Eusebiana, ut sequitur:

Io. Franciscus
Sc.

D. O. M.

Quod superest Augustini Langusci Mottae
Canonici et Templi huius Maioris, Archi=
presbytero pietate, et religione in Deum,
officio et fide in omnes, mirifice conspi=
cui, hic conditur. Obiit 8.° Kal. Octobris
1580. Annum agens 58.

Augustino successit Ioannes Baptista Nobilius Lucensis ex=
imiae virtutis vir de quo infra.
Fuit autem Ludovicus ex Dominis Auxiliani descendentibus
a Celeberrimo Simone de Colobiano, de quo plura diximus
suo loco. Nobilissimae huius propaginis, unicum superest
germen Eusebius Franciscus, Mottae Comes, singulari indolis,
et maximae spei adolescens.
Eiusdem stirpis, et alius floruit Archipresbyter Vercellensis,
Nicolinus nomine, cuius olim extabat sepulcrum in
eadem Eusebiana Basilica, cum Epitaphio:

Hic iacet Nicolinus Archipresbyter Vercellensis
De Advocatis Colobiani. 1504.

35. Franciscus ab Alexandris Medicus et Philosophus, omnium sui aevi celeberrimus. De eo haec habet Modena sup. ad annum 1581: Fioriva, inquit, in Vercelli Francesco Sandro Filosofo, et medico celeberrimo. Hebbe un fratello maestro di campo nel marchesato di Saluzzo per Re di Francia, un altro fratello pur Medico, et Filosofo, nominato Alessandro: figliuoli Giovanni Alessandro Medico, et Filosofo imitator del Padre, Uno Sergente maggiore per Serenissimo Duca di Savoia et un Capitano.
Eius Epitaphium legimus in Ecclesia Parochiali S. Laurentii Vercellensis, ubi sepultus est, his verbis expressum:

Hic ab Alexandris Franciscus et alter Apollo
Pieriae, et medica summus in arte iacet.
Undique tanti hominis tanta viget undique fama,
Crescere quae titulis, nec minui arte potest.
Corporis exuviis, fato spoliatus iniquo,
Regna tenet tandem spiritus alta Dei.
Bis decem binos ter sex iam vixerat annos,
Invida cum rapuit mors Libitina suis.
Obiit anno MDLXXXVII. X. Kal. Novembris hora 11. noctis.

Ibidem etiam legitur Epitaphium Alexandri eius fratris, qui et ipse fuit medicus et Philosophus excellentissimus.

Ossa Alexandri Phisici hic deflenda quiescunt;
Vixerat en iuvenis quoslibet arte senes.
Franciscus frater, moesti et luxere parentes:
Urbs tota ingemuit fata proterva nimis:
Annos natus XXX. vixit. Obiit anno MDLXXXV. X. Kal. Febr. hora X. noctis.

37. Franciscus Pellipparius. Paullo post typographicae artis inventionem, ea exerceri coepit Vercellis, magno nitore, et cultu, praecipue a Pellippariis; quorum editiones magno sunt in praetio apud eruditos. Inter eos floruerunt saeculo 16.° Ioannes Maria, et Franciscus; quorum hic postremus edidit etiam monumenta proprii ingenii. Dei titoli, che si devono dare nelle soprascrizioni delle lettere 1581. Item del modo di domare li Cavalli. De eo agunt Rossottus et Franciscus Augustinus ab Ecclesia de Scriptor. Pedem. aliique. Ab Ecclesia Familiae de Pellippariis, quae iam dudum extincta est, extat sepulcrum in Ecclesia S. Francisci huius Civitatis.

38. Ioannes Baptista Surdus Vercellensis a Crescentino Iurisperitusque

Jo Franciscus.

utriusque Doctor eximius, et in Supremo Senatu Pedemontano Senator, vir apprime doctus, et magnae apud omnes aestimationis. Scripsit Commentaria ad l. primam ... utrum filius defuncti possit retinere feudum, repudiata haereditate: et ad ... Titius, ii de feudo defuncti Taurini 1585.

39. Franciscus Maria ex nobilissima Vercellensi familia de Vialardis, Philosophus Illustris, et multiplici eruditione clarus, Scripsit disputationem, quam dixit coram Carolo Emanuele 1° Duce Sabaudiae, et in utramque partem, tractatum de magnitudine Terrae et aquae. Taurini 1580. Scripsit praeterea Tractatum super primam Aristotelis propositionem Ethicorum, Parmae 1598: Tractatum variarum rerum, et praecipue lingua Italica, Dei brindisi, che si fanno a Tavola: plura carmina tam latino, quam Italico idiomate, quae passim leguntur: Vitam Innocentii VIII. et Bonifacii IX. Italico idiomate, Venetiis 1613. in fol. Edidit praeterea Orationem funebrem in obitu Serenissimae Margaritae Volesiae, Sabaudiae Ducissae, quam latinam fecit Joannes Baptista Testa.

40. Franciscus Odettus Vercellensis a Crescentino J. U. D. quidecte scripsit nonnulla Consilia legalia, quae passim variis in locis impressa sunt.

41. Joannes Petrus Surdus Vercellensis a Crescentino, Doctor magni nominis, et in Casalensi Senatu pro Mantuae Duce Senator. Plura edidit praeclara sui ingenii monumenta; et inter ea, Consiliorum Volumina tria impressa Taurini, et Venetiis 1589: De Alimentis Francofurti 1598; quem Joannes Baptista Hodierna Juris consultus Neapolitanus, additionibus, et adnotationibus illustravit.

42. Caesar Camillus Ferrerius, de quo sup. Joannis Stephani Dominus Borianae filius, Abbas S. Stephani Eporediensis, vir plurimae virtutis, et prudentiae, qui aliquando Vicarius Generalis Episcopi Bonhomii, mox Episcopus Saonensis, et demum Episcopus Eporediensis fuit anno 1581.

Hinc adde Benedictum a S. Germano diocesis Vercellensis, Abbatem S. Petri de Saviliano, anno 1579.

43. Abs re non erit meminisse demum Bartholomei Modenae, Patris Canonici Joannis Baptistae historiographi Vercellensis, quem pluries supra laudavimus; et quidem verbis ipsiusmet Canonici Joannis Baptistae: 1582, ait, morse Bartolameo Padre dell' Autore, nato l'anno 1522 mentre la peste era in Vercellis, che per ciò morse il suo Padre di nome Giovambattista, essendo Anastasia sua moglie gravida di cinque mesi, la quale dopo di aver partorito esso figlio, et di un anno, morse anche la madre di peste, et il figliuolo Bartolameo portato alle capanne, allevato a gran stenti, e pericoli sotto la cura del Zio, cominciò da puetto ad esser divoto: fatto giovanetto di 12. anni in circa, andò alla guerra per paggio del B. Cesco Raspa: Mentre era alla guerra, volendo difender uno patrone colle figliuole dall' insolenza dei soldati suoi compagni, fu sopra il capo malamente ferito, onde poi risanato, se ne andò a Roma, dove crescette nella divozione, et spirito, e stette molti anni: poi tornato a casa, tolse moglie Maria Ferrera di Biella, parente dei vescovi, dove esso aveva anco servito. Faceva il mercante da tele, et andava alli mercati delle ville a comprarne, ma facendo una condotta a Venezia, sdruscita la nave negò le tele in E., che sebbene pescate, perchè erano bagnate, vi perdette tanto,

Io. Franc[?]

tanto, che divenne povero; et ritornato a Casa si diede mag-
giormente alla vita spirituale, et a far exercitio per guada-
gnar il vitto alla sua famiglia. Era divotissimo, Et uno fu
delli primi Confratelli, che si pigliarono la cura degli or-
fani: et il Sig.r Damiano da Burosso sopra nominato fu
sempre il suo confessore. Digiunava tutte le Quadragesime,
et Avventi, et non mangiava mai una volta al gior-
no, non facendo neanche collatione alla sera. Digiunava
tre giorni della Settimana tutto l'anno, et il Venerdi si dava
la disciplina, et la quadragesima, e l'Avvento tre volte la
settimana. Digiunò senza mai mangiare dal Giovedì San-
to a mezzo giorno, sino al giorno di Pasqua finiti li
Divini offizi. Si confessava, e communicava ogni Dome-
nica, et feste di precetto, et quei giorni faceva le sette Chiese
nove Romano. Diceva nei suoi giorni tanti Pater et ave quan-
te ore era stato C. N. S. al mondo, et tanti quanti giorni la
Vergine, dodici mila per gli Apostoli, dodici mila per li
martiri, undici mila per le Vergini, et sempre giorno, e
notte aveva la corona in mano, perche non sapeva leggere,
con tutto ciò intendeva il latino, et la sacra Scrittura, della quale
ne ragionava prontamente. Conveniva nelle Congregationi do-
ve vi erano il Vescovo, et Prelati, et persone di qualità, et veniva
ammirato il suo parere, et dicevano di lui, Confiteor tibi Pater, quia
abscondisti haec a Sapientibus, et revelasti ea parvulis. Era dal
Cardinale di Vercelli Vescovo, et da Monsignor Bonomo, man-
dato alle feste per le terre, a piantar la Dottrina Christia-
na, et faceva ragionamenti spirituali dichiarando essa Dot-
trina. Era sempre delli deputati a far delle opere pie, et
trovandosi visitator delli poveri vergognosi, e distributore delle ele-
mosine, il giorno 14. febbraio andando a far questa opera

Sanctus Franciscus.

quest' opera di carità, facendo uno gran vento, toltomene mal di costa, che in quattro giorni morse, dopo aver riceuu-to tutti li sacramenti per mano mia, che così mi comandò di fare. Ci trovai uno divoto Sacerdote presente, che volen-do così a piedi di esso morto, recitare l'offizio de morti, commenzando Regem cui omnia vivunt, saltò nel Regem Confessorum Dominum, et seguitò il primo notturno senza avvedersi; tornò a comenzare, tornò a entrar nel mattuti-no dei Confessori, et così per tre volte, e perciò serrato il Breviario, non volse seguitare, dicendo non esser mor-to, ma vivere in Christo, et esser degno del titolo di Con-fessore. Più cose haverei da dire, ma per esser suo figli-uolo, taccio, et Deus scit quia non mentior. Fu visitato da doi Medici in detta sua infermità, cioè dal suddetto Francesco Sandro, che compose tanti libri, et da Giorgio Maguetto che compose il libro de nutritione vini. De veritate huius testimonii, neququam ambigendum est. Unde plura habes in hoc viro quae admireris.

Constantius

Constantius.

Anno 1587.

1. Constantius Buccafocus, a patrio solo Sarnanus dictus Picenae Provinciae, natus est anno 1531 die 4. Octobris. Decimumnonum natus, ad Religionem Conventualium S. Francisci con-volavit, ubi, deposito veteri Gasparis, et Constantii nomine assumpto, sacrum illud institutum professus est. In Philo-sophiae,

Constantius.

et Theologiae studiis tantum profecit, ut anno aetatis 28. Magisterii lauream sit consequutus. Perusii, Patavii et Romae utramque scientiam publice docuit, et publicas conciones pietate, et eruditione commendabiles habuit. A Sixto V. cui erat familiarissimus, sacra purpura nil tale cogitans, donatus est.

2. Ab eodem Sixto V. anno 1587. die 6. Aprilis factus est Episcopus Vercellensis. obtentis litteris placitoriis, ut aiunt, serenissimi Caroli Emmanuelis Ducis Sabaudiae sub data diei 18. Junii, possessionem Episcopatus per procuratorem adeptus est die 22. Junii, eiusdem anni 1587. Ecclesiam suam tamen numquam invisit. Thomas Beatricius Mauratensis, Vir integer et bonus, Vicarius Generalis, eam aliquando paulo rigidius gubernavit. Hoc anno die 8. Maii natus est Taurini Victorius Amedeus, qui postea Carolo Emmanueli Patri in Ducatu successit, ut videbimus.

3. Anno 1589. Constantius Episcopatui cessit in favorem Conradi Asinarii, reservata sibi pensione annua duorum millium aureorum, cum paullo ante Organum in Cathedrali faciendum curasset. Deinde ad Claustrum, ait Ugh. Ughellius in Ep. Vercell. apud Monasterium S. Apostolorum confugiens, ibi aliquot Scholasticae disciplinae monumenta composuit, quorum nonnulla protulit in lucem, alia ~~aliis~~ emittenda reliquit. Decessit anno 1595. postrema die Decembris, sepultusque est apud S. Petrum in Monte aureo. Vir bonae memoriae, ingeniique in scholastico pulvere exercitatissimi; caeterum adeo simplex, ut plerumque dignus videatur, qui risu circumstantium excipiatur. Extant aliquae eius lucubrationes, nempe S. Thomae et Scoti controversiarum concordantia: Commentaria in

in Porphirii prolegomena: Aurealiy cum Capreolo conciliaty, et alia quaedam.

14. Constantio sedente Cartranae praedium suburbanum, ad Episcopatum spectans, quod putabatur esse Monasterii S. Stephani de Cittadella, eidem Episcopatui ob Federico Cardinali Borhomaeo eiusdem Monasterii Abbate Commendatario, restitutum est. Placeat rem audire verbis Ioannis Stephani Ferrerii in Epis Vercell. fol. 257. Cum ab octoginta circiter annis, ait, ut ex actis nostris colligi potest, Episcopi Vercellenses Commendam quoque S. Stephani habuissent, bonaque Episcopalia, et Monasterii iam non satis distinguerentur; Guido Cardinalis Ferrerius Episcopus et Abbas existimans membrum quod aiunt Cartranae, ad Abbatiam pertinere, Collegium pauperum Pedemontanorum in Civitate Taurini, illis bonis instruxari, pie decreverat, atque a Pontifice unionem impetraverat; sed postea cum a Bonhomio Episcopo compertum esset, ad Episcopatum membrum illud, non ad Abbatiam pertinere, propterea quod Episcopi, qui Abbates non essent, eius membri fructibus, ut Episcopalibus usi essent, idemque multis aliis scriptis aperte probantur, cum Illustrissimo et Reverendissimo Frederico Cardinali Borromaeo, qui ea tunc bona, tanquam S. Stephani Abbas possidebat, egit ut Episcopatui restituerentur; quod tandem ob illo qua erat pietate, et ad iustitiam magis quam ad propriam utilitatem affecta, rem ita se habere, a prudentissimis viris quibus ed negotii mandatum est, posthabitis Iudicii prolixitatibus, cum intelligeret, ultro, liberaliterque eadem bona restituit, quod factum demum est, huius Cardinalis Episcopi (Sarnoni) tempore.

Conradus

Conradus

Anno 1589.

1. Conradus e nobili Astensi Asinaria gente, Baccalis Asinarii et Violantis Rotariae filius, pluribus splendidis muniis Gubernatoris Faventiae, Imolae, Forolivii, Spoleti, Asculi, Romae, Perusii, et Umbriae, nec non Referendarii utriusque signaturae, et legati pro Serenissimo Sabaudiae Duce ad Magnum Etruriae Ducem, magna cum laude successive gestis illustris; Verulanus Episcopus factus est per resignationem Cardinalis Sarnani anno 1589, cum antea a Gregorio XIII. Abbatiam S. Alberti Dertonensis Dioecesis obtinuisset.

2. Die prima Augusti eiusdem anni Civitatem solemni pompa ingressus est. Cum Missam Pontificaliter celebrasset, febrim ex lassitudine, et sudoris compressione contraxit. Astam paullo post ut clementiore patrio caelo uteretur, infirmus profectus est, ibique ingravescente morbo decessit die 29. Septembris, duobus mensibus in Episcopatu nondum expletis. Eius obitum adnotatum habemus in Necrologio saepius citato fol. 131. a tergo, ibi: III. Kal. Septembris. MDLXXXIX. diem clausit extremum Reverendissimus Dominus Conradus Asinarius Astensis Episcopus Verulanus qui sedit mensem unum, dies viginti octo. Fuerat enim Episcopus per resignationem Illustrissimi Cardinalis Fr. Constantii Sarnani de Sarnano, tit. S. Petri in Monte aureo, qui post mortem Domini Francisci Bonhomii Episcopi sederat annos duos, mensem unum. Fuerat dictus Episcopus die xi. Augusti in pleno Capitulo [illegible] dictus Dominus Dominicus [illegible], observantibus [illegible] [illegible] est.

Conradus.

Episcopus Conradus prius gubernator Urbis Romae a Sanctissimo Gregorio XIII. constitutus. Sepultus est in Villa, seu Castro Costiglioli cum Patribus suis; cui successit M. Antonius Vitia ejusdem Civitatis Archipresbiter et Prior Secusiae. Agebat Conradus, cum mortuus est, annum aetatis 53. Auctore Joanne Stephano Ferrerio, qui tamen fallitur, et cum eo Franciscus Augustinus Ecclesia, dum aperit Conradum Episcopatum iniisse, et e vita migrasse anno 1590. Certissime enim id totum contigit anno 1589.

Marcus Antonius

Marcus Antonius.

Anno 1590.

1. De hoc Episcopo pauca admodum habet Joannes Stephanus Ferrerius, qui ejus ad Episcopatum assumptionem, et abdicationem adnotat duntaxat, et nil praeterea. Caeteri prolixius quidem scribunt, ut tamen singillatim non indicent quid actum sit. Canonicus Joannes Baptista Modena, in sua hist. Ms.ta is solus est, qui paullo uberius, et singillatius, hujus Episcopi vitam, mores et abdicationem describat. Eum itaque audiamus. Est enim fide dignissimus, utpote qui et ejus familiaris fuit, et ea quae narrat, ex propria scientia narrat. Haec autem habet.

2. "1589. fu dal Serenissimo Duca, nominato al Vescovato Marco Antonio Vitia, Prior de Susa, ed Arciprete d'Asti; però avendo avuto molti contrasti, non potè superarli fino all'anno seguente.

Mem. Antiq.

6

3. "1590. alli 5. d'Agosto, Monsignor Vescovo Vitia, superati i
"contrasti, fu dichiarato Vescovo, e consegrato in Torino dal
"Vescovo Peletta suffraganeo, et da Monsignor Vescovo di Mo-
"riana, et del Mondovì, e dall'ultimo di Settembre fece
"l'entrata in Vercelli.

4. "Venuto alla residenza, hebbe seco dei buoni Ministri già di
"Monsignor Bonomo, con la guida dei quali faceva bene
"il suo officio Pastorale, tuttochè fosse giovane di 33. anni.
"Alli 5. di Dicembre fece intimare l'osservanza delli De-
"creti già fatti da Monsignor Bonomo, e che voleva
"incominciata la visita; et l'intimazione fu fatta con
"una lettera Pastorale, fatta dal Signor Giovanni
"Battista nobile Ancipute, Vicario Generale, havendo già fatto la
"Sinodo prima alli 14. Novembre passato.

5. "1591. Attese a far la Visita; et essendo morto uno, che ha-
"veva goduto un Beneficio senza portar l'abito, dir l'
"officio, e far la servitù, venendo a morte, lasciò 500. scu-
"di d'oro al Vescovo, che li dispensasse in opere pie, ed ha-
"vendo mandato me a Milano per riscuoterli, mi ordi-
"nò anche con quelli pagar la pensione al Cardinal
"Sarnano, promettendo poi la restituzione, che mai ha fat-
"to.

6. "1592. Attese a finir la visita, e poi fece la seconda
"Sinodo Diocesana, nella quale fece alcuni Decreti, atten-
"dendo alle ordinazioni, hora a Vercelli, ora a Biella, do-
"ve stava volentieri.

7. "Et sebbene il Vescovo aveva buoni Ministri, Vicario, Se-
"cretario, Visitatore, e Maestro di Cerimonie di Monsignor
"Bonomo, haveva però condotto seco, il suo Confessore
"Frate di S. Francesco, di poco spirito, che per causa sua

Possessionem Episcopatus retroacta die 12. 7.bris et ab eo
in pleno Capitulo [illegible] possessionem dedit [illegible]
Episcopi [illegible] confirmavit, et ratam habuit.

Marius Antonius.

"introdusse tanti Frati in Vescovado, che pareva un Monas-
"tero, ma non già di osservanza, nè obedienza; e comin-
"ciarono a dire che l'anno dell' approbazione era finito,
"et che si mettesse in libertà, non attendendo più a'
"Gesuiti, nè a colli storti; così chiamavano i Ministri,
"che furono del Bonomo; onde cominciò il Vescovo a
"dar indietro, havendo levato dal Vicariato, il Nobili
"Archiprete.

8. "1593. alli 20. d'Aprile, fece il Vescovo la terza Sinodo,
"che fu l'ultima, cominciando ad arrivargli travagli e tribola-
"zioni con tormenti, poichè il detto anno vacarono quattro
"Benefizj per morte di uno Priore di Bolgaro, del mese
"di Aprile, che il Vescovo distribuì, il Priorato a Bartolomeo
"Scaglia suo Vicario, La Capella di S. Pietro a uno suo pa-
"rente, il chiericato al suo Cameriero, l'Hospitale a me;
"et perchè gli Nobili di Bolgaro gli pretendevano il Patro-
"nato, non volevano, che i proviste pigliassero il possesso,
"et messero nella chiesa gente armata; il che avendo in-
"teso il Vescovo, mandò subito la corte, et con essi alcuni
"soldati di milizia, i quali venendo alle mani, restaro-
"no quelli di dentro uno morto, et l'altro gravemente fe-
"rito. Et questo fu causa che il Senato di Milano si mos-
"se in molto sdegno, et dato querela al Papa, mandarono
"uno Fiscale a Roma, et si dolsero con il Duca, che era
"in Provenza, di modo che fu necessario al Vescovo l'an-
"dar in Provenza a disingannare S. A., et io andai seco,
"et il Vicario a Roma, dove fu messo in prigione, et
"ebbe anche tormenti; alla fine fu liberato.

9. "1594. Il Zoppa di Milano Banchiere, che avendo rotto
"il Banco, si era ritirato a Vercelli et era signor di

"di Bolgaro, tentò con il Vescovo di avere il Priorato, che
"aveva dato al Vicario, et per facilitar sotto pretesto dell'
"homicidio, ne fece imputatione a Roma per uno suo
"figliuolo, ma non potendo ottenere, facendo et il Vesco=
"vo, et i provisti, veder la causa in Rota, hebbero dalla Ro=
"ta, la sentenza in favore in possessorio; sdegnato contro
"il Vescovo, e beneficiati, trovato testimonii falsi, incolpa=
"rono il Vescovo di molte cose, messosi unito con altri
"nemici del Vescovo, et avendo havuto il modo di avere
"alcuni fogli bianchi sottoscritti dal Vescovo, che mandava
"a Torino a uno suo cognato, Generale delle poste, gli em=
"pirono di falsità, et cose in pregiudizio di S. A., ma non
"avendo le nicchie con il sigillo, pigliarono delle nicchie
"d'altre lettere già aperte, e piegato i fogli senza aprirli,
"con il temperino gl'attaccarno come che fossero state sigil=
"late, e gli misero (con aver trovato modo) sopra la tavo=
"la di S. A. nella camera, le quali letto, et andato
"in collera, fece chiamar esso Vescovo, e lo fece metter
"in prigione in Castello, in una stanza serrato, dove stet=
"te per quattro giorni, poi fu consegnato a Monsignor
"Pontio, indi a uno Monsignor Archa Commissario ve=
"nuto da Roma a far il processo.

10. "1594. morse Giovan Battista Nobili, ch'era stato Vicario
"del Vescovo, levato dall'officio del Vicariato ad instanza
"dei Frati di S. Francesco, e del Confessor d'esso Vescovo, il
"quale per questo, et altre cause fu chiamato a Roma,
"et messo al S. Offizio per aver detto tra l'altre cose, che era
"finito il noviziato del Vescovo, et che scacciasse da se i Gesuiti,
"et colli torti; et questo fu d'ordine di Papa Gregorio XIV;
"fu poi per sei mesi condannato alla catena in una Galera.

Manus Antonius

11." 1595. Finito il processo del Vescovo, nel quale essendo io
" esaminato per la ricognizione delle sottoscrizioni, et se po-
" tevo conoscere i caratteri delle lettere, ovvero il dittato, guar-
" dando con diligenza, se la carta era di quella usavo io
" come Segretario, scopersi la falsità, e mostrai che quelle
" lettere non erano mai state sigillate, et restando tutti
" i contrarii del Vescovo confusi, e inventarno molte falsità,
" finalmente scopersero alcune lettere, che parevano amorose,
" scritte a una Gentildonna, depositata in uno Monasterio di
" Sante Vergini, et l'invitava ad uscire fuori, et mostrarli
" la strada dove poteva uscire per andare con lui a spasso, a
" ballare, e far carnevale.

12." Il Vescovo le confessò vere, et disse che così haveva finto
" per saper da lei il loco, dove introduceva gente nel Monas-
" tero, come aveva inteso, non potendosi scoprir il loco,
" per ciò saputolo, subito mandò il Vicario a far murare
" esso loco; ma questa scusa non gli valse, che il Commissario
" ordinò, che dovesse andare a Roma con doi di queste lettere
" complici. Andai ancor io; ma liberamente, e per difender
" il Vescovo solamente.

13." 1595. Essendo arrivato per Roma a Cremona, ricevuto
" dal Vicario Generale, che era Preposto della Cathedrale di Ver-
" celli, detto Monsignor Protonotaro Borengo, fu trattenuto
" doi o tre giorni a rinfrescarsi, et volendo partire, lo
" pregò a voler lasciare me con seco a Cremona, et esser-
" dosi accontentato, partirno, et quando furono vicino a
" Castel Maggiore, fu da Farinelli et ladri assaltata la bar-
" ca, et fatta prigione, e condussero il Vescovo con tutta
" la famiglia in un'isola, e gli spogliarono, et tutta la
" robba della barca; essendo poi partiti li ladri, et arrivati

Marra (Libert…)

„con la borsa spogliati a Castel Maggiore furono rinven-
„ti; ben veduti, e trattati per amor del Vicario, et saputa
„la nuova la notte, diedero fuori una compagnia di caval-
„leria da Cremona, dal Mantovano et di la dal Pò, da
„Parma, e Piacenza, onde furon tutti i ladri fatti pri-
„gioni, salvo che uno più giovane, che spendori mosso
„a pietà del Vescovo, gli diede 10. scudi della sua par-
„te, fintanto che si potesse aggiutare; il Vescovo gli diede la
„benedizione, e gli perdonò, et gli mostrò la strada per fug-
„gire, et così si salvò, e tutti gli altri severamente dal
„Serenissimo Duca di Parma e Piacenza furono castigati.
„Arrivato il Vescovo in Roma, fu messo in Castel S. An-
„gelo, però in libertà di tutto il Castello.

14. „1599. Il Vescovo essendo stato in Castel S. Angelo fino
„all'anno 1599. fu dichiarato sospeso dalla ministrazione
„del Vescovato per causa di quelle lettere amorose, et essen-
„dosi appellato, non giudicò bene il Papa admetter l'ap-
„pellatione, ma cominciò a fargli persuadere, che rinun-
„tiasse al Vescovado a chi più gli piacesse, con buona
„pensione; il quale finalmente per uscir di Castello,
„si contentò rinunciar esso Vescovado a Monsignor
„Philiberto Boronzo Proposto della sua Cattedrale,
„stato Vicario Generale* a Cremona, et dal Papa fu per
„bono accettato, ed il simile fece il Serenissimo Duca; ma
„lui scusandosi che essendo vecchio non voleva il Vescovato
„d'uno Giovane, che per forza sinantiava, onde escluso
„esso con favore del Cardinale Federico Borromeo Arci-
„vescovo di Milano, subentrò Giovanni Stefano Ferrero con
„1500. scudi d'oro di pensione, et il titolo, et denominatio-
„ne di Vescovo di Vercelli al detto Vita.

*Essendo molti anni di Vercelli et Vicario Generale del Mantova et a quel tempo Vicario Generale a Cremona,

15. "Mentre il Vescovo fu assai generoso, et liberale, che perciò alloggia-
"va Prelati, che passavano; et passando il Duca di Montemarcia-
"no Nepote del Papa, che con l'esercito di S. Chiesa, andava
"in Francia al soccorso della Lega, preparò sontuosamente per
"riceverlo, ma non avendo voluto entrare in Città, ma
"passar di fuori con l'esercito, il Vescovo gli mandò l'ap-
"parato fuori. Fu chiamato anche nella traslazione del
"Capo di S. Maurizio, che fu portato a Torino, et comparve
"honoratamente con bellissimo apparato.

16. "1599. Monsignor Giovanni Stefano Ferrero, fu preconizzato
"alli 29. Marzo del detto anno 1599; ma perchè pareva, che
"fosse stato fatto senza il consenso di S. A. il quale haveva
"nominato Monsignor Boronzo Vicario Generale a Cremona,
"fu necessario che il Vescovo venisse a Milano con il Cardinale
"Aldobrandino Legato, che era venuto a ricever la Regina
"di Spagna, et essendo venuto il Duca, che era in Savoia,
"per i Svizzeri a Milano, operarono, che S. A. si accontentò,
"e ricevette in modo, esso Vescovo, che pareva non avesse in
"corte, più favorito Principe, quanto il Vescovo." Hucusque
Modena, rei quae subjicis oculis contigit, testis locuple-
tissimus.

17. Exinde Vitia ab omnibus derelictus Taurinum se contulit, ubi
diu privatam, et pauperem vitam duxit, ibique decessit circa
annum 1613. cum iam sederet in Throno Eusebiano Epis-
copus Jacobus Goria, successor Joannis Stephani Ferrerii,
et sepultus est in Ecclesia Carmelitarum, Sanctae Mariae
de Platea nuncupata. Nihilominus in gratiam cum Carolo
Emanuele ~~rediisse~~ Duce Sabaudiae rediisse, ab eoque magno
in honore, habitum, etiam Eleemosynarii Regii munere fun-
ctum fuisse, auctor est Corbellinus.

18. Vitia sedente, e vivis excessit Sixtus V. die 27. Augusti 1590, eique subrogatus est die 15. Septembris Joannes Baptista Castanea dictus Urbanus VII. duodecim dierum Pontifex, cui successit die 5. Decembris Nicolaus Sfondratus, qui Gregorius XIV. appellari voluit; sed, nondum expleto anno, ultimum diem clausit die 15. Octobris 1591, et successorem habuit Innocentium IX. die 29. ejusdem mensis, Joannem Antonium Facchinettum antea nominatum. Hic fuit duorum mensium Pontifex, et decessit die 29. Decembris, eique sublectus est Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, dictus Clemens VIII. die 30. Januarii 1592.

19. Hujus Episcopi tempore, cum praedia Villanovae Casalensis Diaecesis, quae antea spectare credebantur ad Abbatiam S. Stephani de Cittadella, probatum esset ad Episcopatum Vercellensem pertinere, eidem Episcopatui restituta sunt ab eodem Federico Cardinali Borromaeo Archiepiscopo Mediolanensi. Quo autem Episcopus, quamvis tot calamitatibus iactatus, non nulla alia Ecclesiae suae beneficia praestitit, inter quae sunt subsellia novi Chori, quae adhuc supersunt, ab eo proprio aere constructa.

Vercellenses Illustres Viri
Qui Floruerunt
sub
Episcopo Vitia

20. Joannes Baptista Nobilius, nobilis Lucensis, vir doctrinae et pietatis eximiae. Fuit Archipresbiter Vercellensis, et Vicarius Generalis Episcopi Bonhomii, deinde Episcopi Vitiae; qui postremus ~~quamdiu~~ ejus opera usus est, Episcopatum optime gessit.
° quamdiu

Sed nonnullis, qui Episcopum hunc liberiori vita vivere cupiebant instigantibus, ab officio dimissus est. Et tunc res Episcopi Vitae ruere coeperunt. Decessit die 19. Aprilis 1594., et sepultus est in Basilica Eusebiana. Huius piissimi et doctissimi viri breve elogium habemus in Necrologio saepius citato, fol. 91., ibi:

XIII. Kal. Maii MDXCIII. diem clausit extremum, et ~~qui~~ in sancta Confessione obiit. Dominus Joannes Baptista Nobilius Lucensis, Archipresbiter huius Ecclesiae, vir vitae sanctissimae, pietatis, castitatis, et devotionis singularis, qui fere quotidie Missam celebrabat, et tantae devotionis erat, ut saepe in missa fleret. Erat doctor iuris utriusque, eximius Orator, et praedicator facundus; Prologatus a Reverendissimo Episcopo Joanne Francisco Bonomio Vercellensi, ad Episcopatum Basileensem in Germania missus, optime se gessit, inde ad istam Ecclesiam Vercellensem reversus, in pace quievit.

21. Joannes Petrus Molignattus, Juris utriusque Doctor consumatissimus, qui primum Auditoris Domini Episcopi Vitae, deinde Lectoris publici Vercellis, munus laudabilissime obivit. Edidit typis Vercellensibus Tractatum in Bulla Pii V. de Censibus. De Venatione ferarum. Ibidem 1590. De retentione et insistentia bonorum. Ibidem 1594. De reconventione. Ibidem 1592, et Francofurti 1604. De verborum significatione. Papiae ~~1588~~ 1588.

22. Georgius Magnettus, Medicus et Philosophus excellentissimus, et clari nominis. Edidit tractatum egregium de Mistione aquae et vini. Vercellis 1595. Tumulum habuit Vercellis in Ecclesia S. Mariae de monte Carmelo, ubi superstes est adhuc sequens Epitaphium:

Illustribus et excellentissimis viris, Georgio Magnetto Medico celeberrimo, Franciscae Blandratae consepultae coniugis vivente iam innodato, Valentino et Philiberto

Francisco, Valentino et Philiberto

Mem. Antiquis

eorum filiis, earuit quia Pater insignitis Medicinae clarissima Laurea, quorum hic ossa donec ad caelum evocentur, in Domino quiescunt; quorum iacturam deplorant ingiter gratissimi cives: quorum opera, opportuna semper, maxime contagioso in morbo. . . . . Quare ergo admodum Rev. Pater Jo: Baptista, illorum filius, horum frater, Sacrae Theologiae Doctor, Carmelitarum Vicarius Provincialis, Patre, Matre, Fratribus orbatus, Lacrymis obrutus, flagrat observantia, deditissimus posuit in Christo filius, alumnus, et servus.

23. Joannes Baptista Velatus ex Oppido Crepacorii, ab ipso S. Ignatio Romae in nascentem Societatem Jesu cooptatus, vir fuit summae pietatis, et religionis. Edidit librum inscriptum: ~~Introductionem~~ Introduttione alla vita Spirituale e perfezione Christiana, per tutti istati, de maritati, continenti, vidove, vergini e religiosi, con una pratica spirituale commune a tutti. Brixiae 1596. Obiit Mediolani plenus meritis, et virtutibus die 26. Februarii 1602. De eo scribunt Antonius Possevinus, Philippus Allegambe, aliique. Ex hac gente, quae propagines in hanc Urbem extenderat, prodiit alius clarissimus vir Carolus Joannes Baptista Velatus, de quo suo loco.

24. Ruggerius Tritonius Civis Vercellensis, et Abbas Commendatarius Monasterii S. Mariae de Pinerolio, vir multae eruditionis. Scripsit vitam Cardinalis Lauri Episcopi Montisregalis. De eo meminit Mirasius, et Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedem. Porro de Cardinali Lauro, eiusque fratre, qui quamvis Calabri fuerint, inter nostros tamen bono iure annumerandi sunt, non nulla sunt adnotanda. Petrus Antonius

Antonius Laurus plures annos, Senatoris Ducalis, nec non Vercellarum et Provinciae Praefecti primo sub Carolo III, deinde sub Emanuele Philiberto, munus laudatissime obivit. Decessit Vercellis anno 1562. 13. Novembris, et sepultus est in Basilica Eusebiana cum Epitaphio:

Reliquum Petri Antonii Lauri
Ex Dominis Quatiordarum
Ducalis Senatoris, et huius Urbis Praefecti.
obiit
Anno Dni MDLXII. die XIV. Novembris.

Huius frater, Vincentius fuit, professione Medicus, Linguae Latinae et Graecae peritissimus; qui ex Medico ordinario et intimo Consiliario Emanuelis Philiberti Sabaudiae Ducis, a Pio V. creatus est Episcopus Montisregalis anno 1566, deinde Nuncius Apostolicus, ad eumdem Ducem, postea ad Reges Franciae, et Poloniae, et demum a Gregorio XIII. inter Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales cooptatus fuit. Episcopatu cessit favore Felicis Bertodani, de quo mox, anno 1587. Ipse vero decessit Romae anno 1592. die 27. Decembris.

25. Felix Bertodanus, Nobilis Bugellensis ex comitibus Colegni, Abbas Commendatarius S. Jacobi de Bessa, ex resignatione Cardinalis Lauri, consecratus est Episcopus Montisregalis anno 1587. Verum dum ab urbe redux ad suam Ecclesiam accederet, obiit Savonae, non sine suspicione veneni.

26. Constantinus Masinus Civis Vercellensis, Canonicus Regularis Lateranensis, fuit Theologus insignis, et eximius orator. Nonnulla edidit sui ingenii monumenta, de quibus videndus Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedem.

27. Antonius Bagnasanus Vercellensis ex Andurno, Iuris utriusque Doctor illustris, et Caroli Emanuelis primi Sabaudiae Ducis

Advocatus Patrimonialis. Scripsit de Successione Regni Galliae, Taurini 1593. Edidit plura Consilia Legalia, quae sparsim sunt impressa. Habentur inter Consilia Feudalia Craveti impressa Taurini 1624, eius nonnulla Consilia feudalia. Extant in Archivio Episcopatus, Conclusiones ab eo conscriptae, et subscriptae Antonio Bagnasacco Advocato Patrimoniali, die 21. Aprilis 1599, adnexae literis plasitoriis Caroli Emanuelis Sabaudiae Ducis, ibi ... quibus permittitur Ioanni Stephano Fererio, assumendae possessionis Episcopatus Vercellensis.

28. Cyprianus Ubertus ex ordine Praedicatorum, patria Eporediensis, sed Vercellarum pro Catholica fide per 24 annos Inquisitor generalis. Obiit Vercellis anno 1607. Typis edidit Italico idiomate nonnulla opera, de quibus videndus Rossottus in Syllabo fol. 155.

29. Ioannes Baptista Lancea Clericus Vercellensis, vir fuit magnae probitatis, et summae devotionis erga Beatissimam Deiparam. Scripsit, et typis edidit nonnulla, quae refert Rossottus in Syllabo fol. 355.

30. Ioannes Maria Blancus Civis Vercellensis, ordinis Carmelitarum, Theologus, et praedicator insignis; qui in primariis Italiae Urbibus, magna cum laude conciones habuit. Vivebat anno Domini 1590. Scripsit Concionum volumen unum.

31. Ioannes Franciscus Cardinalis S. Georgii ex Comitibus Blandratensibus. Ne alienos videamur ad nos trahere, nonnulla ex alibi dictis de Comitibus Blandratensibus, quos Cives Vercellenses fuisse certum est, summatim sunt dicenda. Blandrata, in Agro Vercellensi trans Sesitem, olim Civitas non obscuri nominis, pluribus saeculis proprios Comites habuit, a quibus ius accipiebat. Comitum Blandratensium Imperium fere totum territorium Novariense, Novaria excepta, subiectum

Mortuus Antonius.

subiectum habebat, et cum eo non pauca oppida, et Pagos Agri Vercellensis cis, et trans Sessitem. Protendebatur praeterea ad Vallem Sicidae, et ad loca, quae ad Verbani Lacus ripas iacent. Anno 1154. summae rerum praeerat Comes Guido, qui dum ardentiori studio, nimiaque adhaesione partes Friderici primi Imperatoris, sequitur, odium foederatarum Civitatum Lombardiae implacabiliter in se concitavit. Nam anno 1168. Friderico Italia pulso, foederati Blandratensem Urbem, post diram obsidionem, vi captam exciderunt, atque in tres Pagos, qui etiamnum extant, Vicus longus, Blandrata, et Casale Beltrami diviserunt. Deinceps obsistentibus Vercellensibus, et Novariensibus, nec amplius raedificata fuit, nec ullam Urbis formam habuit. Anno 1179. Vercellenses Comitibus Blandratensibus nondum satis placati, Othonem Comitem Guidonis filium, haereditario iure ejus cupiunt, armis aggressi ad pacem redimendam perpulerunt. Pax ita data, ut Communis Vercellarum iurisdictioni se subiiceret, domicilium Vercellas trasferret, et se civem Vercellensem constitueret, cederet Albanum ex Iborio, Mongrando, Candelo etc. pro fodro solveret libras 10. Papiensesa, nullum bellum gereret, nisi quod Vercellenses annuissent, pro Valle Sicidae fidelitatem iuraret etc. haec habemus ex Charta Archivii Civitatis diei 9. octobris 1179. Anno 1217. Otho, Conradus, Gotius, et Obizo Canonicus Vercellensis, Comites Blandratenses, filii Comitis Othonis de quo supra, cum a Novariensibus bello premerentur, ad Communem Vercellarum auxilii impetrandi causa confugientes, compro=barunt acta ab Othone eorum Patre in Charta superius allata 1179, iterum se subiicientes dominio Vercellensium, et se Cives Vercellenses constituentes. Desuper Vercellarum Communi vi Vallem Sicidae, Vallem Oxolam, aliasque Valles, ad Lacum Verbanum

Verbanum spectantes, Palantiam, et reliqua loca ad Lacus ripas, iacentia, cum omnibus iuribus, et pertinentiis, donatione inter vivos irrevocabili concesserunt. Hac de re extant in Archivio Civitatis quatuor Chartae datae 23. Octobris 1217. Dinastae Comites Blandratenses, semper pro Civibus Vercellensibus sunt habiti, pluribusque saeculis domicilium, et sedem Vercellis habuerunt; unde postea variante fortuna, alio ad habitandum commigrarunt. Quare iure merito Cardinalem Ioannem Franciscum Comitem Blandratensem, inter nostros computamus.

32. Ioannes Franciscus itaque ex Comitibus Blandratensibus S. Georgii, filius Comitis Guillielmi, Montisferrati Senatus pro Mantuae Duce Praesidis, Clericalis militiae tyrocinia Romae posuit. A Pio V. Pontifice Maximo, utriusque Signaturae Referendarius, renunciatus est, mox datus Comes Cardinali Alexandrino, Legato ad Franciae, et Hispaniae et Lusitaniae Reges. Praefecturas Nursiae, Camerini, et Bononiae, magna cum laude gessit. A Gregorio XIII. Umbriae, Flaminiae, et Piceni, Provinciae Legatus constitutus est. Asculanos, et Spoletinos, internecino odio inter se dissidentes, ad pacem, et tranquillitatem adduxit. Anno 1585. a Sixto V. factus est Episcopus Aquensis in Montisferrato. Anno 1593. a Clemente VIII. in Cardinalium S. R. E. Collegium cooptatus, mox ad Faventinam Ecclesiam translatus est anno 1595. Ferrariae Legationem Collegatus, maxima cum prudentia administravit. Obiit Faventiae, anno 1605. die 19. Iulii, annum aetatis 61. agens. Fuit doctrina, et rerum gerendarum peritia, ea aetate nemini secundus. Extant in Ambrosiana Bibliotheca, teste Cl. Sirico, decem Epistolae autographae praeclarissimi huius Cardinalis, inter caeteras Mss., ad Cardinalem Federicum Borromeum. Ad hanc usque diem in Cathedrali Faventina, ad eius sepulcrum, legitur sequens inscriptio.

Manusc. Antonidis

Inscriptio, cui ejus effigies ad vivum exculpta, ex pario lapide, superposita est.

D. O. M.

Ioanni Francisco ex Comitibus Blandratae Sancti Georgii, post peragratas cum Cardinali Alexandrino Legato, insigniores Christiani nominis Regiones, quamplurimis Ecclesiasticae ditionis Urbibus, Nursia, Camerino, Bononia, Provinciisque, semel Umbria, bis Flaminia, bis Piceno, ipsa denique Roma, egregie administratis, Asculanis, et Spoletinis seditionibus, sapienter compositis, exulibus exterminatis, in Pontificum arcanarum rerum consilia ter adscito, Aquensi primum, tum Faventino Episcopo renuntiato, a Clemente denique VIII, in delecta gravissimorum Virorum, ad Cardinalatus apicem titulo S. Clementis evecto, Piceni et Flaminiae legationibus, summa cum laude functo, Collegatoque Ferrariae Constituto, ibique sui nominis aeternam gloriam consecuto, Viro in rebus omnibus vel acriter consulendis, vel mature deliberandis, vel fortiter peragendis, vel ingenio providendis, fortitudine animi incomparabili, cuique quod reliquum erat, virtus adfuit, vita defuit; Guido ex fratre nepos, pusillum illud mortalitatis vestigium, tanto patruo, ex ejus instituto (hic innuit aliud Epitaphium simplex, et breve, quod ex alia parte legitur quod mox referemus) alias conditum, ut ejus modestiae satisfecit, merito quoque satisfaceret, amplissimum hoc immortalitatis illius gloriae, pietatisque propriae. Mon. P.C. anno 1605. Obiit anno Sal. 1605. 14. Kal. Augusti. Vixit annos 60 menses tres, et dies 13.

Marcus Antonius.

Aliud Epitaphium sepulcro incisum haec habet:
Sepulcrum Episcoporum Vercellensium, sibi, et successoribus suis erectum, de mandato Joannis Francisci ex Comitibus Blandratae, et S. Georgii S.R.E. Cardinalis S. Clementis, cujus corpus hic jacet. Obiit 14. Kal. Augusti 1605. Vixit annos 66. menses tres, dies 14.

Haec Epitaphia recitat Franciscus Augustinus Ecclesia in Chron. fol. 51., ubi dicit hunc Cardinalem Lucae decessisse.

Joannes Stephanus II.

Anno 1599.

1. Joannes Stephanus Ferrerius natus est Bugellae die 5. Novembris 1568. patre Joanne Georgio Ferrerio ex Dominis Blatinis et Borrianae, et matre Dorothea Bertodana. Sacro fonte ablatus est a Cardinali Marco Antonio Bobba ejus matris avunculo. Anno 1574 vix sexennis a Patruo Caesare Camillo Ferrerio, de quo supra, ad Cardinalem Guidonem Ferrerium, Bononiam deductus est. Guidonis jussu, humaniores litteras Lucae didicit; inde post biennium Bononiam reversus, ibi gravioribus studiis Rhetoricae et Philosophiae per triennium operam dedit. Romae, quo cum Cardinali Guidone profectus erat, habitum Clericalem induit. Anno 1583. Bononiae iterum studiorum curriculum prosecutus est, et ad legum Canonumque scien-
tiam

ec totum contulit. Defuncto Guidone in Patriam reversus, utriusque iuris lauream Taurini anno 1590 summa cum laude consecutus est. Ab Urbano VII. intimus Cubicularius, et a Clemente VIII. Utriusque Signaturae Referendarius constitutus est, cum iam esset Abbas Cantiriani, et Prior S. Fidei Vercellensis. Demum per cessionem Marci Antonii Vitiae, ut supra dictum est, die 29. Martii 1599. declaratus est Episcopus Vercellensis, sextus ex eadem gente, qui intra labentis saeculi cursum, hac infula donaretur; et paulo post Romae in Ecclesia S. Mariae de Angelis, a Cardinali Federico Borromaeo Archiepiscopo Mediolanensi, Episcopalem Sacrationem accepit. Extant in Archivio Episcopatus literae Placitoriae, ut aiunt, Caroli Emanuelis Ducis Sabaudiae, diei 26. Aprilis 1599. quibus eidem permittitur, ut adeat Episcopatus possessionem, et mandatur Praefecto Civitatis et provinciae Vercellensis ut ipsum in huiusmodi possessionem inducat; sicuti revera inductus est a Domino Francisco Ranzo, urbis et Provinciae Praefecto, uti ex actu ibidem annexo diei 5. Maii 1599. Roma digressus, Ecclesiam suam inivit die octava Augusti solemnissima exceptus pompa, et die 13. in pleno Capitulo, observantiam Transactionis olim initae cum Guidone Cardinali Ferrerio, pollicitus est. Extemplo visitationem Pastoralem aggressus, ex qua cum cognovisset, plures noxios in Clerum et Populum abusus irrepsisse, Synodum Dioecesanam habuit 1600. in qua plura salubriter sancivit ad Cleri et Populi reformationem. Eotandem anno 1600. a Clemente VIII. apud quem ob singularem rerum gerendarum peritiam, magna erat in existimatione

Dioecesim lustravit, eamque in Vicariatus 14. distinxit.

Dis. Roncii J. Ateghanas

in extimationem, Romam accersitus est. Ibi quamvis gravissimis negotiis aliis distentus, tamen quae Ecclesiae Vercellensis erant curare non omisit. Ab ipso in Epistola ad Clerum, et Populum Vercellensem, praefixa libro, de quo mox, discimus quod ipse anno 1602. a beato Clemente VIII. impetravit, ut in Universa Catholica Ecclesia, celebraretur memoria S. Eusebii Vercellensis, die 15. Decembris et quod ea occasione Vitam eiusdem S. Eusebii, triennii labore elucubratam typis edidit. Equidem superstes est liber Romae impressus anno 1602. apud Aloisium Zanettum, cui est titulus: Sancti Eusebii Vercellensis Episcopi et Martyris, eiusque in Episcopatum Successorum vitae et res gestae, a Ioanne Stephano Ferrerio Episcopo Vercellensi collectae, ad Clementem VIII. Pontificem Optimum Maximum. Verum hunc foetum non satis maturum prodiisse ipse met agnovit. Cum enim paullo post Legatus Apostolicus ad Rudolphum Imperatorem, Pragam directus esset, quo in munere, toto quadriennio laudabilissime stetit, novum, uberiorem castigatioremque Cathalogum Episcoporum Vercellensium meditari coepit, quem et tandem absolvit. Hac de re ipsum audiamus: Ex quo primum die, ait in Epistola nuncupatoria praefixa Vitae S. Eusebii impressae Vercellis 1609, mihi fuit Vercellensis Ecclesiae administratio demandata, illa praeter caeteras animo meo insedit cura, ut quotquot aliqua ratione, memoriae prodita tum B. Eusebii, tum in eius demortui locum, continenter suffectorum Episcoporum eximia facinora superessent, ea in unum locum universa congererem, ac iusto aliquo volumine comprehenderem etc. quare annis superioribus, Romae dum agerem, ad rem tulu primum aggressus sum, nec infelicibus, ut mihi quidem sperare libet, auspiciis. Etenim cum a Clemente VIII. Sanctae memoriae Romano Pontifice postulassem, ut S. Eusebii anniversaria sacra et celebritatem,

Franciscus [illegible]

Ecclesiae Universae indicere dignaretur, Dei Optimi Maximi, et Ponti=
ficis munere, voti compos effectus, videlicet novo illo sensu laetitiae
recreatus, quae mihi pro angustiis temporis collecta de S. Eusebio fue=
rant, ea facile passus sum typis excusa, in vulgus ad communem
omnium spiritualem commoditatem, et solatium emanare. Verum
quod fere primi foetus acerbitatis habeant plurimum, ad Caesarem
post haec Legatus et Nuncius ab eodem Clemente (sub quo primum
tum sub Leone XI. ac demum sub ter Maximo, necnon Religionis
Christianae Studiosissimo Pontifice Paulo V. quadriennio eo munere
functus sum) tametsi immensa propemodum, praessus ne=
gotiorum mole, tentare nihilominus successivis horis subtrahendo
destiti, num ii saltem aliqua ex parte possent meis labo=
ribus maturescere. Prodiit itaque typis Vercellensibus Hyeronimi Alla=
rii, et Michaelis Martae Sociorum anno 1609. liber et ipse inscriptus
eodem, titulo: Sancti Eusebii Vercellensis Episcopi et Martyris, eiusque
in Episcopatum Successorum Vita, et res gestae a Joanne Stephano
Ferrerio Episcopo Vercellensi collectae. In eo tamen contra id
quod titulus pollicetur, habemus dumtaxat vita S. Eusebii, et de
Successoribus nihil. Non est dubium eorum quoque Scriptorum=
ctiorum, emendationumque composuisse, eidem praelo committendam,
quam vulgare non potuerit, morte praeventus, ut infra dice=
mus. Porro in hac S. Eusebii Vita, utcumque docte conscripta
quamplura adhuc desiderantur, scitu dignissima, nonnulla etiam
contra historiae fidem exhibentur, alia in aspectu nequa=
quam (#) proprio lectoribus offeruntur. Joannem Stephanum Le= (# Apostolicum)
gatum ipse non solum ad Imperatorem sed etiam ad Re=
ges Poloniae, et Hungariae, et Archiducem Austriae, eiusque in Re=
gionibus coacta Synodo Decreta Concilii Tridentini, in usum de=
duxisse, auctor est Franciscus Augustinus Ab Ecclesia in Chron.
cap. 10. fol. 159. Dum Pragae Legationis Apostolicae munere
fungeretur, de sua Ecclesia, inter immensa, eaque gravissima
negotia quibus assidue distrahebatur, iugiter sollicitus, edidit prae=
ter anno 1610. Breviarium Sanctorum quae in Ecclesia Vercellensi

Romines Stoptanus

officio coli coeperunt, quod Romae ut optabat, praestare non potuit. Dum initio Episcopatus eo se transtulit sicut ipse narrat in Epistola ad Clerum Vercellensem, eidem Breviario praefixa. quamquam autem, ait, Romae, cum eo ad Limina Beatorum Petri et Pauli Apostolorum profecti essemus, nos edituros (Breviarium) speraveramus, optimamque edendi occasionem nacti videbamur, quod eo ipso tempore felicis recordationis Clemens Papa VIII. anniversarium S. Eusebii memoriam, quae antea solum intra Vercellensis et vicinarum Civitatum Dioecesum fines colebatur, publicis in posterum totius Catholicae Ecclesiae officiis celebrari, nostris humillimis precibus adductus, mandaverat; rem tamen perficere uti optaveramus, non potuimus. Cum enim idem Pontifex, nobis non ita multo post Imi, Apostolicique ad Rudolphum Imperatorem Nuntii munus detulerit, necessario nobis in eam curam incumbendum fuit, ut quae ad ea conficiendum, quaeque ad praecipuas muneris partes explendas necessaria essent, pararemus. Pragam tandem pervenimus, ubi quamvis in summa rerum omnium perturbatione, non occupatissima esse numquam potuerimus, numquam tamen de grege nostrae fidei credito cogitare destitimus. Etsi enim ob eo longe abessemus, non ideo tamen minus pro illius commodis laborandum, vigilandum, et insudandum nobis existimavimus. Inter caeteras autem, quae animum nostrum non parum distinuerunt, atque adeo nunc distinent Pastorales curas, ea non postremum locum obtinuit, ut commemoratorum officiorum ~~Libellu~~ Libellum quamprimum in lucem edere, et ad communem totius Cleri nostri usum, utilitatemque proferre studeremus. Quoniam nobis universis etc. Seriem praeterea Episcoporum Vercellensium, penicillo celeberrimi Nicolai Venturini, in aula Maxima Palatii Episcopalis, depingi iussit, addita inscriptione marmore incisa, quae adhuc extat.

Seriem Episcoporum Ecclesiae Vercellensis a Bonamo Francisco Bonhomio eiusdem Ecclesiae Episcopo inchoatam, et

in tabellam breviorem redactam, Joannes Stephanus Ferrerius Episcopus Vercellensis, multis auctam, a multis Episcopis, ac certioribus ex fontibus acceptam, singulorumque actionibus breviter explicatis, historiae primus mandavit. Deinde cum ad S. Greg. M. Nuncium Apostolicum ageret, in hac aula depictam omnium oculis aspiciendam subiecit anno Dni MDCV. Sedente Paulo V. P. O. M. Imperantibus Rodulpho II. et Carolo Emanuele Sabaudiae Duce.

2. Ex Legatione ad Ecclesiam suam reversus, totus incubuit, ut eam illustraret splendidioremque, tum optimis collatis ornamentis, tum Cleri disciplina, post diligentissimam inquisitionem, ad Tridentini Concilii regulas exacte instaurata, redderet. Novum Templum in montibus Oropae, ubi antiquissima colitur Beatae M. Virginis imago, miraculis clara, eo, ut fertur a D. Eusebio Magno, dum Arianorum fugeret rabiem, illata, antiquo disiecto egregia molitione a fundamentis erexit. Hac de re, eius habemus testimonium in vita D. Eusebii impressa Vercellis 1609. fol. 16. ibi: In veneratione sunt certa Loca, in quibus ille (Eusebius) esse consueverat, atque in montibus praecipue Oropae, loco gelidissimo, ubi etiam saxa frigore, et humiditate corroduntur, illaesa adhuc extat, post mille trecentos fere annos, imago lignea Beatissimae Virginis, cuius vicini populi S. Lucam Evangelistam, auctorem credunt. Tametsi hoc nos pro certo asseverare non audemus, nunnullum alium nobis aliunde tantae rei testimonium suppetat, quod quidem uniuscuiusque piae opinioni liberum relinquendum ducimus, eius saltem rei certitudine indubitata contenti, imaginem hanc B. Virginis studiose cultam precibus ab Eusebio ipso, qui etiam eodem in loco Sacellum excitaverit, in quo adhuc illa imago asservata conspicitur. In cuius rei memoriam, dum novum templum, recentis beneficii ~~[illegible]~~ occasione, pestis liberationis scilicet, construendum tum nostrorum sione, pestis liberationis scilicet, construendam tum nostrorum elemosynis ~~curaremus~~ curaremus, Sacellum aliorum priorum

lum

Sacellum ipsum intactum relinqui jussimus, quemadmodum ex inscriptione, quae eidem super liminari sancti januae exculpsi mandavimus, cognosci potest. Praeterea magna ex parte iterum Dioecesim lustravit. Concilio Provinciali habito 1609. sub Cardinali Federico Borromaeo Archiepiscopo Mediolanensi praesens interfuit. et plura alia in dies ad Dei Gloriam, et ad Gregis sibi commissi utilitatem moliebatur Zelantissimus Praesul; cum Taurinum a Carolo Emanuele Sabaudiae Duce evocatus anno 1610., ut eidem in magni momenti re, quae tunc agitari debebat, suo consilio praesto esset, ibidem eodem anno exeunte mense Septembri, ex febri decessit anno natus 42. Ejus corpus Vercellas relatum, in Sepulcro maiorum in Ecclesia S. Sebastiani conditum est. Scribit Franciscus Augustinus ab Ecclesia in Chron. fol. 158 Joannem Stephanum postremo suae vitae anno a Rodolpho Imperatore ad Cardinalatum postulatum fuisse, et ex hac vita migrasse antequam purpura decoraretur. De ipsum habet Rossottus in Syllabo Scriptor. Pedem. fol. 348 Equidem non erat ea aetate, sacra purpura dignior, sive ejus spectes Sapientiam, et eruditionem; sive morum integritatem, sive summam in pertractandis negotiis sagacitatem. Post ejus mortem electus est Vicarius Generalis Capitularis die 2. Octobris, sequentis D. Philibertus Burontius Praepositus S. Eusebii jam Vicarius Generalis Joannis Stephani. Sed eo defuncto die 24. Januarii 1611. Capitulum die 26. ejusdem, duos pari cum auctoritate Vicarios generales Capitulares elegit, nempe Ludovicum Capellum Archidiaconum, et Joannem Baptistam Gattinariam Archipresbyterum. Cum tamen ut assolet, plura inde incommoda, et absurda orirentur, Capitulum revocata et rescissa huiusmodi electione, elegit die 29. Aprilis in Vicarium Generalem Capitularem, praefatum Archipresbyterum Joannem Baptistam Gattinariam.

3. Nihil notatu dignum per haec tempora Vercellis accidit. Anno 1601. pax composita est inter Henricum IV. Franciae Regem

et Carolum Emanuelem Sabaudiae Ducem, facta permutatione
Marchionatus Salutiarum cum Provincia Bresciae in Sabaudia.
Anno 1605. die 3. Martii diem clausit extremum Clemens VIII.
Eidem suffectus est die prima Aprilis Alexander Medices dictus
Leo XI. Ecclesiae magis ostensus quam datus, nam die 27. ejus-
dem Aprilis vitam cum morte commutavit, succedente sibi
die 16. Maji Camillo Burghesio, qui Paulus V. appellari voluit.

Viri Illustres Vercellenses
qui floruerunt
Joanne Stephano Sedente.

4. Philibertus Vercellensis ex Dominis de Burontio Prothono-
tarius Apostolicus Praepositus et Canonicus S. Eusebii Vercellen-
sis, generis nobilitate, doctrinae praestantia, morum integri-
tate, zelo Catholicae Religionis, et rerum agendarum
peritia, fuit sua aetate nemini secundus. Quare a
prima juventute ad extremam usque senectutem, ab Epis-
copis, a Nuntio Apostolico, ab ipso Summo Pontifice, a ma-
gnis Principibus, ab omnibus denique certatim expetitus, qua
administrandis, et Reformandis Dioecesibus, qua arduioribus
conficiendis negotiis, qua litibus dirimendis, indefessam na-
vavit operam. Fuit primo Vicarius Generalis Guidonis Car-
dinalis Ferrerii, deinde Joannis Francisci Bonhomii Episcopo-
rum Vercellensium. Quo in munere cum esset, jus-
su Emanuelis Philiberti Ducis Sabaudiae, ad instantiam
etiam Nuncii Apostolici, Provincias Sabaudiae quae correctione
indigebant, datus comes Episcopo Bonhomio, et Canonico Petro
Antonio de Advocatis Valdengo, visitavit, et sapientissimis
editis decretis, ad Tridentini regulas reformavit anno 1576.
Anno 1579. Litem quae erat inter Episcopos Papiensem, et
Vigebanensem de Jurisdictione Mortariae, et Gamboli, ab utroque

~~Ferrerius Stephanus~~

Episcopo arbiter electus, una cum Episcopo Bonhomio, et Ioanne Stephano Agatia Archidiacono Vercellensi, qui deinde fuit Episcopus Astensis, sapientissime composuit. Anno 1588 a Nuncio Apostolico Taurini residente, iterum Diaecesibus reformandis adhibitus est. Hac de re habemus in actis Capitularibus diei 14 Septembris 1588 eiusdem Epistolam, Capitulo Vercellensi scriptam, quae haec habet.

Alli molto RR. SS. come fratelli
Li SS. Canonici e Capitolo di Vercelli
Molto RR. SS. come fratelli.

È necessario che io mi vaglia del Sig.r Prevosto Dorcatio per mandarlo a rivedere l'esecutione della visita Apostolica d'alcune Diocesi. Ma non vorrei col travaglio dargli insieme danno, quel sentirebbe se le SS. Vostre volessero haverlo per presente, durante detta visita. Però vengo a pregarli con ogni affetto, di contentarsi si per servizio del Sig.r Iddio, e de' Padroni come per farne a me gratissimo piacere, del quale terrò quella memoria che devo, con desiderio di giovar loro in ogni occasione e me gli offero, che Dio gli contenti. Di Turino li 4. di settembre 1588.

Di V.S. SS. Molto RR.

Come fratello
Giulio Vescovo di Fano

Peracta visitatione, idem Nuncius eum demum accivit, ut Auditoris munere fungeretur. Eius epistolam datam Capitulo quae extat in actis Capitularibus 18. Augusti 1589.

Alli molto RR. SS. come fratelli
Li S.S. Canonici e Capitolo di Vercelli.
Molto RR. SS. come fratelli.

Partendo fra pochi giorni il Pellegrino mio Auditore per tornare alla sua Patria, sollecitato di così fare dagli affari e bisogni di sua Casa, sono sforzato valermi di nuovo qui, in luogo del mio auditore, del Sig.r Prevosto Duronzo. Però prego le SS. Vre a concedermelo così volentieri, e nel modo che lo han fatto le altre volte, assicurandoli che aggiungerò questo alli altri piaceri, che ho da loro ricevuti, con prontezza di renderli il cambio in ogni occasione di loro servizio. E me l'offero, che Dio li contenti. Di Torino li 10. Agosto 1589

Di Vre SS. molto RR.

Affezionatiss.o come fratello
Giulio Ottonelli Vescovo di Fano

Anno 1592 cum Episcopus Cremonensis destinatus esset Nuntius Apostolicus apud Imperatorem ipsum, Summus Pontifex Philibertum evocavit, ut interea Ecclesiam Cremonensem administraret. Habemus hac de re literas Cardinalis de Senis, redditas Capitulo ab Episcopo Vitia, die 4. Junii 1592 tenoris sequentis:

Alli Molto RR. SS.
Li SS. Canonici, e Capitolo di Vercelli
Molto RR. SS.

Acciocchè Monsignor Duronzo Preposto di codesta Chiesa possi servire più prontamente al Vescovo di Cremona, destinato Nuntio alla Maestà dell'Imperatore, Nostro Signore mi ha commesso che io scriva alle SS. Vre che si contentino di usar con detto Preposto, la medesima amorevolezza circa al lasciarli godere in assenza, tutti li suoi frutti di qualsivoglia qualità, eccetto le distributioni quotidiane, come hanno fatto mentre ha servito al Nunzio di Savoia. Et perchè so, che le SS. Vre non solamente eseguiranno lamente

le mente di Nostro Signore con prontezza; ma ancora sarà loro caro d'haver occasione di dar soddisfatione al detto Vescovo, tanto benemerito di codesta Chiesa, nel tempo, che la governava Monsignor Bonomo di buona memoria, come è testimonio tutta questa Congregatione. Io non dirò altro se non che queste mie VV. Illustr.^me^ sentiranno estiamoro particolare contento della gratia che si farà al detto Sig.^r^ Preposto.

Et con questo mi raccomando alle VV. Vre

Di Roma li 21. d'Aprile 159?

Delle VV. Vre

Come fratello

Il Cardinale di Sens.

Hoc munere adhuc erat anno 1599, quo tempore Episcopatum Vercellensem sibi oblatum per Renuntiationem Episcopi Vitiae constanter recusavit. Fuit deinde Vicarius Generalis Ioannis Stephani Ferrerii Episcopi Vercellensis usque ad annum 1610. Obiit in Patria, sede Vacante, annis et meritis plenus, die 24. Ianuarii 1611. cum esset Vicarius Generalis Capitularis.

5. Carolus Antonius nobilissimae familiae de Puteo praeclarum germen, vir multiplici virtute, et dignitate insignis, natus est Bugellae die ultima Novembris 1547. ex Francisco Romagnani Marchione, Ponderanique Comite, et Amedea Scaglia ex Comitibus Verrucae. Fuit Latinis Graecisque litteris eximiae eruditus, in utroque iure consultissimus, in omni forensi munere praestantissimus, ac in rebus gerendis singulari praeditus prudentia. Quare a Magno Etruriae Duce accitus, et arduis negotiis conficiendis praepositus, tanta dexteritate, et sapientia se gessit

et sapientia se gessit, ut paullo post eodem adiutante, ad sedem Archiepiscopalem Pisanam evaserit anno 1582. Quod munus decepit magna cum laude zeli, pietatis, religionis, et charitatis obivit. Inter caetera praeclara, Collegium Puteorum pro alendis septem Pedemontanis Iuvenibus, studiis operam dantibus, (inter quos, Convictores Collegii Puteani Vercellensis praeferri voluit, ut supra dictum est) Pisis erexit, dotavitque. Decessit laudatissimus Praesul die 18. Julii 1607. et sepultus est in sacello S. Hieronimi a se constructo in Campo Sancto, et in sepulcro, quod sibi vivens paraverat, cum hoc Epitaphio.

D. O. M.

Carolus Antonius Puteus, Francisci Comitis Ponderani filius, Archiepiscopus Pisanus, diem mortis, et universalis resurrexionis cogitans, locum hunc vivens sibi statuit pro cadavere suo reponendo, quando Divinae clementiae visum fuerit, ipsum ab hoc saeculo nequam eripere. Anno Dni M. D. C.

Sequitur deinde eius elogium.

Hic a prima iuventute ob eximiam Iurisprudentiae cognitionem A Cosimo Magno Etruriae Duce, Florentiam accitus Rotae praeclaro Auditorio, ita satisfecerit, ut a Francisco Cosmi filio, summus sui patrimonii Iudex fuerit resignatus, atque inter intimos Consiliarios adscriptus, atque inde ad Archiepiscopatum Pisanum assumptus, demum apud Ferdinandum Francisci fratrem, maximi Patriciatus munus annos pene XX. summa cum fide sustinuit, et immaturo adhuc fato sublatus triste sui desiderium tum Principi, tum populis reliquit, Ad beatiorem vitam evolans aetatis suae 60. Salutis vero 1607. Amadeus Puteus, Demarius Vigueriae, Ponderani, Nearii, et Bonvicini Comes, ex fratre nepos, et ex asse haeres scriptus Patruo optimo observantiae, gratitudinisque M. P.

Scripsit doctissimus Antistes tractatum de communibus Jurisconsultorum opinionibus, quem Rossottus in Syllabo ait extare MS.tum apud Marchionem Vigheriae. Composuit praeterea, teste Ughellio in Archiepiscopis Pisanis tractatum unum de Potestate Principis et alterum de feudis in tredecim libros digestum.

6. Georgius Vedanus Civis Vercellensis Canonicus Regularis Lateranensis, vir eximiae Sanctitatis et doctrinae, atque dono Prophetiae illustris. Per annos viginti sacras scientias docuit. Cum Baronius in Adnotationibus ad Martyrologium Romanum scripsisset D. Augustinum anno trigesimo aetatis suae baptizatum fuisse, ut falsitatem huius opinionis demonstraret edidit eruditissimam epistolam, inscriptam de vero anno, quo Sanctissimus Pater Augustinus baptizatus est. Unde Baronius opinionem suam retractabit tum in secunda editione Martyrologii, tum in annalibus ad annum 388. ubi nunc legitur Augustinum Baptizatum fuisse anno 34. aetatis suae. Extant in Archivio Episcopatus Acta cum decreto lato die 16. Decembris 1568. favore Capituli Vercellensis in quo sic se inscribit: Georgius de Vedano Vercellensis Dei gratia Abbas Monasterii et Abbatiae S. Andreae Vercellensis et Conservator iudex Iurium, bonorum, privilegiorum, ac personarum RR. DD. Archidiaconi, Archipresbyteri, Praepositi, Canonicorum ac Capituli Vercellensis, auctoritate Apostolica specialiter deputatus. Cui decreto eum sic subscriptum legimus: D. Georgius de Vercellis Abbas

Fuit abbas generalis suae Religionis et abbas S. Andreae Vercellensis

7. Bernardinus Salinus Vercellensis e Societate Jesu, fuit in Mathematicis Scientiis versatissimus, quarum quatuor volumina doctissime ~~exarata~~ exarata MS. reliquit, quae extant in Collegio Genuensi; et quod magni aestimandum est, missus in Valles Subalpinas ad Italiae fines plures haereticos, tum disputationibus tum concionibus ad Catholicam fidem revocavit. Decessit in Collegio Genuensi die 15. Februarii 1608.

8. Joannes Franciscus Ranzus Civis Vercellensis vir aeque doctus prudens, et pius. Fuit publicus Iuris Lector in Academia Bono-

Bononiensi deinde intimus Consiliarius Caroli Emanuelis Sabaudiae Ducis. Plura edidit suae doctrinae et eruditionis monumenta videlicet Commentaria in Proemio Decretalium: et in Titi de Supplendi neglig. Praelator: item vitam B. Candidi Nausi impressam Taurini 1600. et vitam B. Amadei Ducis Sabaudiae. Huic erat frater Carolus nomine, doctus et pius, qui scripsit vitam S. Laurentii Martyris impressam Taurini 1611. Additiones ad vitam S. Ursulae ibidem 1616: et Relationem rerum mirabilium, quas ipse vidit in quadam navigatione ibidem 1612.

9. Eugenius Carabigiottus Vercellensis a S. Germano Canonicus Regularis Lateranensis. Fuit Theologus insignis, et orator eloquentissimus. Plura edidit sui ingenii monumenta, de quibus videndus Rossottus in Syllabo fol. 194.

10. Joannes Stephanus Agatia Civis Vercellensis vir magnae pietatis, et prudentiae. Ex Archidiacono Vercellensi factus est Episcopus Astensis anno 1594. Ecclesiam sibi creditam ingenti probitatis et prudentiae laude administravit. Scripsit Catalogum Episcoporum Astensium sibi et Successoribus sepulcrum in Cathedrali paravit, cui hanc inscriptionem apponi iussit

Sepulcrum Episcoporum Astensium, quod
Stephanus Agatia sibi et Successoribus vivens
Paravit anno Jubilei 1600.

Decessit die 27. octobris anno 1617.

11. Joannes Franciscus Leo J. V. D. vir doctrina, pietate, et prudentia illustris. Fuit primo Vicarius Generalis Vercellensis, deinde Bononiensis, et demum Episcopus Techensis. Scripsit, et edidit typis Venetis 1605. et Bononiensibus 1614. librum intitulatum: Thesaurus fori Ecclesiastici: et de Sortilegiis Lugduni 1620. obiit anno 1616.

12. Nicolaus Berzettus civis Vercellensis ex Comitibus Buronis, Societatis Jesu religiosus, vir doctrina, prudentia, et probitate egregius. Plures annos Novitiorum curam egit: pluries Neapoli

Joannes Stephanus ... [illegible]

et Romae Collegiorum Rector fuit. Provincias, Romanam, Siculam, et Neapolitanam administravit. Nonnulla opera edidit pietatis plena. De eo videndus Allegambe, et Leo Alatius.

Jacobus Secundus

Anno 1611.

Goria [illegible]

1. Jacobus Goria, infracti pectoris Praesul, et immunitatis Ecclesiasticae acerrimus vindex, humili loco natus est Villaefranchae Astensis Dioecesis anno 1571. Statim a primis annis aliquid magni portendere visus est, ingenii docilitate, et gravitate morum. Grammaticae, et humaniores litteras magna velocitate Astiae didicit. Mox habitu clericali indutus ab Episcopo Astensi Francisco Panigarola, gravioribus studiis Philosophiae et Theologiae ingenti profectu se addixit. Interea cum sibi proposuisset, et ingiter ante oculos haberet illud Psalmi initium sapientiae timor Domini, moribus in Christiana pietate excolendis sedulam navabat operam ut ea aetate molem innocentia, et integritate nulli secundus haberetur. Ex relatione fide dignissima habemus quod Daemon qui quondam mulierem invaserat, cum sacris exorcismis inberetur abscedere respondit exorcizanti; nè tu nè Giacomo Goria mi farete uscire di questo corpo. Quod ut intellexit Joannes Stephanus Agatia Episcopus Astensis, Jacobum ad se accersitum jussit nequam spiritum adiurare. Itaque Jacobo exorcismis agente, malus Spiritus abactus est. Paulo post Jacobus Sacerdos effectus, primo Prioratum Villaenovae Astensis, deinde Archipresbyteratum eiusdem loci obtinuit.
2. Cum Jacobi virtus ingenti fama ubique praedicaretur, Carolus Emanuel Sabaudiae Dux, eum in aulam evocatum, Principibus filiis Victori Amedeo, et Mauritio, praeceptorem dedit

praeceptorem dedit, ut sub eo disciplinas maximis Principibus dignas addiscerent, et regaliter informarentur. Deinde eidem Thesaurariae Dignitatem in Metropolitana Taurinensi, a Summo Pontifice impetravit: et demum ad Episcopatum Vercellensem anno 1611. eum promoveri iussit. Iacobus itaque Episcopus Vercellensis Sacratus est Romae die 28. Augusti: mense Decembri in Episcopatus possessionem introivit: die 18. Decembris eiusdem anni, solemni pompa Ecclesiam suam inivit: et die 23. eiusdem Decembris, in pleno capitulo iuratus promisit observantiam Transactionis initae inter Cardinalem Guidonem Ferrerium Episcopum Vercellensem et Capitulum.

3. Sub initium eius Episcopatus, hoc est anno 1612. die 22. Decembris, obiit Franciscus Gonzaga Mantuae, et Montisferrati Dux nulla virili stirpe relicta. Quod hisce in regionibus ingentes concivit turbas. Nam Carolus Emanuel Sabaudiae Dux missis Mantuam legatis Margaritam filiam, Francisci viduam, et Mariam neptem a Ferdinando Gonzaga Francisci fratre, qui abiecta Cardinalitia purpura, Ducatus administrationem, velut legitimus haeres, successerat repetebat. Cum Ferdinandus renuisset, Carolus Emanuel repulsam aegre ferens, ad antiqua Sabaudae Domus in Montemferratum iura armis persequenda, se totum convertit. Itaque exercitu Vercellis educto, et die 23. Aprilis 1613. in Montemferratum irruptione facta, Tridinum, Albam, Montemcalvum, aliaque oppida primo impetu occupavit. Sed intercessere Mathias Imperator et Philippus Hispaniae Rex; iisque auctoribus pax composita est hisce conditionibus: 1. Sabaudiae Dux oppida bello capta restitueret. 2.° damna bello illata non resarciret. 3.° Dux Mantuae post mensem ab oppidorum restitutione infantem Mariam Francisci filiam, ad Margaritham matrem, quae tunc Taurini erat remitteret: 4.° utriusque partis iura amici arbitri discuterent, et intra breve tempus amicabili compositione controversiam dirimerent. Verum ob Hispanorum impotentem superbiam, pax

~~Joannes Stephanus~~
Jacobus A.

pora in exitium decidit. Joannes de Mendoza Inoiarae Dux, Mediolanensis ditionis Gubernator, alte denuntiabat Carolo Emanueli ut ab armis discederet. Cum id non impetrasset coacto triginta millium militum exercitu, die 7. Septembris 1616. Vercellensem agrum populabundus ingressus est, atque Mottam Comitum, et Caresianam occupavit. Carolus Emanuel ut hostem inde averteret, traiecto Sesite Novariam exercitum duxit. Inoiosa itaque recedere coactus est, ut ad sua defendenda properaret, et Carolus Emanuel contentus hostem avertisse, relicta Novaria Vercellas rediit. Inoiosa ad Sabaudi excursiones coercendas, prope Dolgarum munitissimum excitavit Castrum quinque valde dissitis propugnaculis vallatum, quod Sondovallis oreum appellavit. Vestigia et denominatio adhuc supersunt. Anno 1615. Sabaudus Inoiosam multis allatis cladibus ab Astae oppugnatione depulit, eumque ad pacis conditiones amplectendas coegit. Anno 1616. Inoiosa in Hispaniam revocatus est, eique subrogatus est Petrus de Toledo, qui Sabaudi constantiam, veluti Hispaniarum tanto regi contumeliosam, iniquius ferens, pacis conditionibus anno praecedenti Astae pactis subscribere detrectavit, nisi prius Sabaudus arma deponeret. Sabaudus itaque imperterritus, et Hispanae insolentiae nihil cedens, Astam et Vercellas validioribus munitionibus firmari iussit, inde stratis pontibus uno ad Crescentinum super Padum, altero supra Sesitem prope Vercellas, primus in ditionem Mediolanensem et Montemferratum armatus irrupit, ibique plura loca cepit. Toledus ex adverso traiecto Sesite Sanctum Germanum, Sanctam Agatham, Gattinarsiam, et Serravallem occupavit. Sabaudus interea intelligens Messerani Principem tacito cum Hispano sentire, ut Hispanum militem suis in arcibus admitteret, eo misso Victorio Amedeo filio Messeranum et Crepacorium expugnavit. Verum cum hyems immineret, et Hispanus exercitus valde imminutus esset, Toledus incensa Sancta Agatha, et Sancto Germano valide munito ex agro Vercellensi in ditionem Mediolanensem

~~Joannes Stephanus~~ Jacobus I.

Mediolanensium recessit. Anno 1617. Sabaudus auxiliaribus Francorum copiis instructus, Sanctum Damianum, Albam, Montilium, aliaque munita loca vi cepit, diripuitque. Sed obsidentibus Francis, videns Toledus, Sabaudi copias sibi pares esse non posse, die 24. Maii Vercellas ingenti suffultus exercitu, quem copiae a Prorege Neapolis missae magnopere adauxerant, arcta obsidione cinxit. Dira fuit oppugnatio nec segnior defensio propugnatorum, qui non solum hostes repellendo, sed etiam crebris eruptionibus, ingentem intulerunt cladem. Sed cum nulla esset subsidii spes, et interim tormentarius pulvis deficeret, Civitas ad deditionem honorifica oblata conventione, compulsa est die 26. Julii. Haec victoria multorum sanguine, et caede Hispanis stetit. Nam ad decem millia, qua ferro qua morbo absumpta feruntur. Post amissas Vercellas bellum recruduit. Sabaudus novis Francorum et Helvetiorum copiis auctus totam belli molem in Mediolanensium ditionem transtulit, et plura tum Mediolanensis, tum Montisferratensis agri, oppida vi cepit, plurimque praesidiariis militibus magno numero ad internecionem ~~deletis~~ deletis, hostemque obvium, ubique magna clade profligavit. Quibus territus Petrus de Toledo Mediolanensis Ducatus administrator, tandem serio ad pacem redimendam animum adiecit. Itaque auctore Ludovico XIII. Franciae Rege, pax ita composita est, ut hinc inde capta restituerentur, et Sabaudi postulata contra Mantuae Ducem, Imperatoris arbitrio committerentur. Et sic utrinque est ab armis discessum. Hispani Vercellis exierunt die 15. Junii 1618. maledictis ubique a Civibus incessiti: mox a Sabaudo Ducum praesidio missus Comes Sanfrontius supervenit, ingenti laetitia, et festivissimis gratulationibus exceptus.

4. Anno 1620. gravi bello ab Bohemis, qui Comite Palatino, et ab Hungaris, qui auctore Bethlemo Gaborio Vaivoda Transilvaniae Calviniana haeresi infecta, rebellaverant, premebatur Ferdinandus

~~Joannes Stephanus~~
Jacobus ?

Ferdinandus II. Imperator. Paulus V. ut pecuniam conflaret, quae ei subsidio esset, decimam omnibus Beneficiis Ecclesiasticis imposuit. Vercellenses exhaustis omnibus praecedenti bello, et ad imparem calamitatem redacti, in Palatio Episcopali congregati, impositionem recusarunt, suam impotentiam excusantes. Hac de re extat in archivio Capitulari Instrumentum diei 17. Iulii huius anni. In eo dolenter describuntur mala innumera quibus tum Civitas, tum Dioecesis ob anno 1614. fere desolata est; ibi: L'anno 1614. circa il principio di Settembre vennero in questa Diocesi di Vercelli doi numerosi eserciti, composti di soldati di diverse Nationi, cioè quello di S. M. Catolica sotto la condotta di Don Giovanni Mendozza, et quello di S. A. Serenissima i quali dimorarono in essa Diocesi per alcuni mesi, che non solo guastarono, e dissiparono li frutti da raccogliere, ma consummarono, et mangiarono li raccolti, et li bestiami destinati alla cultura delle terre furono parte ammazzati, parte condotti fuori della Diocesi, et gli huomini lavoratori, et agricoltori parte morsero, parte fuggirono in altri paesi, et parte furono impiegati a forti li guastatori, sì che non si seminarono le terre per l'anno seguente, et ciò nella maggiore e più fertile parte della Diocesi, dove sono la maggior parte dei beni Ecclesiastici.

Più che l'anno 1616. pur al principio di Settembre ritornarono in questa Diocesi altri due numerosi Eserciti di detta S. M. e di S. A. li quali dimorarono in quella quasi continuamente fino per tutto l'anno seguente 1617. nel qual tempo sono occorsi in questa Diocesi assedii, et occupationi della Città et terre, saccheggiamenti, et incendii di molte terre et Ville d'essa Diocesi, et delle case et Cassine della campagna, con total distruzione degli edificii, et cascine, et di molte d'esse ville, et del bestiame di ogni sorta, et anco delli agricoltori istessi, che negli assedii, et disaggi della guerra morsero, e fuggirono, sicchè essa miglior parte della Diocesi restò affatto

~~Joannes Stephanus~~ Jacobus P.

affatto abbandonata, et desolata, et inculta, et ~~totalmente~~ falmente distrutta, et rovinata, che per la povertà di quei pochi habitatori, che vi restarono, è rimasta in così miserabil stato, etiandio alcuni anni dopo seguita la pace, et ancor di presente si veggono molte cassine distrutte, et beni incolti.

Più che il Palazzo Episcopale nell'assedio ha patito molto danno dalli colpi dell'artiglieria nemica per esser vicino alle muraglie della fortificatione: che dalla stessa artiglieria è stata demolita, e guastata in molte parti la chiesa Cattedrale di S. Eusebio, demolito il Campanile, rotte le campane, rovinato il chiostro avanti essa chiesa, con molte altre case Canonicali: che sono stati abbruggiati li luoghi di Caresana e della Motta de' Conti per due volte, ove vi sono tutte le Prebende Canonicali e beni per le distribuzioni etc.

In eodem Instrumento habetur aliud ejusdem rei testimonium verbis paulo diversis conceptum, ibi: Dell'anno 1614. al principio del mese di Settembre, entrò nella Diocesi, dalla parte del Monferrato l'esercito del Re di Spagna, molto grosso, contro del quale venne subito quello di S.A. et dopo alcune fationi militari, soggiornarono essi eserciti alcuni mesi, cioè quello di S.A. in questa Città e nelle terre circonvicine del suo stato di qua dalla Sesia, et l'esercito del Re a Bolgaro, et altre terre di questa Diocesi, che sono oltre la Sesia, e nel Stato di Milano, et che fu causa che si consumarono li frutti raccolti, et che si dovevano raccogliere, et s'impedì il seminerio de' grani per l'anno seguente, et l'esercito Spagnuolo in questa Diocesi abbruggiò la maggior parte della Motta, et una parte di quello di Caresana, et furono uccisi condotti via molti bestiami, massime bovi, et una parte di Massari fuggirono, si che per due cause restarono molti beni di questa Diocesi incolti per gli anni susseguenti. Ma l'anno poi 1616. per circa il principio di Settembre vennero altre due eserciti in questa Diocesi, uno del medesimo Re sotto la condotta di D. Pietro de Toledo, et l'altro di S.A. i quali si sono fermati sino quasi tutto

~~Joannes Stephanus~~
Jacobus I.

l'anno 1617. che durò il furore di essa guerra, durante il qual tempo sono occorsi in essa Città, e Diocesi tutti quelli maggiori mali, e danni nelle persone e beni, che suole portare una guerra atroce, perchè sono state abbruggiate una parte delle terre della Diocesi, et quasi tutte le altre saccheggiate, eccettuate quelle che sono nei monti et li massari, et abitatori a morte o fuggiti, et in somma rovinate e distrutte, e disertate le terre, ville, e cascine con total distruzione de bestiami, talmente che cessata la guerra non potendo gli abitatori per la povertà loro riedificare le cascine, e case rovinate nè comperar bestiami e sementi, nè sovvenire li massari, per ridurre a cultura, e goldita le terre, e possessioni loro sono restate le case eziandio per alcuni anni oppresso, nel pessimo stato di prima; et per le medesime cause restano ancora molte chiese guaste dall' artiglieria de Spagnuoli nella città e quelle delle ville spogliate delle cose sacre, et anco delle campane.

S. Jacobus Episcopus interea prout ei per belli incommoda et impedimenta licuit totam lustravit Dioecesim, et anno 1619. Synodum Dioecesanam habuit, in qua plura edidit decreta temporis accommodatissima, et ad Cleri populique mores reformandos utilissima. Anno 1622. primarium iecit lapidem Ecclesiae S. Mariae Magdalenae. Eodem anno die 10. Martii Monachos reformatos S. Bernardi in Aedes S. Victoris introduxit attributis ad eorum sustentationem praediis dello Chiappuzzo in territorio Nonsino, piscina prope Praepositurum S. Bartholomaei extra muros, ex qua pisces sibi pararent, quae nunc exsiccata est et in pratum conversa, necnon Priorato S. Bernardi dimisso a Domino Cristophoro Berzetto ex Dominis Barontii, cujus praedia sunt in territorio Castinarum, reservata annua pensione fratribus Eremitanis S. Augustini de observantia Congregationis Lombardiae, incolentibus Aedes S. Bernardi, ubi est titulus Prioratus. Anno 1624. fundamenta posuit Ecclesiae sub invocatione B. M. V. et B. Amadei a Sabaudia, et novi conventus PP. Capucinorum, qui deinde anno 1627. relictis antiquo extra muros, ubi olim erat celebris Prioratus

celebris Prioratus de Vezzolano postea unito una cum Ecclesia Inquisitioni S. Officii Vercellensis, se ad novam habitationem in Civitate transtulerunt. Cives certatim, et Canonici ad pium hoc opus, terram, operas et expensas contribuerunt. Anno 1629. altare Maius solemni sacravit pompa.

6. Inter haec, cum exactores, Clericos ad indebita cogerent vectigalia alia que patrarent libertati Ecclesiasticae repugnantia Jacobus eorum conatibus se tamquam murum opposuit, et nunc censuris, et interdictis, quae comminatus, qua inflictis, nunc paternis exhortationibus Cleri immunitatem libertatemque valide propugnavit. Itaque anno 1629. die 10. Junii Cives resipiscentes, et ad saniorem reversos mentem, impetrata ab Urbano VIII. hac de re, speciali facultate, solemnissima Caeremonia Ecclesiae reconciliavit, et ab omnibus Censuris absolvit. Expiato peccato, supererat poena luenda, quam immissa peste anno sequenti 1630. Deus ipse repetiit. Cum ecce Calumniatores a Regis praefectis immissi ad Carolum Emmanuelem Sabaudiae Ducem deferunt Regiarum vectigalium solutionem ab Episcopo prohiberi, maximo cum aerarii Regii detrimento, aliaque in dies ab eo patrari quae subditos a debitis removerent obsequiis. Cum Princeps, cui compertissima erat Episcopi probitas facile criminatoribus non praeberet aures, hi Episcopo iratiores facti, cum variis confictis causis, diro exagitare coeperunt. Hinc incredibile est quanta ab iis passus sit, quantasque voraverit injurias, vexationesque pertulerit.

7. Funestus fuit annus 1630. tum pestilentia, quae pene universam corripuit Lombardiam, tum potissimum morte invictissimi Caroli Emmanuelis Sabaudiae Ducis, qui totis Galliarum Regni viribus a Rege Ludovico XIII. oppetitus, dum adversus eas, non multo quidem sed fortissimo exercitu, cui quo ipse pro plurimis erat, pugnam parat, inopina apoplexia percussus diem extremum obiit Savilliani die 26. Julii anno natus 68. Princeps, sive Religionem in Deum, sive bellicam virtutem infracti pectoris fortitudinem, sive ingenii acumen, caeterasque belli et pacis artes, quibus eximie percelluit, spectes, maioribus heroibus utique comparandus. Ei successit Victorius Amadeus I.

[illegible]

Amadeus I. paternae ditionis et virtutis praeclarus haeres.

8. Pestis post exhaustas plures Lombardiae Civitates Vercellas se quoque intromisit. Extat actus Capituli diei 10. Aprilis 1630. in quo Canonici residentiam quae de caetero iuxta statuta in festo S. Pudentianae 19. Maii promitti solet, anticipato promittunt, ut cuique liberum esset ad Epidemiam vitandam abscedere; et alius die 19. eiusdem, in quo, cum plures e Canonicis iam se grassanti morbo, relicta urbe subtraxissent, decernitur consueta Ecclesiae servitia, ne omnino intermitterentur, esse deinceps praestanda per Sacristas, Custodes aliosque Cathedralis Ecclesiae Clericos, iisdem congruo assignato stipendio.

9. Quatuor mensium spatio Cives mille trecenti desiderati sunt. Plerosque alios iam lues invaserat; cum voto B. M. Virgini, B. Eusebio, et B. Amadeo a Sabaudia nuncupato, repente depulsa est. Extat in Archivio Capitulari instrumentum confectum in Ecclesia S. Eusebii per D. Notarium Montiellum diei 11. Maii 1630. in quo haec verba leguntur: Considerando Monsignor Illustrissimo Vescovo, il Molto Reverendo Capitolo, e la povera Città l'acerbo, e crudo flagello della contagione che regna, per placare lo sdegno, e l'ira del Signore Iddio col mezzo et intercessione della B. Vergine, e dei Santi, sono risoluti, ed unitamente hanno promesso, et giurato di spendere nella solenne traslazione delle reliquie, et corpo di S. Eusebio, da farsi l'anno dopo la liberazione della peste dentro la cassa d'argento fatta fabbricare da detto Monsignor Vescovo per tale effetto, et nell'ornamento della miracolosa et antica Statua della Madre di Dio, et nella perfezione del Reliquiario grande, che sta a dirimpetto del Organo, tre mila scudi di questa moneta. Et di più detto Monsignor Vescovo ha promesso del proprio, et giurato di dare et di far dare in perpetuo scudi dodici d'oro per mantenere l'olio ad una lampada avanti il corpo del B. Amadeo terzo duca di Savoia, tenuto e venerato nell'istessa chiesa Cattedrale. Et la Città ha promesso, et giurato di dare altri scudi dodici d'oro in perpetuo per mantenere l'olio ad un'altra lampada avanti il suddetto simulacro della gloriosa Vergine: et il Reverendo Capitolo, et Sri Canonici, et Beneficiati

Joannes Stephanus
Jacobus P.

di detta Chiesa hanno promesso e giurato di cantare ogni sabbato, et
in perpetuo le litanie che si cantano nella Santa Casa di Loreto avan:
ti la suddetta statua di marmore bianco, scolpita da cinquecento
anni e più, percossa di pugnalata da mano sacrilega nella parte
sinistra miracolosamente rimasta impressa con sangue; et sebbene ella
sii sempre stata riverita tuttavia in quest' occasione del male con:
tagioso, et del publico voto essendosi esposta sopra l'altare della sua
Cappella, si è commossa tutta la città, et eccitata a divotione, con:
corso e frequenza indicibile verso di essa con solenni processioni,
orationi, et oblationi di molto valore. Et volendo ancora il pre:
nominato Monsignor Vescovo, Città e Capitolo, stabilire un princi:
pio e fondo di fabbrica della predetta loro Cattedrale, che secondo
il disegno deve avere oltre il coro due principali Cappelle, una
da dedicarsi al B. Anselmo, che sperano in breve veder canonizzato,
et l'altra a S. Carlo Borromeo; perciò constituito il prefato Mon:
signor Vescovo Reverendissimo per se et suoi successori, et in perpe:
tuo ha unito et unisce alla detta fabbrica tutti li beni devoluti alla
sua mensa Episcopale, sopra il territorio di Ronsecco di sua Diocesi,
che sin adesso non sono stati investiti, eccettuati quelli della Pedrona
con la Fontana destinata alli P.P. Barnabiti per l'erezione di nuova
Penitentieria: Et parimenti gli unisce la ragione del fondo che la
sua mensa tiene sopra tutto il territorio nominato di Ronsecco,
senza pregiudizio degli investiti, et di quelli, che al presente hanno
ragione di farsi investire, di modo che per l'avvenire li beni
di così fatto Territorio, non si possino più alienare nè concedere
in feudo ma si debbano ritenere per la fabbrica, o concedere a
coltura, o colonia perpetua come si fa a Costazana, membro
et feudo dell' Abbazia di S. Andrea: et di più d'ora cede et rimette
al Reverendissimo Sig.r Abbate, et Badia di S. Stefano, chiamata
della Cittadella, il Cattedratico, et Sinodatico, mediante però che
Sua Santità senza pregiudizio del moderno possessore si compiaccia
come si supplica, di unire alla suddetta fabbrica in perpetuo, o sin:
chè essa sia finita, et ornata il membro di essa Badia, nominato

~~Joannes Stephanus~~
Jacobus ?.

di Crova, di reddito di cinquecento ducati di Camera in circa, restandone al titolare più di tre nella simili per cadun anno. Et costituiti gl' Ill.mi SS.ri Alessandro Arborio del fu Sig.r Gaspare Deputato, Gio. Paolo Cusano del fu Sig.r Carlo sollecitatore, Gio. Luigi Cagnolo del fu Sig.r Ardizzone, Tesco Raspa del fu Sig.r Oratio, Gio. Paolo Avogadro de SS.ri di Valdengo del fu Sig.r Pietro Francesco, et Germano Barazio giureconsulti, et de SS.ri Consiglieri di detta Città di Vercelli, a nome di essa Città, e per la commissione che tengono come officiali e Consiglieri, hanno unito, incorporato, donato, et rimesso alla detta fabbrica, li beni levati di gaggio, instrutti gli esattori di questa Città, per li carighi, et taglie, in odio dell' Ill.mo Sig.r Conte Sigismondo Tizzone conte della Rive, con obligo però di pagare all' Illuminario di detta Chiesa di S. Eusebio scudi dodici d'oro per mantenere l'olio alla lampada suddetta: et dichiarano in essa datione dei beni essere inclusa la soddisfatione, et pagamento del primo voto di scudi mille da fiorini, da essa Città fatto al tempo dello assedio, et delli scudi dodici d'oro annui fatti nel secondo voto, riservato il riscatto però al detto Sig.r Conte Tizzone, fra un anno prossimo, come così è stato quanto sopra, detto Monsignor Ill.mo Vescovo, ha liberato, et libera detta Città da detti ambi voti di scudi mille l'uno, et l'altro di scudi dodici d'oro annui. Di più donano, cedono, et rimettono all' Abbate, et Badia di S. Stefano l'obligatione, et spesa di fare una collatione, e gusto ogni anno alli SS.ri della Città nel giorno di esso Santo, riservati però gli anni che devono godere li PP. Capuccini mediante la unione del membro di Crova da farsi nel modo, e per l'effetto come sopra detto. Et insieme convocato il molto Reverendo Capitolo delli Molto RR. SS.ri Canonici di detta Cattedrale di S. Eusebio, a cui sono intervenuti li Molto RR. SS.ri Marc' Antonio Ferrarij Arciprete, Gio. Alberto Buronzo, Gerolamo Loreo Teologo, Francesco Gerolamo Cagnolo, Gio. Pietro Caresana, Giulio Scaglia, Gio. Maria Avogadro Valdengo, per se, et il Sig.r Gio. Antonio suo fratello, Guglielmo Lorgni, Gio. Battista Scraviola per se, et per il Sig.r Prevosto Canonico Gio. Antonio Aghemio, et il Sig.r Gio Battista Fornaro Canonico Penitentiere

~~Zoanne Hesplan~~ Jacobus R.

Penitentiere, Cesare Bartolomeo Arborio, Vespasiano Avogadro Valdengo, Giovan Giacomo Rosa, quali sono più delle tre parti delle quattro di detti Sri Canonici che si trovano in Città e di ferma residenza di presenti ad essa Chiesa, per li quali, li negotii d'esso Capitolo si vogliono fare e resolvere; hanno unito, ceduto, e rimesso, et unisciono, cedono, et rimettono alla medema fabbrica un Massariccio di beni quali e quanti sono, che tengono nel luogo di Montonaro, et anco tutti li fitti, et canoni perpetui di qual sorte si siano, che tengono nella Città, et suo suburbio, spettanti al detto loro Capitolo, et Massa comune et Capitolare, eccettuato il livello annuale di formento, che paga la V. Badia di S. Andrea per il molino di Pronerone per la processione di S. Marco, et parimenti il primo membro di quelli del Piano, che vacarà, senza pregiuditio delli moderni possessori e Canonici Coadiutori, et di quelli che hanno ragione di presente d'optare e permutare: et di più cedono, donano, et rimettono alla prefata Badia di S. Stefano, et Abbate d'essa, l'oblatione solita a loro dovuta il giorno et festa del Santo, ogni anno mediante però l'unione del membro di Crova alla fabbrica come sopra; di più cedono, e donano alla suddetta fabbrica, la spesa che devono fare li Sri Canonici Lateranensi per la colatione solita a farsi e darsi al M. Reverendo Capitolo, et Sri Canonici, e Beneficiati, et altri servienti nella Chiesa la Vigilia di S. Luca ogni anno, la quale spesa sarà liquidata et determinata dalle parti, ovvero dalla Sacra Congregatione di Roma.

10. Oblationes istae utrimque iuramento firmatae, omnes ferme in irritum reciderunt. Comes Vipareus Sigismundus Bitio paullo post bona propter tributa pignori addicta redemit. Pretium ad alia onera quibus Civitas dire premebatur, subtrahendum conversum est. Evanuit etiam pollicitatio senatorum nullefacta tempore obsidionis de anno 1617 et altera aureorum duodecim pro lampade ante altare B. M. V. Unionem membri Crovae Episcopus ab Apostolica sede frustra proposuit. Promissio pariter de scopis ad fovendum favore fabricae, praedicti Nonsini, ob temporum calamitates, quae deinceps turmatim Episcopum, et Ecclesiam agitarunt,

~~Joannes Stephanus~~

Jacobus ?

effectum habere non potuit. Capitulum aliis pollicitationes non implentibus se quoque a promissis adimplendis liberum iure et merito censuit. Et sic ampla promissa, sed nulla fides. Hoc merito referes inquit. Et tia mala quae paullo post de improviso adfuerunt, quaeque Civitatem, et Ecclesiam inundarunt. Nihilosecius Episcopus et Capitulum quod in eorum potestate fuit [illegible]expleverunt. Ad haec usque tempora durat legatum duodecim aureorum in singulos annos ab Episcopo Goria factum, pro Lampade, quae iugiter ardet ante Corpus B. Amadei a Sabaudia: et Capitulum religiose servat votum quo se obstrinxit de canendis Litaniis singulis Sabbatis ante altare B. M. V.

11. Defuncto Carolo Emanuele, exactorum, et novi Ducis negotiis praepositorum impotentia recrudüit tam in Plenum, quam in Capitulum. Eorum conatibus, Episcopus invicta fortitudine se iterum opponit. Quare novis criminationibus, et calumniis apud Ducem Victorium Amadeum exagitari coepit. Quae ubi e sententia non procedunt, subdolis artibus delatores Principis animum aggrediuntur, eidem denuntiantes plura [illegible] contra publicam tranquillitatem, eiusque auctoritatem, Episcopum moliri. Nec deerant impiae Machinationi praetextus fraudulenter excogitati, et iniquis comprobati testimoniis.

12. Anno 1632. Episcopus Taurinum accersitur. Sed cum intelligeret animum Principis impiorum suggestionibus adversum se occupatum, clam Bulgarum secepit die 19. Augusti. Nil criminatoribus opportunius accidere potuit. Est Bulgarum terra Vercellensis Dioecesis trans, et prope Sesitem, duobus milliaribus ab urbe dissita, et Provinciae Novariensis, quae tum ab Hispanorum Rege ius recipiebat. Per id tempus Victorius Amadeus foedus cum Francis contra Hispanos pepigerat. Itaque Episcopo crimini datum est, quod Taurinum vocatus ire renuisset, et simul iniecta suspicio ipsum cum Hispanis secreta habere consilia, quae Duci et Ditioni suae noxia essent.

13. Die 26. Augusti eiusdem anni Episcopus Goria Romam profectus est, eo a summo Pontifice evocatus. Canonicis qui cum Confluentiae convenerant die 25. Ecclesiasticam disciplinam, Chori frequentiam

pietatem, religionem, et Ecclesiasticae immunitatis tutelam pluribus commendavit. Refert autem Franciscus Hieronimus Bagnolus Canonicus S. Eusebii, in suo Diario MS.to ex quo pleraque quae hic narramus, sumpsimus, quod Dux Victorius Amedeus littera data Taurini die 28. Canonicis Vercellensibus scribit: "Che il Vescovo ha sempre procurato di alienare gli animi dei sudditi dal suo Sovrano: che ha sempre cercato di contradire con animosità a' suoi ordini: che ha mantenuto intelligenza co' suoi nemici: che ha osato in più occasioni di perdere il rispetto a suoi ufficiali; e che era stato a sua instanza chiamato a Roma, per così allontanarlo da suoi Stati, sperando che Sua Santità sarà per provvedere la Chiesa di Vercelli d'altro Prelato, a lui più confidente, e più salutare alle coscienze de' suoi sudditi etc." Die 3. Septembris Capitulum in hanc sententiam Ducali Epistolae respondit: "Ringraziamo V. A. R. del favore fattoci in notiziarci delle cose che passano con Monsignor Vescovo. Noi non possiamo far altro che supplicare sua D. M. che illumini il Papa a far ciò, che sarà di giustizia e di servizio delle anime di questa Città e Diocesi, e di gusto di V. A. R. assicurandola che costantemente persevereremo nella più sommessa devotione et obbidienza verso la di lei Sacra persona, e Real casa, come abbiamo sempre fin qui fatto supplicandola a continuar la sua protezione verso questa Chiesa, e a non permettere, che li suoi Ministri contro le di lei pie ed ottime intenzioni, si sforzino a far cose contrarie alle nostre coscienze etc." Die 25. Septembris Episcopus Romam pervenit salvus et incolumis, ubique honorifice exceptus.

14. Anno 1634. Dominus Castracani Nuncius Apostolicus, causae Cleri et Episcopi Vercellensis apud Serenissimum Sabaudiae Ducem propugnator eximius, Romam revocatur et eidem sufficitur Faustus Caffarellus Archiepiscopus S. Severinae disparis ingenii vir. Hic Vercellas advenit die 27. 8bris. Sed rem placeat audire verbis Domini Canonici Bagnoli: "Alli 27. ait, arriva Monsignor Caffarelli Nuncio Apostolico, ad un ora di notte, da Novara, incontrato da Ecclesiastici solamente, cioè dal Sig.r Canonico Penitentiere Luogotenente Generale, dal Sig.r Prior Canonico Goria, come nipote di Monsignor

~~Vescovo Stephanus~~

Jacobus P.

"Vescovo, e dalli Sig.ri Canonici Cagnolo, Gio: Pietro Caresana, Naspa, Borgi
"Cusano, Teologo Amedeus, et Arborio in tre Carozze, et questi a nome del
"Capitolo, et si va fino al Porto di Sesia. Subito smontato dal Porto
"gli rappresentiamo, e li facciamo reverenza. Oltre al porto erano an-
"dati li Sig.ri Archidiacono Solaro, Prevosto di Desana, et Fabritio Agazza
"nella Carozza del Sig.r Governatore, nella quale è entrato detto Mon-
"signor et anche con il Sig.r Prior Canonico Baronzo, mandato dal
"Capitolo fino a Novara. Si entra in Città havendo dal Vescovado
"mandato quattro torchie sino oltre il Dacito fuori. Si va a S. Eusebio
"dove si suonano le campane da festa anche avanti che entrasse
"in città. Nell' entrare in Chiesa, tappezzato il coro, et apparato
"l' Altare decentemente s'inginocchia avanti l' altare Maggiore al
"faldistorio si canta un mottetto e fatto alquanto d' orazione se ne
"va al Vescovado, accompagnato da tutti come sopra. Noi Canoni:
"ci entriamo in Camera, dove cominciamo a discorrere delle cause,
"e disgusti di Monsignor Vescovo col Sig.r Governatore, e dell'absenza
"sua, e del Sig.r Vicario Generale, et del desiderio di far absentar tutti
"li suoi parenti, e discendenti. Lo supplichiamo ad adoperarsi almeno per
"il ritorno del Sig.r Vicario Generale. Discorriamo anche delle preten:
"sioni del Sig.r Arcidiacono per il Canonicato, e preeminenze: L'in:
"formiamo delle pretensioni del Sig.r Governatore d'aver la sedia den:
"tro ai Cancelli etc. Si spera che debba operare per il ritorno almeno
"del Sig.r Vicario Generale e così piaccia a S. D. M. possa ottenerlo anche
"per il Vescovo. Alla mattina delli 29. parti per Torino. etc."

15. Erat eo tempore Gubernator Civitatis, et Provinciae Dominus Mar-
chio Dogliani e Solaria gente. Hujus frater Comes Mauritius, qui
postea fuit Episcopus Montisregalis, anno praecedenti obtinuerat
Archidiaconatum Vercellensem. Ejus Antecessor Dominus Archidia-
conus Gravierius, una cum Archidiaconatu possidebat etiam in hac
Ecclesia Canonicatum. Cum defunctus esset de Mense Martio, qui
est unus ex Capitularibus, in quibus collatio Canonicatuum, et Di-
gnitatum ad Capitulum spectat, Capitulum Canonicatum contulit
Domino Sigismundo di Salamoniibus; et sic Comes Mauritius Archi-

diaconatum

~~Joannes Stephanus~~
Jacobus I.

habuit absque Canonicatu. In hac Ecclesia Dignitates, qui Canonici non sunt, habent quidem subsellia in Choro, et suis statis diebus assignatas functiones; sed nec vocem nec sessionem in Capitulo habent, nec ullo modo de negotiis Capitularibus se intromittere possunt. Itaque Cornelius Mauritius, favente eius fratre Marchione, qui plurimum gratia apud Serenissimum Ducem valebat, primum suffragium, et locum in Capitulo, caeterasque praeeminentias, quibus potiti fuerant eius Antecessores in Archidiaconatu, qui canonici fuerant, sibi deberi contendit, deinde etiam de Canonicatu contra Canonicum Salomonem, litem molestissimam movit. Interea Marchio Dogliani sedem suam tamquam Gubernator, in Choro intra cancellos locari mandavit. Cum id a Capitulo non impetrasset vim et minas adhibuit. Hinc orixae contentiones et scandala. Capitulum constantissime propria iura, et Ecclesiasticam libertatem tutatus est. Hoc inter caetera Episcopo crimini datum est, contra quem cum aliis titulis persecutio desaevisset, hoc etiam obstinatior effecta est, omnes Episcopi consanguineos, et studiosos complexa, inter quos Joannes Antonius Aghemius Canonicus et Praepositus S. Eusebii Episcopi ex sorore nepos, eiusque Vicarius Generalis, vir doctissimus et probus, iampridem in exilium eiectus fuerat; quam calamitatem paullo post expertus est etiam Petrinus Goria Canonicus eiusdem Episcopi ex fratre nepos. Hinc intelliges de quibus numero superiori Canonici conquesti sunt apud Ill.mum Cardinalem.

16. Anno 1635 Dux Sabaudiae foedus cum Francis adversus Hispanos pepigit, summus Gallicarum copiarum in Italia Imperator renuntiatus. Anno ineunte nova vectigalia indicta sunt. Die 26. Januarii Capitulum Vercellense Congregationem Generalem totius Cleri indixit, in qua de iis ageretur; quae habita est Palatio Episcopali die 27. Martii. Die prima Aprilis Episcopus Goria Roma redux, cum Urbem ingredi prohibitus esset, primo Blandratum, deinde Vimam Longum divertit, ubi domicilium et Curiam Episcopalem diu nempe longo tempore habuit. Die 19. Decembris Sabaudiae Dux Vercellas sedem Aulae et Magistratus transtulit. Palatium Episcopale pro Regia fuit

Bascapè ?

Duum senti sunt Principum Legati:

17. Anno 1636. die 18. Januarii Vercellas Pariter venit Dominus Faustus Caffarelli Nuncius Apostolicus apud Serenissimum Sabaudiae Ducem, et in Collegio S. Christophori sedem suam statuit. Cum quo venit Dominus Balthasar Nanottus Clericus Taurinensis, eiusdem auditor, et olim Vicarius Generalis urbis et Dioecesis Montisregalis, ob notam Serenissimi Ducis diffidentiam cum Episcopo, ideo Vicarius Generalis Apostolicus Vercellensis designatus. Die 22. Januarii convocato saeculari urbis Clero, Dominus Nuntius, eidem denuntiavit ut deinceps praefato Nanotto, tanquam Vicario Apostolico Urbis, et Dioecesis, parere deberent, et nulli praeterea. Quod ut intellexit Dominus Episcopus, facto mandato in Dominum Canonicum Joannem Stephanum Goriam, dixit de nullitate huiusmodi constitutionis, et eaque appellavit, prout liquet ex sequenti acta, quae in Archivio Episcopatus asservatur autographus.

" 1636. die Sabbathi 26. Januarii Vercellis in Collegio
" S. Christophori Congregationis Clericorum Regularium
" S. Pauli. "

" Coram vobis Illustriss.^mo^ et Rev.^mo^ Domino Domino Fausto
" Caffarello Archiepiscopo S. Severinae, Nuncio Apostolico apud Regiam
" Celsitudinem Serenissimi Ducis Sabaudiae, Taurini alias nunc autem
" Vercellis residente."

" Comparet Illustris, et admodum Reverendus Dominus Joannes
" Stefanus Goria Canonicus Vercellensis Specialis Promotor Illustrissimi, et
" Reverendissimi Domini Domini Jacobi, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Vercellensis, et Comitis, prout fidem facit de suo legitimo mandato per Instrumentum Publicum, receptum per Dominum Joannem Baptistam Rolandum Notarium Vici Longi sub 24. currentis, et proponit pervenisse ad aures dicti Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Episcopi eius principalis (#), et in gravem eius iniuriam, et dedecus constituerit, creaverit, et deputaverit praetensa auctoritate Apostolica, de qua saltem legitime non constat, requisitare poterit, in Vicarium Generalem, in Civitate et Dioecesi Vercellensi

(#) quemadmodum Illustrissima Dominatio Vestra, in odium dicti Illustrissimi et in praejudicium.

,,Vercellensi, quemdam Dominum Balthassarem Nanottum Clericum
,,Taurinensem; et quae deputatio nulla ratione subsistere potest, cum
,,deputare alieni Episcopo Vicarium Apostolicum, de iure non possit,
,,nec soleat Sancta Sedes, nisi Episcopo de gravi crimine delato, ob quod
,,debet eius administratio suspendi donec pendet eiusdem Criminis pro-
,,cessus; quod sane crimen numquam commisit neque committere
,,cogitavit dictus Illustrissimus D. Episcopus, qui propterea habet iustam
,,causam existimandi, et credendi dictam Deputationem non provenire
,,de Scientia, et auctoritate Sanctissimi D. N. Papae Urbani octavi
,,praecipue quod anno elapso fuit ab Urbe Roma dimissus ad hanc
,,Diaecesim ad effectum, ut in ea personaliter residendo, suum mu-
,,nus obiret, quemadmodum diligenter, ut eius moris semper fuit,
,,obiit et obire paratus est in futurum; et cum semper fuerit di-
,,ligens in suo munere obeundo, et in Ecclesiastica libertate, et iuribus
,,pro viribus tuendis, a Sancta Sede affectus fuit laudibus, et praemiis,
,,non est aliqua ratione verisimile illum ab eadem Sancta Se-
,,de, sive ab eius Summo Pontifice Serenissimo Urbano Papa VIII. gra-
,,vissima poena plecti suspensionis sui muneris, sive administrationis
,,per deputationem dicti Vicarii. Quare idem Illustrissimus et Reverendis-
,,simus Dominus Episcopus, cum ex notis Illustrissimae et Reverendis-
,,simae Dominationi vestrae causis, non potuerit, nec possit personali-
,,ter se transferre ad hanc Civitatem, comparuit coram discretis
,,et providis viris, coram quibus a gravamine, ab Illustrissima, et
,,Reverendissima Dominatione vestra illato, appellavit Sanctissimum, et
,,Dominum Urbanum Papam octavum sive eius Sanctam sedem
,,Apostolicam, prout patet Instrumento dictae Appellationis, recepto
,,per antedictum Dominum Rolandum Notarium diei 24. currentis
,,quod realiter exhibet ad effectum intimandi, et notificandi quemad-
,,modum notificat et intimat Ill.mae et Rev.mae Dominationi vestrae
,,dictam appellationem coram dictis discretis viris interpositam, di-
,,mittendo copiam dicti Instrumenti; et ulterius, quatenus opus sit,
,,Idem Dominus ~~Episcopus~~ Io. Stephanus Goria Canonicus Vercellensis
,,comparens nomine quo supra, contra dictam deputationem Vicarii

"dicit de nullitate, sicut etiam de singulis, quae hactenus facta sunt, aut
"in posterum fient, et appellat Sanctissimum Dominum Papam Urbanum
"Octavum sive eius Sanctam Sedem etc. Rogans Nos Notarios infrascrip-
"tos, ut de praedictis omnibus, conficeremus unum vel plura Instrumen-
"ta, eiusdem tamen tenoris. Acta fuerunt haec Vercellis in dicto Col-
"legio, et coram ut supra, praesentibus ibid. Illustris et admodum Rev.
"Dno Ioanne Baptista Seraviolo Cathedralis Ecclesiae Vercellensis Cano-
"nico, et multum Reverendo Domino Bernardo Greppo Parocho S. Lau-
"rentii Vercellensis, et Rev. Ioanne Baptista Rosetto Clerico a Boriana
"~~Clerico~~ testibus etc. De quibus omnibus praefatus Ill.mus et Rev.mus Dnus
"Nuncius concepit publicas testimoniales. Bellinus de Alciatis." Hac appel-
latione non obstante Dominus Nanottus pergit vicarii munus obire, et cen-
suras minatur in eos, qui Episcopo obidire praesumpserint. Visissim
Dominus Episcopus Nanottum censuris, ab incepto deterrere contendit,
unde ingens confusio et rerum perturbatio. Die 18. Februarii Dominus
Nuncius ad se vocatis Canonicis, Parochis, Presbyteris, et Clericis Ci-
vitatis, coram ipsis legi mandat Chirographum deputationis suae
factae Domini Nanotti in Vicarium Generalem, et iubet ut omnes
scripto illum ut talem recognoscere debeant. Omnes id facere re-
cusant, et ab huiusmodi praecepto appellant.

18. Die 23. Februarii Dominus Prior et Canonicus Petrinus Goria exhibet
in Pleno Capitulo Bullas Archipresbiteratus Vercellensis, eius favore expe-
ditas, instans per earum executione, et immissione in possessionem.
Canonici supersedendum censent, donec hac de re habeatur assensus
Serenissimi Ducis. Die sequenti praefatus Goria iubetur ab urbe disce-
dere. Nec mora. Militibus cum associantibus, cogitur predictas
sepitum obire.

19. Die 16. Martii Dominica Palmarum Dominus Nanottus veluti Vi-
carius Generalis, interfuit in Choro Palmarum benedictioni. Laddi
utrumque reclamante, nec est thus adhibitum nec pax data, quin
et Palmam coactus est accipere post omnes Dominos Canonicos. Quod
ingentes concivit turbas. Dominus Nuncius nonnullos ex Dominis Ca-
nonicis ad se vocatis persuadere nititur, intermixtis minis, ut dent

Parobus?

dent querum quod dimissus D. Nanottus thuset pacem habeat a Canonicis Diacono, et Subdiacono paratis, sicuti habere solent Canonici. Cum dicto auditus non essent eos custodiae tradidit. Cum nec ob id, aliquid impetrasset, die 20. eiusdem Martii praecepto affixo valvis Ecclesiarum S. Eusebii, et S. Mariae Maioris gravibus propositis poenis contendit Canonicos a proposito detinere, et ad obedientiam adducere. Sed frustra. Canonici ob eiusmodi praecepto appellarunt, denuntiantes tamen se paratos esse, hanc in se servare consuetudinem Ecclesiae Vercellensis, sicuti liquet ex actu Capitulari diei 22. eiusdem Martii. Porro quae sit haec consuetudo in Ecclesia Vercellensi, habetur ex attestationibus iuratis in eodem actu insertis, ex quibus constat, quod Vicarius generalis non Canonicus assistens in Choro Divinis officiis, sedet in cornu Epistolae super sellam corio contectam, unico gradu a terra elevatam et in modica distantia a sedibus Canonicorum: thurificatur et pacem accipit ob Caeremoniario, vel alio Ecclesiae Cappellano, postquam huic caeremoniae factum est satis cum dignitatibus, et Canonicis a Diacono, et Subdiacono paratis accipit ramos olivarum, Candelam in die Purificationis B. M. V. cineres in capite ieiunii, et accedit ad osculum crucis feria 6.a in Parasceve post omnes Canonicos. Die prima aprilis aliquot Canonici, et Parochi Urbani, nomine totius Cleri, appellant a constitutione Nanotti in Vicarium Generalem, et actum appellationis Domino Episcopo dirigunt ut illum Romam transmittat.

20. Per id tempus, teste Canonico Cagnolo in suo diario MS.to adhuc erat superstes in Palatio Episcopali lapis olim asportatus e Basilica Eusebiana cum inscriptione

Diis Manibus
Philomini et Eutichiae
Menander et Vestina Domini
iuvenum bene merentium,
Qui cum quietam sorti petivissent,
In complexu pari exanimes
inventi sunt.

21. Eodem anno 1636. de mense Iunio Victorius Amedeus Sabaudiae Dux

Iacobus I.

trajecto Sessito valido cum exercitu, in ditionem Mediolanensem impetum fecit. Illico Fontanetum arx munitissima, Romaniano haud procul, expugnata est, mox Novariensi territorio Novariam usque vastatio illata. Eadem rapiditate victis Hispanorum Praesidiis Ticinum flumen transmisit, et perruptis canalis (naviglio) ripis qui aquam Mediolanum ducit, in ingentem consternationem Mediolanenses conjecit. Hisce gestis, ut aliquam requiem militi longa expeditione fesso daretur, apud vicum quem Fontanetum appellant, castra posuit munivitque. Eo Marchio de Leganes Mediolani Gubernator, multo instructus milite venit, et castra aggressus primo feliciter, sed superveniente Victorio Amedeo adverso Marte pugnavit. Itaque multis suorum amissis, re infecta discedere coactus est. Ut autem Victorium Amedeum Mediolano iam iam imminentem averteret, partem copiarum jussit in agrum Vercellensem irrumpere. Hinc valida militum manus, populabunda fere usque ad portas Civitatis excurrit, Caresianam, Mottam Comitum, et ipsum suburbium Caresianae foede direptae, Quintum, Colobianum Greggium, Arborium, et caetera fere omnia castra, et Villae Ripariae superiores, eandem sunt calamitatem perpessae. Iamque Hispani Sancto Germano, et Sanctae Agathae imminebant, cum Victorius Amedeus celeriter transportato exercitu, eos inde fugavit et trans Ticinum compulit.

22. Die 24. Augusti ejusdem anni jussu Domini Episcopi promulgatum est Jubilaeum concessum ab Urbano Papa VIII. Dominus Nanottus Capitulo denuntiat, ut aliquos ex Dominis Canonicis delegat, qui ipsum adeant sermonem acturi de processione inde peragenda. Respondet Capitulum se non solere Canonicos mandare praeterquam ad Principem vel Episcopum: si Nanottus aliquid habet quod cum Capitulo conferat, ipse Capitulum adeat: quoad processionem vero, cum ea iam a Domino Episcopo indicta fuerit, nec Nanotti esse nec Capituli de ea ulterius agere sed mandata Episcopi esse adimplenda. Nanottus hac responsione habita, praecepto affixo valvis Ecclesiarum Cathedralium S. Eusebii et S. Mariae Maioris, eoque intimato familiis Regularium, et Confraternitatibus vetat processionem fieri. Vibilonius

fieri. Nihilominus Capitulum in proposito perseverans, die 26. processionem die sequenti faciendam indixit, et sub vesperam de more, consuetum signum campanis dari iussit. Interea a praecepto Domini Nanotti appellavit, eidem oblato libello, qui legitur in actis Capitularibus die 27. ut sequitur:

" Per vigore d'asserto precetto publicato da M. per affizione di " copia fatta fore alla Chiesa Cattedrale di S. Eusebio, e di S. Maria Mag= " giore della presente Città, ed asserto effetto che li SS.ri Canonici e Capitolo " di dette Chiese non facino, ne' indirizzino la Processione ordinata da " Monsignore Ill.mo e Rev.mo Vescovo nostro, in esecuzione della Bolla di N. " S. Papa Urbano VIII. fatta, e publicata per l'occasione del S. Giubileo, " che S. S. ha concesso ed ordinato publicarsi per li presenti urgentili= " sogni, proposte prima per detti SS.ri Canonici e Capitolo tutte le ec= " cezioni di nullità, ed invalidità di detto asserto precetto, procedino da " che capo ed voglino, et esse sempre salve, dicono detti SS.ri che M. " non ha autorità ne giurisditione di sopraintendere, impedire ne dis= " turbare gli ordini che fa Monsignor Ill.mo Vescovo per il buon go= " verno della sua Diocesi, e servizio delle anime a lui sottoposte, e tanto " meno in questo negotio, quale Monsignor Vescovo fa ed eseguisce " d'espresso ordine, e mente di S. Beatitudine, et così comandato; et " dalla sua deputatione in Vicario, vedrà che non ha autorità di sopra= " intendenza alle cose fatte ed ordinate da Monsignor Ill.mo Vescovo, " qual può senza alcun ostacolo, esercire la sua giurisditione, et auto= " rità et però eccedendo la sua facoltà et autorità, et volendo far cosa " a lui non spettante, come cosa fatta di fatto, et senza fondamento di " ragione, la deve rivocare, come così l'interpellano; altrimenti come " da eccesso ed abuso di giurisditione, et cosa fatta di fatto appellano alla " Santità di N. S. Papa Urbano VIII. etc. protestando di più di non " voler ~~differire~~ desistere di far la processione da detto Monsignor ordinata etc." Eadem die 27. habita est processio, cui frequentes interfuerunt cum Clero Sae= " culari, Regulares omnes, exceptis Dominicanis, et Sodalitates Laicorum. Et " sic Nanottus ne quieto Vicarii munere fungi posset perpetuos ha= " buit obices. Hinc nonnulli ex Canonicis sunt in exilium pulsi, inter

Jacobus 2.us

inter quos Canonicus Cagnolus, alii falsis praetextis criminibus, sunt carcere mancipati.

23. Anno 1637. Victorius Amedeus Sabaudiae Dux multis expeditionibus in Hispanos feliciter confectis, et arce Bremo in agro Lomellino excitata, validaque munita, qua Hispanis frenum iniiceret, Vercellas rediens ibi gravi infirmitate correptus, die 7. Octobris hora 2.a noctis animam Deo reddidit. Morienti adfuerunt a Duce specialiter advocati Canonici S. Eusebii Durandus, Nasya, Seraviola, Berzettus, Cagnolus, et Bursus, necnon Dominus Rattacius Canonicus S. Mariae. Cuius elogium paucis texit Muratorius in annalibus ad hunc annum inquiens: "Non v'ha Scrittore che
„non esalti le rare doti, e virtù di questo Principe in cui erasi pas-
„sata col sangue non già l'affabilità, e il tratto obbligante, ma ben-
„sì l'inarrivabile intelligenza, e sagacità del Duca Carlo Emmanuele
„suo Padre temperata nondimeno da più moderati pensieri, e desiderii.
„Prendosi creduto effetto della singolare sua saviezza l'essersi attaccato
„ai Franzesi perchè non poteva di meno; ma con regolar in tal
„maniera le cose, che non ne restassero atterriti gli Spagnuoli,
„dei quali poteva abbisognare contro la violenza dei medesimi Fran-
„zesi." Cadaver in aurora e Palatio Episcopali in Capellam B. Amedei a Sabaudia illatum est. Qua de re extat in actibus Capitularibus sequens documentum.

" L'anno del Signore 1637. et il giovedì 8. 8bre, in Ver-
„celli nella Chiesa Cattedrale di S. Eusebio, et nella Capella del B.
„Amedeo Duca terzo di Savoia, alla presenza delli Ill.mi et Ecc.mi
„S.ri Carlo Emanuele Filiberto Giacinto di Simiana Marchese di Pianezza
„e Livorno, Guido Villa Cavagliere dell'ordine della Nunziata
„Marchese di Cigliano et Capitano generale della Cavalleria, dell'
„Ill.mo Signor Francesco Emanuel Solaro dei conti di Moretta
„Marchese di Dogliani Capitano Generale dell'artiglieria, e Governatore
„di Vercelli, e di molti altri Ill.i Marchesi, conti, e gentilhuomini di corte
„testimonii richiesti, et astanti con gl'infrascritti Ill.ri Cavaglieri

Jacoby ?

" della Camera, intervenendovi anco l'Ill.mo ed Ecc.mo Sig.r Teodoro Binelli
" Consigliere di Stato primo Presidente di Finanze, e dell'Ecc.mo Consiglio
" sopra gli occorrenti di guerra in Vercelli sedente, che tutti hanno accom=
" pagnato il corpo della fu Altezza R. portato in detta Chiesa e Capella.
" Ad ognuno sia manifesto che essendo passato da questa a miglior vita
" due ore circa della notte passata l'Altezza Reale del fu Serenissimo R.
" S. Vittorio Amedeo Duca di Savoia Principe di Piemonte Re di Cipro etc.
" di gloriosa memoria nel Palazzo Episcopale della Città attinente a detta
" Chiesa, habbi Madama Reale Serenissima Cristina di Francia Duchessa
" di Savoia Regina di Cipro, et Consorte della detta S. A. R. particolar=
" mente eletto, e deputato l'Ill.mo Sig.r Francesco Provana Conte d'Altessano
" gran Ciambellano di detta fu A. R. a far mettere in una Cassia
" il suo corpo, et quello depositare ivi detta Cappella, nelle mani delli
" MM. Illustri, e molto RR. SS.ri Canonici di detta Chiesa, per riaverlo
" sempre che a lei, o a Serenissimi Reali Successori piacerà; In esecu=
" tione di detta elezione, et deputatione, il suddetto Sig.r Conte d'Al=
" tessano ha consegnato, et consegna quivi in deposito alli MM. RR.
" et MM. Ill.ri Giovanni Alberto Baronzo, Francesco Gerolamo Cagnolo,
" Giovanni Pietro Caresana, Giulio Seaglia, Giovanni Battista Forna=
" ri Penitentiere, Giovanni Battista Scraviola, Giovanni Giacomo Ra=
" spa, et Giovanni Battista Berzetto, tutti Canonici di essa Chiesa,
" ivi presenti, i quali rappresentano lo intero Capitolo, sendo delle
" tre parti più delle due di quelli che al presente risiedono, il corpo, ed
" il Cadavere di detta fu A. R. riposto in una cassia di legno coperta
" d'un panno di velluto negro con la croce di sattino bianco attra=
" verso, levato dalla camera di detto Palazzo ove è morto, da due
" SS.ri Canonici, et ivi portato dagli Ill.mi SS.ri Marchese di Cortanze
" Conte di Polonghera, Marchese di Caraglio, Marchese di Parella, Conte
" Gerolamo Valperga, et Conte di Cinzano Cavaglieri della Camera
" di detta fu A. R. ad effetto che sii in detta Capella riposto e custodito
" secondo la mente et comando di detta Madama Reale, et con ri=
" serva di poterlo levare sempre che le piacerà etc. Et di tutto detto

Jacobus 2.

„Così noi Notarii sottoscritti rogati ne abbiamo concesso pubbliche testi:
„moniali etc."

„Bellino Pancia."

Posthmodum die 19. Decembris cadaver recognitum est, et quae addita inscriptio, ut ex Documento in iisdem actibus inserto. ex illud.

"Anno Dni 1637. die Sabbathi 19. Decembris, Universis sit manifes:
„tum sicuti hodie Vercellis in Ecclesia Cathedrali S. Eusebii, et apud
„Capellam B. Amedei, sic instante et mandante Illmo Dno Francis:
„co Emanuele Solario Marchione Doglioni Gubernatore huius Civitatis
„ibidem praesente et sic iubente de ordine ut asseruit, Serenissimae
„Dnae Nrae Dominae Christinae Matris et Tutricis Serenmi Dni
„Nri Dni Francisci Hyacinthi Dei gratia Sabaudiae Ducis Pedem:
„ontium Principis Regis Cypri, et Illorum Dominiorum Regentis
„et cum assistentia per Illtes et admodum RR. DD. Ioannis Alberti
„Barontii, Ioannis Antonii de Advocatis Vatdengi, et Ioannis Iacobi
„Rospae dictae Cathedralis Ecclesiae Canonicorum, ibidem praesen:
„tium, et eorum ac aliorum dictae Ecclesiae Canonicorum, et Ca:
„pituli nominibus assistentium, ac in praesentia Perillustrium
„DD. Capitanei Io. Andreae Centorii, et Equitis Camilli, ac Au:
„gustini fratrum de Agiatis testium ad hoc vocatorum, fuit a
„dicta Capella extracta Capsa lignea, et intrinsecus plumbea, in
„qua depositum fuit infrascriptum cadaver, et illa discooperta,
„et aperta, fuit a suprascriptis omnibus, et aliis visum et recogni:
„tum in ea existens cadaver gloriosae memoriae et Serenissimae
„Regiae Celsitudinis Victoris Amedei Sabaudiae Ducis Pedemon:
„tium Principis, et Regis Cypri nuper defuncti, cum adhuc
„sit integrum cum suis militarium ordinum insigniis, et habitu.
„Et postea fuit de ordine ut supra, intrinsecus operculo capsae
„affixa quaedam lamina aerea deaurata cum huiusmodi in:
„scriptione in ea insculpta ad perpetuam rei memoriam, teno:
„ris sequentis, videlicet."

Victor Amedeus Dux Sabaudiae, Princeps Pedemontium,

Rex Cypri, Caroli Emanuelis et Catharinae Austriacae filius
Pace belloque clarissimus, obiit Vercellis die VII. octobris
Anno Dni MDCXXXVII. Regni sui VII. aetatis quinqua=
gesimo primo relicto ex ~~Catharina~~ Christiana Francica successore
Francisco Hyacintho.

"Deinde capsa ipsa fuit iterum clausa et firmata, et extremitates
"capsae plumbeae, alio plumbo liquefacto obturatae, et postea ipsa
"capsa solito panno serico, auro intertexto cooperta, et in priori
"loco in dicta Capella a Cornu Evangelii reposita fuit sub deposito
"inde facto, et custodia dictorum DD. Canonicorum, praesentibus
"testibus praedictis. Et de his omnibus Nos Notarii infrascripti
"etc. Jo. Andreas Beda. Vercellinus Bellinus.

24. Haec mors inopportuno quidem tempore accidit. Nam fervebat adhuc bellum cum Hispanis: et a Gallis foederatis non nimis tutae res erant. Vix defuncto Victorio Amedeo hi postremi Vercellas occupa=re et ipsam Ducissam cum filiis comprehendere decreverunt. Sed insidiae Marchionis Villae subolivere, qui propterea immissis in tempore in urbem copiis, et portis claudi, custodiri jussit, totam machinationem irritam reddidit. His accedebat quod Princeps Thomas, et Cardinalis Mauritius defuncti Ducis fratres, qui toti in Hispanorum partibus erant, illam tutelae parvuli Ducis, et ditionum administrationi, Ducissae concreditae clam inhibebant. Hi viduam Ducissam primo a foedere Francico, avellere conati sunt, ostendentes eo Francos magis proprium commodum, et emolumentum spectare, quam pupilli utilitatem, et tutamen. Cum id non impetrassent, in Pedemontium se conferre, ut ~~[illegible]~~ propriis nepotis nepotisque rebus, quae tum in magno erant discrimine, adesse possent, uti ipsi quidem aiebant, constituerunt. Sed eorum adventus Serenissimae Ducissae, nimis suspectus erat. Ideo a Pedemontio exclusi, palam contra eam se erigere coeperunt. Haec interea cum Hispanis de pace secreto agebat; sed minis et pollicitationibus Gallorum victa, tandem cum iis foedus olim initum comprobavit. Hinc saevum intestinum bellum exortum, quod universum

universam ditionem ferme ad exitium adduxit, him Hispanis debacchantibus, inde Francis. In hanc Urbem primo saevitum est, et paullo post inermis.

25. Die 24. Decembris eiusdem anni 1637. postquam publico Edicto die 7. Iunius mensis sancitum fuerat, ne quis deinceps ad Episcopum habere recursum auderet, a munere Vicarii Apostolici, ut aiebant, quod tot conciverat turbas, amotus est Dominus Balthassar Nanottus, turbidi et contentiosi ingenii vir, eique a Nuntio Apostolico subrogatus est Dominus Marcus Aurelius Prior Lucernae, qui ab antecessore omnino dissimilis, coepit omnia administrare ad voluntatem Episcopi. Et sic tandem rebus tranquillitas reddita est.

26. Anno 1638. die 28. Februarii Dominus Episcopus relicto tandem Vico longo se contulit ad Salazzolium, deinde Bugellam, ex quo omnibus spes facta est brevi eum Vercellas reversurum. Capitulum hac de re gratulationem Domino Episcopo habendam decrevit, eo delegatis Dominis Canonicis Archidiacono Solario, et Barzis. Die 14. Martii Dominus Prior Lucernae Vicarius ut supra abrogat omnibus Sacerdotibus aliis approbatis a Domino Nanotto, qui ab Episcopo huiusmodi approbationem obtinuerant, facultatem excipiendi Confessiones Sacramentales. Die 20. Maii deiectus est murus, et porta claustri Canonicalis, ut novis Urbis propugnaculis mox excitandis fieret locus.

27. Eodem anno 1638. Marchio Leganesius Mediolani Gubernator, ut intellexit Christianam Ducissam, foedus denuo cum Francis pepigisse, magno cum exercitu de repente traiecto Sessite Vercellas contendit easque arcta obsidione cinxit die 26. Maii. Die 27. Convocatus est Clerus Saecularis, et Regularis coram Domino Vicario Priore Lucernae ut omnes ad Patriae defensionem excitarentur. Omnes una voce et in primis Canonici, pecuniam, operam, vitamque ipsam alacriter devoverunt. Dira fuit oppugnatio, et strenua obstinataque defensio. Sed tandem

Jacoby?

cum nulla suppetiarum spes esset die 5. Julii deditio honestis con-
ditionibus facta est. Die 6. Hispani Urbem ingressi sunt. Die 7. in
Cathedrali, iubente Marchione Leganesio, solemnis Missa pro gratia-
rum actione, celebrata est, et post eam Hymnus Te Deum de
more. Interfuit ipse Marchio quamplurimis assistentibus. Sed pla-
cet rem audire ex ore Canonici Cagnoli: "Alla messa, ait, et
„al Te Deum intervenne Sua Eccellenza il Signor Marchese di Lega-
„nes, accompagnato da infinito numero di Cavaglieri, fra i quali li
„Principi di Modena. Detta Eccellenza essendo smontata a S. Andrea,
„dove alloggia, venne a piedi a S. Eusebio, et avvisati quattro Cano-
„nici, cioè li Sig.ri Baronzo, Cagnolo, Gio. Pietro Cortesana, et Ser-
„lio, unitamente col Signor Vicario Generale, vanno a riceverlo
„alla Porta maggiore della Chiesa, et detto Sig.r Baronzo come più
„anziano, gli diede l'acqua Santa, spruzzando detta Eccellenza, e poi
„gli altri Cavaglieri: caminò poi verso l'altare Maggiore, dove aspet-
„tavano li Sig.ri Canonici nel Choro, et li Celebranti alla panca:
„giunto allo steccato, dove s'era apparecchiata una sedia di corame
„rosso, con tappeto in terra, et un inginocchiatorio con altro tappeto,
„e doi cuscinoni lavorati di seta di diversi colori, s'inginocchiò
„in terra facendo alquanto d'oratione. S'incominciò la messa,
„a doi Chori, et dopo il Te Deum. Mentre si cantava, mai sedette,
„mai stette appoggiato al braccialetto di detta sedia per lui appa-
„recchiata, parlando di quando in quando a' detti Principi di
„Modena, et a D. Martino d'Aragona: All'Offertorio doppo incen-
„sati li Sig.ri Canonici, et il Diacono, il Rev.do Marcotto Beneficiato,
„e Ceremoniere, l'incensò a due incensate: all'Agnus Dei, il mede-
„simo gli portò la pace con l'instromento per detto effetto. Finita
„la messa, et il Te Deum li medesimi quattro Signori Canonici
„con il Sig.r Vicario Generale l'accompagnarono fino alla suddetta
„porta Maggiore sempre parlando seco mostrò grande humanità
„ed amorevolezza."

Postridie Cives Vercellenses fidem suam Hispano Regi, iuramento ob-
strinxerunt. Die 20. Marchio Leganesius publico edicto praecepit ut

ut idem iuramentum omnia Provinciae Communia praestare deberent. Longius etiam Hispani victricia arma protulerunt. Quamobrem exterrita Christina Ducissa, se, familiam Regiam et ferme universas Pedemontii Arces, ne Taurino quidem excepto, Gallorum custodiae commisit, magno subditorum in se odio concitato. Viceversa Principes Thomas, et Cardinalis Mauritius, inito cum Hispanis foedere, se Gallis, et Christinae fortiter opposuere, ut Ducem et ditionem, ut ipsi quidem aiebant, ab ipsorum tyrannide liberarent. Nec pauci erant, qui Francorum Ducissaeque dominationem exosi, ipsorum votis faverent.

28. Eodem anno 1638. die 4. Octobris, e vivis sexennis excessit parvulus Sabaudiae Dux Franciscus Hyacinthus. Eidem successit Carolus Emanuel huius nominis II. alter ex filiis Victorii Amedei, et Christinae a Francia, annos quatuor natus. Die 6. Novembris exiit Imperiale edictum, quo irritum declarabatur Testamentum Victorii Amedei quoad Tutelam filiorum Christinae uxori demandatum, et iubebatur populis Gallos expellere, et adhaerere Principibus Thomae, et Cardinali Mauritio, veluti legitimis parvuli Ducis Tutoribus. Hinc Principes detracta persona Hispanis copiis innixi hostiliter Pedemontium ingressi sunt, Gallos ejecturi, et Ducissam tutela spoliaturi.

29. Anno 1639. die 26. Martii Princeps Thomas e Belgio rediens, secum habens Marchionem Leganesium, Vercellas pervenit. Eodem die inde ingressus, rapido agmine Clavasium duxit. Eo capto Eporediam, Crescentinum, Verrucam, aliaque munita loca, qua vi qua voluntaria deditione, sui iuris fecit. Die 2. Aprilis Princeps Cardinalis Mauritius ipse quoque armatus hanc Civitatem pertransiit Eporediam petens. Ubi cum esset, Vallis Augustanae populis missis legatis, se suaque eiusdem potestati permiserunt. Uno verbo subalpina Regio fere universa, excepto quidem Taurino tum munitissimis propugnaculis vallato, in ditionem Principum venit. Quin et ipsum Taurinum, nequidquam obsistentibus Cardinali Valletta supremo Gallici exercitus Imperatore, et Marchione Villa, celebri copiarum Pedemontanarum ductore

eandem sortem, compertum in Arcem Ducissa expertum est. Christianae itaque res valde in arcto positae erant non solum ob hostibus Hispanis, sed etiam ob ipsismet Francis amicis, et foederatis, qui arrepta occasione, ab Ducissa vi impetraverant ut omnibus Urbibus, et Arcibus, quae reliquae erant praesidia Gallica imponerentur; quin et ipsam Gratianopolim invitatam quo tunc se contulerat Ludovicus XIII. ejus frater, omnia tentarunt, quamvis frustra, ut parvulus Dux Parisios amandaretur, specie quidem ut ab hostibus ibi securus degeret, re vera tamen ut eum veluti captivum haberent. Die 27. Septembris Cardinalis della Valletta, e vivis excessit cujus in exercitus Gallici Imperio substitutus est Henricus Guisius Comes d'Arcourt, quo duce labentes Francorum res in Pedemontio erigi coeperunt, magno cum detrimento tum Principum, tum ipsiusmet Ducis.

30. Anno 1640. Marchio Leganesius Hispanorum utilitati magis, quam Principum intentus, omisso Pedemontio, ubi Principes ab Arcourt minime premebantur, se totum ad expugnandum Casale, quod magnis copiis ab Francis tenebatur, convertit. Die 6. et 7. Aprilis, milites magno numero equites et pedites, tormentis aliisque bellicis apparatibus instructi Vercellis educti sunt. Die 12. ejusdem Aprilis Casale totis viribus oppugnari coepit. Accurrit opem obsessis laturus Comes de Arcourt. Die 29. perruptis aggeribus, vallisque, et Hispanis qua caesis qua in fugam conjectis, obsidio disjecta est. Omnis bellica supellex, in victorum potestatem venit. Die prima Maii Marchio Leganesius paucis comitantibus, et moestitiam ore praeferens, se Vercellas ex fuga contulit. Die 16. ejusdem Maii Comes de Arcourt Taurinum obsidione cinxit. Princeps Thomas crebris eruptionibus et Francorum impetu represso, Urbem diu fortiter tutatus est. Marchio Leganesius a Principe sollicitatus, ut suppetias ferret, die 23. Maii Vercellis cum copiis egressus, Taurinum versus profectus est. Sed cum lente languidiusque procederet et interim Franci novis subsidiis aucti, obsidionem vehementissime urgerent, Princeps Thomas Urbem dedere coactus fuit die 23. Septembris. Inde Eporediam abiit. Die 10. Octobris Viverono cum serenissimis infantibus ejus sororibus transiit Bugellam petens.

Jacoby 2.

Altera ex his Catharina, paullo post hoc est die 14. octobris, Bugellae animam sancte Deo reddidit, et sepulta est in Ecclesia Sanctae Mariae, quam de Oropa vocant. Die 14. Decembris D. Episcopus Goriatanquam aliquando Bugella Vercellas reversus est, ingenti omnium laetitia exceptus, cum abfuisset annos octo, menses quinque. Die 21. eiusdem Decembris hinc rediit etiam Serenissima Maria altera ex Regiis Infantibus, in Palatio Episcopali hospitio excepta, quae statim ad Ecclesiam S. Eusebii se contulit, ubi expositum erat Sanctissimum Sacramentum. Adventanti occurrerunt ad Portam Ecclesiae Episcopus et Canonici.

31. Anno 1641. Galli omnem moverunt lapidem, ut ab Hispanico foedere Sabaudiae Principes avellerent, et Ducissae reconciliarent; sed frustra. Marchio Leganesius Principe Thoma petente, atque quam male cunctationibus suis audiebat, ab Ducalis Mediolanensis administratione amotus est, eique suffectus Comes de Siruela. Princeps Thomas die 14. Martii Vercellas venit, magnifice a Cardinali Triultio exceptus. Postridie Galliatum discessit, ut cum novo Gubernatore qui eum ibi opperiebatur de bellicis operationibus ageret. Die 20. Cardinalis Triultius exercitum Vercellis eduxit, eique stationes in ditione Mediolanensi distribuit, sed accepto nuncio Gallos strato super Padum ponte militem in agrum Vercellensem infundere, denuo universis copiis, Vercellas deportavit. Die 12. Aprilis exercitus Gallicus traiecto Pado, ad obsidendam Eporediam perrexit. Die 20. Hispanae Copiae Vercellis eductae, eo contenderunt, suppetias obsessae urbi laturae. Postridie eadem de causa Comes de Siruela, et Cardinalis Triultius, Vercellas veniunt, et inde ad exercitum profecti sunt. Die 23. Galli per disiectos muros in Urbem irrumpere conati sunt. Sed fortiter repulsi sunt. Interea Princeps Thomas exercitum Clavasium duxit illudque tormentis bellicis quatere coepit. Galli ut oppido periclitanti succurrerent, Eporediam reliquerunt die 15. Maii. Princeps Thomas contentus Gallos ab obsidione Eporediae abstraxisse, ipse quoque Clavasii obsidionem deseruit. Principes Galli et Pedemontani ductu Comitis de Arcourt, et Marchionis Villae Cevam

Cevam, Montemregalem, aliaque oppida in Subalpinis, quin et ipsum Cuneum expugnarunt. Quibus tandem edoctus Princeps Thomas quam parum illi prodesset Hispanicum foedus, coepit attentius aures praebere novis pacis conditionibus, quae ipsi ab Gallis, et a Ducissa offerebantur. Quod cum praesensisset comes de Siruela Mediolani Gubernator, Verullas venit die 5. Novembris ut Principem, qui tum Burontii erat, conveniret. Die 7. Colobiani colloquium inter eos habitum est; ex quo quum comes nihil certo expiscari potuisset Verullas eadem die rediit, et die XI. multa animo versans Mediolanum repetiit.

36. Itaque tota hyeme et primo vere anni 1642 negotiatio pacis inter Gallos, et Christinam Ducissam ex una parte, et Principes Sabaudiae ex altera, ferventius agitatum est. Hispani ex adverso, ut vel tractatum abrumperent, vel eidem aliquam moram inicerent, Principi Thomae multa pollicebantur. Comes de Siruela Mediolani Gubernator die 5. Junii Verullas venit, ut ex ea cum Principe qui tum Bugellae erat colloqueretur. Sed Princeps colloquium recusavit. Tandem aliquando die 14. eiusdem mensis pax firmata est. Pacis conditiones fuerunt, ut administratio Infantis Ducis, et ditionis penes Ducissam esset: Princeps Cardinalis Mauritius Comitatum Niciae, Princeps Thomas Eporediensem, et Bugellensem Provinciam administraret, uterque autem sanctiori consilio de republica bene gerenda, quoadusque Infans Dux adolesceret, praeesset. Princeps Mauritius praeterea abiecta sacra Purpura, ex pacto neptem Aloisiam Mariam parvuli Ducis sororem, in uxorem duxit. Et ita intestinum bellum, quo pene universa Subalpina regio exhausta est, finem habuit. Deinceps tota belli moles duce Principe Thoma contra Hispanos versa est. Ob id Hispani omnia querimoniis et tumultibus replevere. Verullis, Mediolani Gubernator edictum promulgavit die 10. Julii, quo districte sub poena capitis, et confiscationis bonorum prohibebatur omnibus, alteri Principi militare ~~praeterquam~~ praeterquam Regi Catholico. Prima bellica expeditio Principis Thomae in Crescentinum fuit, quod intra quindecim dies expugnatum est.

Deinde etiam ea Pelea nuncupata, Aquensis, et Derthonensis Urbis eamdem subiere sortem. Equitatus Hispanus interea qui in Statione erat partim Vercellis, partim Caresianae, Arborii aliisque in locis, Duce Marchione de Caracena eductus est, ut Principi Thomae, qui minabundus Vercellis iam iam imminebat occurreret. Sed antequam abscederet, terras illas hostili furore diripuit, vastavitque, Caresianam praesertim. Paulo post tamen re infecta rediit unde discesserat, hinc denuo vastitas et populatio. Die 9. Septembris Princeps Thomas Equites Hispanos, qui Arborii stativa habebant ex improviso aggressus magna clade cecidit, et paullo post eos qui Buronzii erant, pari caede ~~profligavit~~ prostravit. Die 14. ad fontem Germanum usque processit, unde Vercellis omnia fuerant formidinis plena. Die 15. traiecto Sesite ad Casale Guidonum, in Provinciam Novariensem irrupit, unde magna reportata praeda copias die 21. Caresianam reduxit. Sed ex alia parte Galli Vercellense territorium ingressi die 23. Lignanum, Salam, Montonarium, Desanam, Pezianum, Praeterolium, Venarium, Larizzatum, aliaque loca, ad urbis portas usque sunt depopulati. Hoc anno et die 30. Junii inter tot bellorum tumultus, Moniales a visitatione B. M. V. nuncupatae adnitente Jacobo Episcopo Vercellensi in Monasterio S. Mariae Gratiarum, olim a monialibus Augustinianis inhabitatum, introductae sunt.

33. Initio anni 1643. Princeps Thomas immissis quadraginta equitibus, milites qui ad portam Urbis dictam di Strà excubabant, nonnullis interfectis aliis captivis abductis, oppressit. Hispani e contra Derthonam circumveniunt, et tandem expugnant. Princeps Thomas vicinum Astam vi cepit, deinde converso itinere, et facta in Provinciam Novariensem repentina irruptione, Rozascum, Castrumnovetum, Rodobbium, Vespolatum, Galliatum, Trecatum, Cerranum et fere universum Novariensem agrum devastat. Inde redux exercitum Tridinum duxit mense Augusto. Accurrunt augendi Tridinensis praesidii causa, ex urbe peditum equitumque turmae. Verum cum obsidio urgentur, et nulla amplius subsidii spes

opus deditio facta est die 24. Septembris. Ex tot tantisque ~~militibus~~ militaribus expeditionibus penoro abacta, segetes devastatae, campi absque cultu, rustici qua interfecti, qua pulsi; qua sponte alio abeuntes, Vercellensem feracissimum, cultissimumque agrum, in horridam ferinae solitudinem transmutarunt.

31. Annus 1606. celeberrimus semper erit, et memorandus apud Vercellenses ob unionem, toties frustra olim excogitatam duarum Cathedralium Ecclesiarum S. Eusebii, et S. Mariae Maioris. Eam ut tandem litibus, quae inter duo Capitula fere immortales exarserant, finis aliquis imponeretur, iam usque ab anno 1603. certis praescriptis legibus faciendam decreverat expresso iussu Summi Pontificis Clementis VIII. Sacra Congregatio Cardinalium praepositorum negotiis Episcoporum et Regularium. Ex epistola eiusdem Sacrae Congregationis hac de re missa Ioanni Stephano Ferrerio Episcopo Vercellensi quae inserta legitur Actui Capitulari 28. Novembris 1603. recepto per D. Notarium Novariensem Capituli S. Eusebii Cancellarium.

" Ill.mo et Molto Rev.do Signore come fratello
" La Santità di N. S. volendo che una volta s'imponga fine alle
" controversie tra li capitoli di S. Eusebio, et di S. Maria di Vercelli, ha
" approvato il parere della Sacra Congregatione, che si venga all'accordo
" notato nell'alligato foglio, et ha ordinato, si commetta a V. S. che
" lo tratti nel passar che farà alla sua chiesa nel viaggio per la Corte
" dell'Imperadore, e procuri di indurre gli uni, e gli altri Canonici
" a contentarsi, facendo loro intendere che non l'accettando amo-
" revolmente sua Santità sarà per comandare che sia in ogni modo
" eseguito. Apparterrà adunque alla prudenza sua solita, il disporre
" questi Canonici, a procurare di lasciarli d'accordo, prima che se ne
" vada, acciò tutti insieme attendino nell'officio loro a servire
" quietamente alle loro Chiese; et in evento, che V. S. non havesse co-
" modità di passar alla sua Chiesa, o non potesse trattar per se stesso,
" potrà darne la commissione al suo Vicario, con l'istesso ordine
" della presente. E Dio la consoli. Di Roma li 16. di ottobre 1603.
" Di V. S. Come fratello " Il Cardinale di Firenze "

Jacobus P.

~~Forma~~ autem huiusmodi unionis haec est.

"Ricevuto, che la Sacra Congregatione de' Vescovi e Regolari
"ordina sia trattato tra li capitoli, di S. Eusebio, e di S. Maria
"di Vercelli."

"1.° Che gli otto Canonici che sono in S. Maria si uniscano al Capitolo
"di S. Eusebio, ma servano a S. Maria in modo che sia un'istesso capi=
"tolo che serva a due Cattedrali, conforme appunto alle Bolle Pontificie, et
"osservino i medesimi statuti."

"2.° Che quando muore un Canonico di S. Eusebio sia lecito
"al più antico di S. Maria optare al Canonicato di S. Eusebio, et il nuo=
"vo Canonico vada in S. Maria."

"3.° Che nel fare i Capitoli, che concernono il Generale, tutti con=
"vengano a S. Eusebio come nelle collationi de' Beneficii, nel dare i
"possessi dei Canonicati, nelle approbationi delle settimane probatorie,
"e simili, ma sia lecito per maggior commodità, agli otto di S. Maria
"fare il loro Capitolo particolare nel concernente il spirituale di quella
"Chiesa, e l'entrata d'essa."

"4.° Che il Capitolo di S. Maria vada ad officiare cogli altri a S.
"Eusebio (oltre le giornate nelle quali di presente convengono) tutti li
"giorni, nelli quali si farà il Capitolo Generale."

"5.° All'incontro quelli di S. Eusebio, oltre le giornate, nelle quali
"sogliono di presente andare a S. Maria vadano tutte le feste della Madon=
"na, e il dì della Consecratione di quella Chiesa. In somma sia un
"solo Capitolo, sotto una sola croce, un Archivio solo, nè vi sia al=
"tra differenza se non, che gli ultimi sette, che saranno pro tempore
"con l'ultima dignità sempre servano a S. Maria...

"In questa maniera quelli di S. Maria hanno quello, che de=
"siderano, che è d'essere chiamati di Cathedrale, e quelli di S. Eusebio
"si levano tante pretensioni d'attorno, anzi gli uni e gli altri avan=
"zano quello, che con infinito scandalo, spendono nelle liti; e questo
"modo richiede molto minor strage nell'esecuzione, essendo più confor=
me alle Bolle dei Pontefici, e allo stato presente, che non erano

Sacchy 2.

"non erano gli altri partiti, e senza dubbio il più sicuro!"
"Però non mancherà Monsignor Verovo di farlo in ogni modo accetta-
"re, quando la mente di N. S. che sia poi anche eseguito in
"ogni altro miglior modo."
Verum tot tantaque fuerunt quae Canonici S. Eusebii opposuerunt, quibus ad evidentiam usque ostendebatur propositionis inexequibilitas, quemadmodum videre est in citato actu Capitulari 26. Novembris 1603, ut ea demum in irritum recideret. Anno 1636. Victorius Amedeus primus Dux Sabaudiae, qui tunc Regiam sedem Vercellis habebat, negotium unionis iterum urgere coepit et in pleno Capitulo proponi jussit, demandans suae mentis esse, ut definitive concluderetur et executioni mandaretur. Interea dum plures hac de re quaestiones ab utroque Capitulo proponuntur, et agitantur ipse Serenissimus Dux e vivis excessit. Et sic paulisper negotium intermissum est, sed vivide resumptum fuit post reditum Sacroti Episcopi Vercellensis. Eo itaque auctore Canonici de certis legibus, quibus unio peragitur, convenerunt, quorum ex praecipuae fuit ut Canonici S. Mariae Maioris intime Canonicis S. Eusebii uniti deinceps cum iis in Ecclesia S. Eusebii residentiam facerent, et sacra officia celebrarent; et tandem die 3. augusti anni huius 1666. plaudentibus bonis et summa omnium laetitia, unionem publico instrumento recepto per D.D. Notarios Billinum et Olcisium sanciverunt, quae paulo post hoc est die 7. Decembris ab Innocentio X. Bulla data Romae apud S. Petrum, corroborata et confirmata fuit. Qualis tunc esset utriusque Ecclesiae conditio, clare innuitur ex proemio ejusdem Bullae ibi: Exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Canonicorum S. Eusebii et S. Mariae Maioris nuncupatae Cathedralium Ecclesiarum Vercellensium petitio continebat, quod ortis pridem, et longa annorum serie agitatis litibus, et causis et differentiis inter S. Eusebii ex una et et S. Mariae Canonicos huiusmodi ex altera partibus, super unitate Capituli utriusque Ecclesiae, et ordine sedendi tam in Choro quam alibi, necnon incedendi in processionibus, aliisque omnibus actibus, rebusque aliis

Jacobus ?

in actibus causarum huiusmodi latius deductis, ac diversis sententiis, Rotalibusque Decisionibus desuper emanatis, per quos inter alia declaratum fuit Canonicos utriusque Ecclesiae constituere unum Corpus, et unicum Capitulum, Ecclesiam Cathedralem Vercellensem constituens, ac ambas Cathedrales Ecclesias ita unum corpus existere, ac utriusque Ecclesiae Canonicos ab Episcopo Vercellensi pro tempore existente ad communes tractatus esse convocandos, ac Canonicis dictae Ecclesiae (Mariae) competere omnes actus, et iurisdictionibus Canonicis S. Eusebii quomodolibet competentes, nulla prorsus inter canonicos utriusque Ecclesiae habita, seu constituta differentia, ac distinctione, ac omnes Canonicos utriusque Ecclesiae debere insimul convenire servato ordine, et gradu receptionis eorum in Canonicos, secundum dispositionem, seu constitutionem cap. Statuimus, ut scilicet Presbyteri Diaconos, et Diaconi Subdiaconos, nulla habita distinctione quod aliqui resideant in Ecclesia S. Eusebii, et alii in Ecclesia S. Mariae Maioris, quodque prius Diaconi, vel subdiaconi in Canonicos recepti, praecedere debeant. Verendum Partes ipsae considerantes lites, et differentias huiusmodi, pro quibus componendis, et sedandis diversi Romani Pontifices Praedecessores nostri, et Sedis Apostolicae Legati seu nuncii, ac nuper cl. mem. Victorius Amedeus dum vixit, Sabaudiae et Pedemontii Princeps, sese pluries interposuerunt, stante eorumdem Canonicorum in duabus ecclesiis praedictis residentium divisione, in posterum nullo modo terminari, minusque scandalis quae hactenus occasione praecedentiae, et aliorum praemissorum, inter eos orta sunt, et in futurum verosimiliter orientur, obviam iri posse, nisi omnes ambarum Ecclesiarum praedictarum Canonicii et Dignitates obtinentes, numerum insimul triginta sex, Canonicii videlicet triginta duorum, et dignitates quatuor constituentes, quorum quidem canonicorum viginti quatuor, et Dignitates obtinentes tres nempe Archidiaconus, Archipresbyter, et Praepositus, in S. Eusebii, et reliqui octo Canonicii et unius dignitatem obtinens nempe Maior, in S. Mariae Ecclesiis

praedictis, residere noscuntur, sicut omnes compatres sunt, et unum corpus, ac unum Capitulum, et praefertur constituunt, ita etiam ad unam, et eandem Ecclesiam transferantur, in easque omnes resideant, ac Divinas laudes, officiaque divina decantent, debitaque et consueta eorum munera, et onera obeant, et supportent, his et aliis rationabilibus causis adducti, volentesque ulteriora litium anfractus, et involucra evitare etc. nos itaque etc.

35. Bulla delata est ad plenum Capitulum per Dominum Canonicum Placentinum Sindicum S. Eusebii, et per D. Canonicum Ratacinum Sindicum S. Mariae Maioris nomine die 20. Septembris anni sequentis 1645. die vero 15. Aprilis 1646. tandem ut Deo placuit Canonici S. Mariae Maioris, ad eiusdem Bullae praescriptum, ad S. Eusebium commigrarunt, ibique pro prima vice Vesperis interfuerunt una cum Canonicis S. Eusebii. Pos Vesperas habita sunt comitia Capitularia, in quibus utriusque Ecclesiae Canonici publico instrumento recepto per D. Cancellarium Bellinum, iurati polliciti sunt se adimpleturos vicissim omnia in tractatione et in Bulla contenta. Nihilominus deinceps usque ad annum 1661. nulla inter eos concordia fuit, se vicissim accusantes, quod conventis non starent, et eo usque dissentio crevit, ut parum abfuerit, quin unio dissolveretur, et Canonici S. Mariae Maioris, ad pristinae residentiae locum remigrarent. Ex actu capitulari 26. Septembris 1653. recepto per Dominum Cancellarium Capitularem Alciatum discimus quod Canonici S. Mariae Maioris sic instantibus Decurionibus et Civibus, erant tunc more reversuri ad suam Ecclesiam. Ibidem leguntur etiam haec de re, eorum postulationes, et responsiones Canonicorum S. Eusebio ut sequitur:

" Li Sig.ri Canonici altre volte residenti in S. Maria Maggio-
" re della presente Città pregati dalla medema Città a ritornare
" a risiedere in detta chiesa pretenderia come segue. P.o la riserva
" delle ragioni, e precedenza alla forma delle decisioni, e sentenze
" Notati, con la restitutione ~~[illegible]~~ in integrum di tutte le ragioni privilegi e

Jacobus A.

" prerogative. 2° la restitutione di tutte la supellettile portata a S. Eusebio.
" 3° La restitutione et imborso delle spese nella nuova sagrestia. 4° La
" restitutione delli denari delli possessi pagati dalli Ill.mi Gualco, Rossi, Go-
" ria, Bologna, et Avogairo, et le mezze annate delli SS.ri Gualco,
" Rossi, e Vercelloni, et li Legati delli Ill.mi Vercelloni, Mattacio, e Rossi.
" 5° si riservano la ragione di conseguire la loro quarta parte
" delle decime di Caresana, e Prarolo per le distribuzioni d'ogni g.
" per quali pretendono obligatione in scritto dalli Ill.mi Canonici di
" S. Eusebio. 6° Che a ciaduno delli sudetti Ill.mi Canonici già
" di S. Maria restituite loro portioni, e prebende, non ostanti la
" optioni fatte et admesse."

De hac remigratione Canonicorum S. Mariae, non nimis invitis erant Canonicis S. Eusebii, et ideo postulatis responderant, videlicet:

" Ad primum domini Canonici S. Eusebii non consentiunt,
" nisi prout ipsi, et eorum praedecessores expresse consenserint. Ad
" 2.um fiet restitutio earumdem supellectilium. Ad 3.um Restitutio
" pretium deductis deducendis, et non aliter. Ad 4.um servabi-
" tur eadem forma in remittendo, quae fuit servata in conse-
" cutione respective, et compensatis compensandis. Ad 5.um Non
" dissentiunt suis loco, et tempore, et deductis expensis. Ad 6.um
" prout petitur."

Responsiones non satisfecerunt Canonicis S. Mariae. Hinc leges discordiarum, quae feliri omnino Canonicos S. Mariae in Ecclesia S. Eusebii retinuit. Cum de postulatis non convenirent, abiecta inde est dissolutionis unionis initae spes, et reditum est ad pristinas disceptationes, quis de inobservantia tractationis utrumque contendebatur. Plures leguntur in actibus Capitularibus ordinationes, quibus decernitur supplicandum esse Summo Pontifici, ut aliquem hic delegaret debita auctoritate munitum, qui controversias componeret. Tandem anno 1661. Hyeronimus de Rovere Episcopus Vercellensis, ad quem utriusque Ecclesiae Canonici pro concordia confugerant, ea de auctoritate, qua

(b) Amanuensis errore praetermissum est numerum 36. quod sequitur:

36. Eodem anno 1644. ager Vercellensis de more et ob hostibus, et ob amicis male habitus est. Die tertia aprilis Hispani Vercellis magno numero equiti, Carrisianam, Villanovam, et Moranum aliaque loca populati sunt. Vicissim Galli qui Tridini praesidio erant, usque ad suburbana populabundi accurrerunt, die 5. eiusdem aprilis, inde pecoribus et armentis abductis. Die 9. et 10. Itali equites Centones hispanis [illegible], omnia civium bona trans Sessitem diripuerunt. Die 21. Hispani ipsi suburbana hostiliter vastavere. Die 27. Galli et Pedemontani prope urbem et ob oculos militum praesidiariorum duce Mauritio nostro a Sabaudia, in Novariensem Provinciam irrupturi transierunt. Unde levibus praeliis pugnatum est. Die 2. augusti omnis equitatus hispanus Vercellis eductus est, ut Gallos et Pedemontanos, qui Sessitem intraverant, circumveniret, sed male acceptus Vercellas repetiit, non paucis omissis. Die 13. augusti Princeps Thomas ob oppugnatione Aronae redux, prope Gattinariam Sessitem transiit, Buronii prandit, et recto itinere ad Castrum S. Agathae exercitum duxit. Eodem die et hora tertia noctis Joannis Vasquez missus a Marchione Vellida Gubernatore Mediolani, qui Principis ~~mili~~ consilium praenoverat, Vercellas

venit, et die 19. cum equitatu et Peditum copiis ad S.
Agatham, obsessis quemvolantes accurrit, sed cum ho-
stis exercitum valido aggere circumvallatum offendisset,
brevibus factis praeliis, cognovisset se nihil posse profice-
re infecta, exercitum, in castellis reduxit. Die 21 Septem-
cum ipso universo equitatu, versus Suburbanam dirigit.
"Alli 2. Settembre, ait Canonicus Franciscus Hieron.
Cagnolus in suo Diario Manuscripto, D. Giovanni [illegible]
[illegible] mastro di campo Generale, fa andar tutta la caval-
leria, che saranno compagnie 60. fanti 2500. in
verso la Ventura, [illegible], orti e prati, dove [illegible]
ogni cosa, tagliano anche le meliche rosse, et [illegible]
per far baracche, pigliano tutti li passaggi et [illegible]
distruggono bestiami grossi e minuti. Die 6. Castrum
Agathae cum subsidii nulla spes esset facta deditione
Principis potestatem venit. Die 1. octobris, exercitus
[illegible] bellicis tormentis instructus, Verrucu-
lus, omnia Burgellum versus, Vergastum usque [illegible]
populatione vastavit.

37. Anno 1649. Ac.

in tractandis negotiis praecipue excellebat brevi omnes sustulit quaestiones, et pacem perpetuam Ecclesiae dedit. (3º)

34. Anno 1665. Episcopus Horia insigne pietatis documentum edidit. Habemus Instrumentum diei 26. Ianuarii huius anni receptum per D. Cancellarium Bellinum, in quo collegium duodecim Oblatorum sub titulo S. Eusebii Vercellensis, sub administratione quatuor dependenorum, in Ecclesia S. Helenae Loci Villaefrancae Dioecesis Astensis instituit; quod Collegium ad nostra usque tempora durat et floret, cura gratissimam et sollicitudine Caroli Emanuelis Regis invictissimi, qui nuper illud ad primaevae institutionis regulas restitui iussit.# Non vacat hic instrumentum transcribere. Placeat tamen unum vel aliud fragmentum afferre, ut inde discat lector quae et quanta fuerit praeclarissimi Praesulis sapientia. Ibi igitur quae cuctis moderatoribus pii operis mandat, et praecipit:

" Che siano tenuti di provvedere, e mantenere perpetuamente „ l'abitatione conveniente, per lo meno a dodici Sacerdoti, et alla „ loro servitù competente, in Chiesa, et in casa e di darli da vi„ vere, e da vestire decentemente, e ragionevolmente, conforme al„ lo stato, e qualità loro; li quali Sacerdoti si chiameranno Oblati „ di S. Eusebio Martire Vescovo di Vercelli sotto la protezione „ della B. Vergine d' Oropa e viveranno sotto l' obbedienza di „ un Preposito d' Oblati, e dell' ordinario d' Asti, e si nomineranno „ da loro quattro Regolatori, e si confermeranno da lui donante „ mentre viverà, e dopo lui dal detto Ordinario; e così fatti Oblati „ saranno Obligati primo di procurare d'attendere e vivere come „ lucerna sopra candeliere, città sopra monte, e sale della terra, „ e di qualificarsi ed ornarsi di quelle virtù, e costumi, zelo e dot„ trina, che desidera e prescrive S. Carlo glorioso negli oblati di S. „ Ambrogio. 2.º di celebrare li Divini offici nella chiesa di S. Elena

---

Dopo la morte del Chiarissimo Scrittore per opera dello stesso Re Carlo Emanuele il Collegio degli Oblati di Villafranca fu unito al Seminario d' Asti.

Jacobus P.

„Elena a modo, che si celebrano nelle Collegiate. 3.° di dire ogni giorno, ed
„obligo, ed applicare il Sacrifizio secondo l'intentione di lui ridonante, tre messe
„nella stessa chiesa cioè la conventuale, l'altra nell'aurora, e la terza nell'
„ora del Mezzogiorno, celebrando di più l'anniversario della sua consacra:
„tione, il giorno di S. Agostino mentre viverà, e seguita la morte, l'an:
„niversario del suo transito in perpetuo con l'applicatione di tutti li sacri:
„ficii di quel giorno. 4.° d'eleggere uno di loro che leggerà ~~...~~
~~...~~ casi ~~...~~, ~~...~~ di ~~...~~ coscienza agli altri, et alli Curati, e Chie:
„rici de' luoghi circonvicini, che vorranno sentirlo. 5. di deputare un al:
„tro, o due di loro, qual insegni gratis a leggere e scrivere a tutti i
„figliuoli, che habiteranno nella parrochia del luogo, che vorranno
„imparare, et anco insegni la gramatica con i veri, buoni e sodi
„fondamenti a quelli che vorranno attendere alle lettere, acciò ben fon:
„dati possano poi andare alle scuole maggiori, e far progresso. 6.°
„di esporre tre o quattro di loro all'esame delle confessioni, li quali approva:
„ti dall'ordinario, ministrino li SS. Sagramenti della Penitenza, et Eucari:
„stia nella propria chiesa. 7.° di predicare di tanto in tanto, et di an:
„dare per Missionarii, e Visitatori, e Rettori, Parrochiali vacanti nella
„Diocesi di Vercelli, così e Torino se ne saranno richiesti dagli Or:
„dinarii, mentre però non resti impedita l'uffiziatura della Chie:
„sa ne tampoco diminuita l'obligatione delle tre messe sopradette.
„8.° d'attendere alle feste ad insegnare, e dichiarare la dottrina Cri:
„stiana uno alli figliuoli, e l'altro alle figliuole. 9.° di fare ed eseguire
„ogni cosa concernente la maggior gloria di Dio, e la salute delle
„anime, e beneficio del luogo, che li sarà proposto dalli Negotiatori
„e verrà approvato dall'Ordinario. 10.° se alcuno dei seminaristi, che
„sono, e saranno a nome suo nel seminario di Torino, ben quali:
„ficato vorrà succedere in qualche luogo vacante degli oblati, debba
„essere anteposto ad ogni altro, et anco non avendo patrimonio
„sufficiente per gli ordini sacri possa esser promosso al titolo della
„servitù di S. Elena mediante però idonea sigurtà di chi gli pro:
„metta gl'alimenti in caso che diventasse affatto inutile, o vitioso, ed
„indegno della servitù."

Iacobus R.

Praecipit insuper Moderatoribus praedictis:
" Che siano tenuti di provvedere l'abitazione et un oratorio, et
" di dare il vivere e vestire competente a sei Orsoline da eleggersi, e
" nominarsi da lui offerente vivendo, e dopo se da chi avrà dalui
" il ius di eleggerle, e nominarle, le quali debbano insegnare buoni
" costumi, e creanze, a leggere, e cucire, et ogni altra virtù et arte
" conveniente al sesso femminile, a tutte le figliuole habitanti nella
" Parochia, che vorranno imparare, dalle quali congregate con
" esse loro nei giorni di festa, si farà dire la terza parte del
" Rosario a conto suo vivo, o morto, et il giorno della sua con=
" secratione, o il giorno anniversario della sua morte si dirà tutto
" il Rosario intero; e di tener cura della supellettile ecclesiastica
" della chiesa di S. Elena con custodirla, mondarla, eraggiustar=
" la diligentemente; et i medesimi Regolatori siano anco tenuti
" di dare il vivere a tre figliuole delle prossimiore e più attinen=
" ti a lui Ridonante, le quali abbino a coabitare, per vita e star
" sotto la disciplina, et obbedienza delle suddette sei, e volendosi poi
" maritare, et uscire se ne dovranno sorrogare altre tre simili; evo=
" lendo continuare, e pigliare lo stato et abito delle orsoline suc=
" cederanno a suo tempo nei luoghi delle sei di Villafranca o
" delle tre di Villanova, quando mancheranno, e come si dirà nel
" prossimo seguente capo.
" Che siano tenuti li suddetti Regolatori di provvedere d'
" abitationi di vivere, e da vestire ad altre tre Orsoline, daeleg=
" gersi come sopra che facciano un corpo con quelle di Villafranca,
" e risiedino in Villanova Asteggiana, con obligo d'insegnare
" alle figliuole del luogo, quello e quanto debbono fare le sei di Villa=
" franca, con dire parimente e far dire la terza parte del Rosario,
" o tutto dalle figliuole di Villanova nei giorni sopranotati nel
" modo prescritto, le quali tutte sei, e tre saranno sotto l'obbedi=
" enza delle loro Madri superiore e dell'Ordinario d'Asti, e sotto
" la direzione e governo spirituale del Preposito e degli Oblati di
" Villafranca."

Jacobus B.

Haec est tota oeconomia tam praeclari operis, pro quo prissimus Praesul donatione inter vivos irrevocabili, in eodem met instrumento, omnia bona sua obtulit et concessit, exceptis dumtaxat existentibus in Dioecesi Vercellensi, quae aliis piis operibus destinata erant: Ecce quod legitur in praedicto instrumento:

" Monsignor Ill.mo Giacomo Goria Vescovo di Vercelli volendo
" offerire, e ridonare al suo Signore le cose da quello a lui donate, o
" per dir meglio imprestate, ed appresso di lui depositate, et deside=
" rando parimenti in tempo e commodo, et opportuno con ogni
" miglior modo a lui possibile, provvedere al bisogno dell'anima sua,
" et à maggior gloria di Dio, et utilità del prossimo, personalmen=
" te constituito alla presenza di me Notaro, e delli testimonii infra=
" scritti nel Palazzo Episcopale, et nella sala della solita udienza
" di Sua Signoria Ill.ma ha offerto, ridonato, e ceduto, e rimesso, offe=
" risce, ridona, cede, e rimette per atto irrevocabile tra vivi, alla
" Chiesa di S. Elena del luogo di Villafranca Diocesi d'Asti, sua
" Patria, come cosa d'Iddio rappresentante lo stesso Dio, spogliando
" se stesso, ed investendone quello, oltre le assignationi già fatteli, me
" Notaro stipulante, ed accettante a nome della detta Chiesa, tutto quel=
" lo che lui ridonante ha, et in vita sua haverà in Torino, Villa=
" nova, Castelnuovo d'Asteggiano, Castella, e Villafranca suddetta,
" e nel banco di S. Ambrogio di Milano, et anco tutti i redditi, che
" tiene et tutte le azioni, ragioni, e pretensioni che gli ha contro
" chiunque, e di qualsivoglia sorte, et in qualsivoglia luogo, fuori però
" della Città e Diocesi di Vercelli."

Eadem die donavit pariter Capitulo S. Eusebii proventum Ducatonum 105. empturum à Civitate Vercellarum, iniuncto onere eidem Capitulo Anniversarii perpetui, Missae quotidianae etc. et latius prout ex instrumento recepto per DD. Notarios Bellinum et Bazanum die 9. Septembris 1735. praedicti ducatoni 105. redacti sunt ad libras 406. annuas ex transactione eiusdem dici, inita Baarini inter Capitulum et Civitatem recepta per D. Notarium Badianum.

J. G. Magna hic anno 1645. exportatum est à populationibus. Die 1.a Julii Hispani equites numero bismille, facta ex ditione Mediolanensi irruptione

irruptione Bolgolium, Moranum, Villamnovam, et Rives populati sunt. Die 12. Augusti Galli Pedemontanis uniti, eo pariter se contulerunt; contra eos milites praesidiarii valida manu Vercellis egressi multa praelia conseruerunt praesertim diebus 12. 13. et 14. sed tandem repulsi, populabundi Vercellas redierunt. Die 26. nullo prohibente Olivam, Burgum Albiis, Gilianum, Montemcapellinum, aliaque circumiacentia loca devastarunt. Parem calamitatem ab eisdem acceperunt Caprinae, S. Jacobi, Burontinum et. Die 10. Octobris. Die 15. Septembris Viglevanum a Principe Thoma vi expugnatum est, sed paullo post hoc est die 16. Januarii sequentis anni ab Hispanis recuperatum. Unde hinc Hispanis inde Gallis excurrentibus Novariensis et Vercellensis agri ingentia pertulerunt damna.

39. Jam usque ab occupatione Vercellarum, Civitatis Decuriones, penes quos erat Regiarum vectigalium cura, ut Hispanorum jussibus obsequerentur, nonnulla edicta, et banimenta promulgaverant, quis Ecclesiastici jubebantur indistincte cum Laicis tributa, et qualigationes, et census solvere sub poena sequestrationis fructuum, et aliis immunitati et libertati Ecclesiasticae omnino repugnantibus. Qua de re pluries conquesti sunt Ecclesiastici, et nonnulli etiam constanter solutionem recusabant. Sed tunc aberat Episcopus, et omnia in Curia Episcopali administrabantur ab Vicario quem Apostolicum dicebant. Itaque qui edictis parere renuebant, irremissibili poena ab edictis comminata mulctabantur. Reverso autem ad Urbem Episcopo mitius cum Ecclesiasticis agi coepit. Verum anno 1648. Ecclesiastici, et quidem variis novis additis exactionibus exagitati sunt. Nam ipsi quintam partem omnium fructuum tradere, et eorum coloni seu Massarii, pro exercitio et cultura bonorum Ecclesiasticorum, quoddam vectigal quod troffigium vocabant, impositum singulis boum jugis solvere compulsi sunt. Praeterea die 12. Septembris Castellae Comestabilis, Mediolani Gubernator, cum huc se venisset, coepit

Jacobus 2.

officiales et ministros, qui magno numero in eius comitatu erant, hospitari cum omnibus eorum equis, et famulis in domibus Ecclesiasticorum. Ob haec et alia quibus Ecclesiastici, nimis aspere premebantur, Episcopus cum saepius Civitatis agentes frustra admonuisset, ut ab iis desisterent, tandem eos publice et fidelium communione removit. Quae res adeo abscedentium animos efferavit, ut quidam Regiis vectigalibus praepositus stans coram Episcopo minari non horruerit, quod eum e fenestra Palatii Episcopalis praecipitem ageret, si ulterius pergeret, se exactionibus opponere. Id refert Canonicus M. Aurelius Cusanus scriptor synchronus in vita Episcopi Gorine n.° 9.

40. In Bulla unionis duarum Cathedralium supra citata, circumfertur contractus Venditionis fabricae Ecclesiae S. Mariae Maioris pro diem faciendae Monachis Cisterciensibus Reformatis S. Victoris. Ea revera solemni stipulatione firmata est die 6. Augusti et successiva Apostolica auctoritate comprobata fuit, Bulla data Romae apud S. Petrum 9. Decembris eiusdem anni 1644. Cum hoc anno 1646. Canonici S. Mariae, executionem contractus urgerent, eidem se opposuerunt primo Parochiani S. Mariae, deinde Civitas ipsa, demum etiam Patres Societatis Jesu contendentes id nimis incommodum futurum, tam Monachis S. Victoris, quam ipsis tantam contiguitatem duarum familiarum regularium. Postremo, quod caput est, iis se adiunxit Gubernator Mediolani, qui Monachis S. Victoris denuntiari iussit, se eos e Civitate pulsurum, si possessionem Ecclesiae S. Mariae ingredi auderent. Et ita venditio effectu caruit.

41. Hoc anno 1646. Ager Vercellensis crebris excursionibus militaribus iterum attritus est. Die prima Julii Galli Tridinenses eruptione facta, omnia Larizzatum usque vastarunt. Die 4. Septembris Hispani equites ad duo millia, Crovam, aeram abbatiae Lucedii, aliaque conterminia loca, abductis inde pecoribus 1700 male habuerunt. Die 16. Septembris Castellae Contestabilis Gubernator Mediolani, equitatum Auxiliarum mittit, ipse cum omni peditatu

cum omni peditatu Caresianorum pergit, ut Gallis qui Padum prope villamnovam traiicere minabantur, se opponeret. Ibi pariterque ad diem 2. Octobris, magno cum detrimento illorum terrarum, aliarumque circumiacentium. Die 9. Octobris Galli duce Marchione Villa Olium cum Robore exercitus, se transferunt, et inde omnia excursionibus infesta habent usque ad portas Civitatis.

1642. Hispani, quibus probe nota erat Civium Vercellensium erga Sabaudos Principes fides, et intima adhaesio, iam usque ob occupationem urbis, in suspicionem venerant, eos male animatos esse adversus gubernium Hispanicum; unde plures lovissimis de causis in carcerem sunt coniecti, alii urbe pulsi. Anno tamen 1647. cum fama esset Principem Thomam brevi urbem omnibus viribus obsessurum esse, suspicio fere in immensum crevit. Hinc plura emanarunt edicta, queis civibus, facta prius in singulis domibus, diligentissima perquisitione, omnia arma interdicebantur eis vetabatur ne post solis occasum domo egredi auderent, et simul iubebantur tota nocte ad foenestras faces accensas habere. Quod si deprehendissent tres vel quatuor etiam pleno die convenire, et inter se secreto colloqui, tamquam suspecti de proditione, et quod aliquid molirentur contra publicam tranquillitatem, vel custodiae tradebantur, vel ad tribunalia accusandi sistebantur. Delatoribus Civitas plena erat, aliis practio ducti, aliis ut gratiam apud Magistratus inirent. Accedebat quod tunc praeerat Civitati D. Vincentius Monsurius, sub quo furta, homicidia, grassationes, et alia crimina impune patrabantur. Sed, ut Deo placuit, ab administratione amotus est die 26. Martii huiusmet anni 1647. sed placeat audire quid scripsit in suis Diariis Canonicus Dionisius Hyeronimus Cagnolus. "Don Vincenzo Monsurio, inquit, Governatore pa anni
" 5, mesi tre, e giorni 21. di Vercelli, ha lasciato memoria di
" lui in questa Città di poco buon governo, permettendo alli sol-
" dati ogni violenza alli Cittadini, e forastieri per le strade anche

Jacoby R.

" sulle porte della Città, facendo ammassare li conduttieri delle
" vettovaglie, et ogni sorte di frutti in Città senza mai castigarne
" alcuno benchè colto sul fatto, permettendo mille estorsioni con iscu:
" sa che li soldati non erano pagati. Intanto si è fatto ricco
" di meschino, che era quando venne al governo del 1640. che non
" haveva vestito con che mutarsi, et un solo ronzino magro"
Die 12. Aprilis habuit successorem D. Iuanum [illegible] Equitem
S. Ioannis, qui statim lato edicto perquiri iussit, quae quantaque
frumenta in singulis civium domibus haberentur.

1643. Dum Civitas interius adeo dire vexatur, externa et ipsa cala:
mitatibus non vacarunt. Die 28. Iunii exercitus Gallicus duce Mar:
chione Villa traiecto Pado, stativa posuit Balzolae, Moroni, et
Villaenovae. Die 24. Iulii Cohors equitum Pedemontanorum Duce
Augustino Olgiato Vercellensi irruptione facta trans Sesitem ma:
gnam praedam egit. Ad cuius rei nuntium Gubernator Vercel:
lorum, duas equitum centurias misit, qui Pedemontanis in fu:
gam versis et eorum quindecim captivis abductis, omnem praedam
recuperunt. Die 6. Augusti exercitus Gallicus, relictis stativis
Balzolae, et Moroni Caresianam et Stropianam accepit. Die 16.
Equites urbe, magno numero egressi cum silentio, exercitum Gal:
licum speculaturi, a Gallis apud Stropianam male accepti, ad
Urbem praecipitanter se recipere compulsi sunt. Die 18. Marchio Vil:
lae inde castra movit, et praetervectus Urbem ductoque montes
versus exercitu militem distribuit Gattinariae, Novarii, et aliis
in locis conterminis. Exercitus Hispanus vicissim, ex alia parte
Sesitis Romanianum usque progressus est. Die 3. Septembris exer:
citus Gallicus traiecto Pado prope Verrucam, in Montemferratum
discessit; et exercitus Hispanicus Vercellas repetiit. Die nona "Il
" Signor Governatore D. Giovanni Gildebia, ed Canonicus Cagnolus,
" da il sacco alla campagna di Vercelli, distribuendo li frutti alli
" soldati del Presidio, così escono le cinquantine per volta, a rubare
" uve, noci, fagiuoli, meliga, ed il resto, [illegible] aver ricorso"

abs re non erit ut lector plenius percipiat quae tunc esset huius Urbis conditio, iam dictis addere quod narrat idem bonomius Cagnolus ad diem 8. Octobris: "Un Capitano Spagnuolo era alloggiato in casa del
" Sig.r Giovanni Francesco Viscardo, havendogli rotto il muro, per qual rottura
" andava in cantina, dalla quale ha fatto esportare buona quantità di
" vino del migliore, e dolendosi esso Signor Viscardo del furto, un ser-
" vitore del Capitano li sparò contro una pistola, quale per gratia
" di Dio non pigliò fuoco; e per compimento di giustizia, fu co-
" mandato l'arresto ad esso Signor Viscardo"

1648. Funestum fuit Ecclesiae Vercellensi ~~[illegible]~~ initium anni 1648. Episcopus Jacobus die 25. elapsi Decembris Missam et vesperas in Basilica Eusebiana, Pontificaliter celebravit. Die 26. febri correptus est; quae in dies ingravescens, eum tandem die 3. Januarii hora 14. e vivis eripuit. Obiit piissime, ut vixerat, laudatissimus Praesul, pauperibus patrem, et omnibus bonis Pastorem vigilantissimum deflentibus. Omnium bonorum suorum Deum, et Pauperes haeredes instituit. Quae habebat in urbe et Diocesi Vercellensi Seminario donavit, ut ex iis publici lectores Philosophiae et Theologiae, qui in eodem Seminario gratis docerent, conducerentur. Haec tamen donatio ob exactorum seu indigentiam, seu malitiam effectu suo frustrata est, ut infra dicitur. De aliis bonis iam disposuerat usque ab anno 1645. ut vidimus hic n.° 31. ejus Cadaver die 5. in Ecclesia S. Eusebii depositum est. Funus duxit D. Antonius Tornielli Episcopus Novariensis, eique interfuit D. Joannes Gildebia Urbis Gubernator, et maxima pars nobilium tum urbis, tum ordinis Militaris, cum universo Clero, et magno concursu religiosorum ac Populo. Die 19. Corpus Villamfrancam translatum est, ibique sicut ipse mandaverat, tumulatum fuit in Ecclesia S. Elenae, cum Epitaphio.

Hic iacet Jacobus Episcopus Vercellensis
in hoc pago natus
Qui in laboribus a Juventute sua

Jacobus ?

tandem orationibus piorum se commendans
obiit in Domino
die III. Januarii MDCXLVIII.
anno aetatis suae LXXVII.
Episcopatus vero XXXVII.

Sed praestat audire Canonicum praeclarum Hieronymum Cagnolum qui rei ut gesta fuit praesens adfuit: "a 3. Gennaio 1648. (segue) è morto Monsignor Vescovo. Ha donato al Seminario per atto fatto li " 20. novembre prossimo passato tutti i suoi effetti esistenti in Città " e Diocesi di Vercelli, con carico di molte opere pie, et esecutori di " tal sua volontà ha dichiarato che siino due Canonici deputati dal " Capitolo, due Curati eletti dalli Curati della Città, et un gentiluomo " del Consiglio deputando dall' ordinario Ecclesiastico.

" Il Capitolo ha deputato li Sig.ri Canonici Cagnolo, et Berzetti, li " Curati hanno deputato li curati di S. Lorenzo et di S. Tommaso, il De- " putato del Consiglio è stato il Sig.r Tesco Raspa li quali si sono op- " posti al Sig.r Canonico Cusano, subcollettor dei spogli, et si so- " no sigillate le stanze, e descritti i mobili per atto rogato al Signor " Paolo Alciato; le chiavi sono appresso il Signor Canonico Rattazzi " Rettore del Seminario, qual è stato costituito erede o sia donatario.

"Alli 5. Gennaio s'è fatta la sepoltura di Monsignor Vescovo Gia- " como Goria, o sia deposito, per essersi lasciato a Villafranca sua Pa- " tria in una sua Chiesa fabbricata a S. Elena; alla qual sepoltura " o sia funerale, è intervenuto Monsignor Tornielli Vescovo di Ao- " sta, tutto il Clero Urbano Secolare, e regolare, portato da quat- " tro Sacerdoti, essendosi prima recitato il Vespro, e li tre Notturni " con le laudi pro defunctis, osservate tutte le Cerimonie prescritte " dal Cerimoniale Romano. Sono intervenuti li Signori Officiali " della Città con numero dieci torchie, il Governatore, e molti uffi- " ciali di guerra. Il P. Paolo Orsodei Gesuita ha fatto l' Oratione fu- " nebre con niolta eloquenza, et prima un Chierico di S. Germano " altra in Latino. Ha governato la Chiesa di Vercelli anni trentasei

„ trentani, mesi uno, giorni 24, del possesso sino alla morte. Ha fatto
„ donatione come si è sopra detto, di tutto il suo havere al Seminario
„ con carigo di mantenere Maestri per insegnare gratis; per quale
„ donatione però, il Seminario non ne ha avuto alcun profitto, per
„ mal governo delli Sig.ri Vicario Delati, Canonico Gio. Battista Borzetto,
„ Curato di S. Tommaso, et Rettor Agostino Mella deputato dalla Cit=
„ tà, li quali avendo colluso con l'Auditor del Nunzio di Torino,
„ ha bisognato pagare molte migliaia di Ducatoni a detto Monsignor
„ Nunzio, per loro beneficio."

1+8. De hoc vigilantissimo Praesule haec pauca habet Ughellius: Jacobus Goria, inquit, e Villafranca Astensis Dioecesis, a Paulo V. Vercellensis Episcopus adlectus est anno 1611. Mense Augusto die 11. Praesul omni laude dignissimus, Ecclesiam sibi creditam annos 37. administravit. Decessit plenus capularis senex anno 1648. Sed paullo singillatius laudes ejus exponit Franciscus Augustinus ab Ecclesia Episcopus Salutiensis in Chron. fol. 156. inquiens: Jacobus Goria Dioecesis Astensis J. V. D. eximius, ac multiplici doctrina ornatissimus ex praeceptore Serenissimorum Principum Sabaudiae, creatus Episcopus Vercellensis anno 1611. tamquam libertatis Ecclesiae acerrimus vindex, ac disciplinae Ecclesiasticae integerrimus zelator, summam sibi apud omnes, et praesertim Sanctam Sedem, laudem comparavit. — (in margin: Jacobus e Villafranca Dioecesis etc.)

His addenda sunt elogia, quae habent Episcopi et Capitula Cathedralia Provinciae Mediolanensis, in suis Epistolis, datis Capitulo Vercellensi, in obitu hujus praestantissimi Praesulis. Ex quibus tamen dumtaxat nonnulla seligemus.

Scipio Agnellus Maffeus Episcopus Casalensis, litteris datis Monticalvi 20. Januarii 1648.: Goriae memoria, ait, in benedictione est neque umquam deficiet laus ejus in Ecclesia Sanctorum, cujus libertatem adeo acriter tutatus est, cuique gregi suo, adeo egregiis virtutum exemplis praefulsit. Equidem adinstar aquilae elevatus est et in arduis posuit nidum suum, nimirum animo

animo excelso in caelis ~~elevatus est~~ conversatus, et fixus, cuncta inferiora terrae, lucra, blandimenta, terrores, damna, honores, iniurias, contempsit, ea veluti pedibus conterens, et conculcans. Vos autem pristis eius gaudium et corona, vos participes illius laborum, et meritorum. Unde fletum vestrum, iam in exultationem vertere debetis, sperantes, et vos communicare debere sicut passionibus ita et gloriae vigilantissimi Praesulis, cui reddidit coronam iustitiae iustus iudex.

Canonici et Capitulum Cathedralis Casalensis, litera data 18. Januarii 1648. sic se explicant: Adeo religionis amator, a fortis in curis perferendis extitit Ill.mus Goria, ac praecipue in Ecclesiastica Libertate acerrime propugnanda, ut nihil duceret in hoc saeculo pertimescendum, ut Ecclesiam suam defenderet, et Christum lucrifaceret.

Canonici et Capitulum Cathedralis Viglevanensis littera data 31. Januarii 1648. haec pauca habent: Non ignari sumus quos labores et curas, quove animi robore longissimo annorum spatio sustinuerit Episcopus Goria, ne muneri suo deesset.

Canonici et Capitulum Cathedralis Novariensis litera data 26. Januarii 1648: Praestantissimum Praesulem, inquiunt, quem Ecclesiae iura contra potentium conatus tueri, Ecclesiasticam libertatem in summa perditorum hominum conversa, sustinere saepe vidimus, his maximo temporibus nobis ereptum, eque ac vos graviter dolemus.

Capitulum et Canonici Cathedralis Aquensis, litera data 13. febr. 1648. habent: tot tantosque labores, et indefessas vigilias, in concredito sibi grege custodiendo subiit Goria Episcopus vester vigilantissimus, tot tantaque adversa pro eo fortiter pertulit, sicut audivimus, et ex parte cognovimus, ut non solum Vercellensi, sed et toti Ecclesiae plurimum profuisse profiteri necesse sit.

Alia omittimus, cum eadem ferme, licet diversis verbis contineant.

46. Episcopo Goriae, prae caeteris, Joannes Baptista Scaviolo conterraneus meus, fuit jugiter interna adhaesione addictissimus. Jam fere ab exordio Episcopatus, in eius aulam concessit, ibique statim cura atque procuratio domus, omniumque Episcopatus proventuum, ei commissa fuit, in qua usque ad mortem perseveravit. Canonicatum in Cathedrali S. Eusebii, Episcopo Suffragante obtinuit. Tanta autem fuit eius prudentia, ut cum caeteri Episcopi familiares fere omnes cum ipso Episcopo pulsi essent, ipse tamen, quamvis omnia quae Episcopi essent maxima diligentia curaret, huiusmodi calamitatis expers fuit, imo et gratiam apud Episcopi hostes invenit. Eodem die, quo Episcopus infirmatus est cum Episcopi morbi ingravescerent, ipse quoque iisdem sinthomatibus ingravescebat. Deinde postridie obitus Episcopi, hoc est 4. Januarii diem suum obiit; et cum die 5. Episcopo funeralia persoluta essent, eius cadaver die 6. honorifico funere elatum fuit, et in Basilica Eusebiana tumulatum.

Viri Vercellenses Illustres,

Qui floruerunt

Episcopo Goria

Sedente.

47. Plures fuerunt. Omnes recensere non vacat. Inter eos itaque primus se offert Joannes Baptista Modena. Natus est Vercellis die 5. Februarii 1557. Anno 1569. servitio Ecclesiae Cathedralis S. Eusebii mancipatus est ubi successive Clerici, Custodis, et Sacristae munera obivit. Anno 1580. cum adhuc Diaconus esset, ab Episcopo Bonhomio designato Nuncio Apostolico apud Imperatorem, in Magistrum Caeremoniarum delectus est. et secum in Germaniam deductus. Anno 1581. cum

Jacobus P.

Anno 1581. cum Episcopo Bonhomio Vercellas regressus est, ibique die 18. februarii ab eodem Presbyter ordinatus est, et die 24. Junii Sancto Joanni Baptistae sacra, sibi assistentibus ipso Episcopo Bonhomio, et D. Alexandro Saulio tunc Aleriae in Corsica Episcopo, primam missam solemniter celebravit ad altare Majus Basilicae Eusebianae. Annis sequentibus functus est in Basilica Eusebiana munere Magistri caeremoniarum Capitularis. Anno 1588. cum Philiberto Barontio Praeposito S. Eusebii, Romam profectus est, ut Cardinali Sarnano dignitatem Episcopi Vercellensis gratularetur, eique officia sua deferret. Anno 1591. ob Episcopo Vitia factus est Magister Caeremoniarum Episcopalis, et in eo munere adfuit, eodem Vitia Episcopo, solemni translatione Reliquiarum S. Mauritii Martyris Ebraei, imo ipse fuit, ut poté caeremoniarum peritissimus, qui totam actionem direxit. Anno 1593. ei ab eodem Episcopo collatum fuit Beneficium simplex, erectum in terra Bulgari, Hospitalae nuncupatum sed repugnantibus Dominis de Bulgaro Beneficii Patronis, possessionem habere non potuit. Anno ~~1594~~ 1594. decessit Archipresbyter et Canonicus Joannes Baptista Nobilias, facta prius Modenae resignatione sui Canonicatus. Sed resignatio effectu caruit, ob mortem resignantis intra viginti dies a resignatione. Eodem anno 1594. Modenam Episcopum Vitiam Romam accersitum, Cremonam usque secutus est. Ibi tunc erat Vicarius Generalis D. Philibertus Barontius Praepositus Vercellensis, qui ab Episcopo obtinuit, ut Modena secum remaneret. Ibi Modenae, quamvis occupatus esset in confessionibus sacramentalibus excipiendis, aliisque piis operibus peragendis, nihilominus tanta cura temporis est usus, ut potuerit Historiam Episcoporum Vercellensium exordiri. Dum ibi esset eidem insciо Episcopo collatus fuit a Vicario Generali Vercellensi Canonicatus in Ecclesia Cathedrali S. Eusebii, unde Vercellas repetiit. Sed mota lite, super validitate collationis, Romam se conferre coactus est, ut iura sua tueretur. Ibi deinceps totus fuit usque ad annum 1601. tum in promoveda

lite, tum in defunctione Episcopi Vitiae. Anno 1601. cum causa deci-
disset, Vercellas reversus est, ibique factus est coadiutor Domini Didaci
Costae Sabaudi, Canonici S. Eusebii. Reliquum vitae tempus usque ad
extremam senectutem, sedulo insumpsit in vestigandis Archiviis, et
libris conscribendis. Anno 1628. in Sabaudia diem extremum obiit
Dominus Canonicus Didacus Costa, et sic tandem Modena in Cano-
nicatum successit. Anno sequenti 1629. constituit Coadiutorem
suum cum futura successione Dominum Vespasianum de Advo-
catis Valdengi. Obiit anno 1633. die 16. Martii. Fuit toto suae
vitae tempore, eruditioni et historiae deditus, Plura docte conscrip-
sit de rebus Patriae, nempe Historiam Episcoporum Vercellensium
latine exaratam, cuius ipse saepe meminit in Annalibus MS.tis:
Apologiam pro Ecclesia, et Urbe Vercellensi contra Historiam Me-
diolanensem Ripamontii: item De origine, et Stemmate insignis
ac vetustae familiae Sillanae seu de Nanzo; qui liber prodiit
typis Taurinensibus anno 1611. Praeterea Italico idiomate scripsit
librum cui titulum: Annali della Chiesa e Città di Vercelli, in
quo Historiam perduxit usque ad annum 1624. Asservatur MS.tus
apud Dominum Comitem Corbettam Vercellensem. Insuper Cri-
tica composuit sermonem inscriptum: Discorso sopra S. Siro primo
Vescovo di Pavia, qui habetur MS.tus in Bibliotheca Ambrosia-
na Mediolanensi. In eo invicte probat S. Syrum, quem Papienses
contendunt clericum ex Schola S. Petri Apostoli primo Saeculo
Aerae Christianae, fuisse discipulum S. Eusebii Vercellensis. Demum
Ioanni Stephano Ferrerio Episcopo Vercellensi, plura suppeditasse,
plurimique adiumenti fuisse in conscribenda Historia Episcopo-
rum Vercellensium, testatur ipse Ferrerius in vita S. Eusebii im-
pressa Vercellis anno 1609. fol. 146. inquiens: Ioannes Baptista
Modena Cathedralis Ecclesiae S. Eusebii Canonicus in conquiren-
dis ad hanc hystoriam necessariis monumentis, egregiam mihi
notis navavit operam. Plura alia folia et adnotationes hysto-
ricas de rebus Patriae conscripsit, quae perierunt. Omnia ferme

Jacoby P.

optimo expendit criterio, et documentis fulcit. Dolendum sane, quod lucem non aspexerint; sed dolendum maxime quod pleraque exciderint. Scriptionem, et in vestigandis Archivis sollicitudinem nunquam intermisit, quamvis senio confectus.

Porro quae fuerit ejus fides in Ecclesiam Romanam, ipse in annalibus ad annum 1260. breviter ostendit dicens: "Io sono sempre
„stato devotissimo della sede Apostolica, et per essa Santa Sede coraggiosa-
„mente mi sono esposto a' pericoli della vita contra Heretici in
„Germania con Monsignor mio Vescovo Bonomo, il quale quando
„si cominciò ad entrare nelli pericoli, voltatosi a tutta la sua
„famiglia, et esposti li pericoli nelli quali si trovavano, disse
„Chi temeva morte e pericolo, che partisse chi voleva; ed io al-
„lora Diacono di 23. anni coraggiosamente dissi: temere volo esse in vita et
„in morte."

At non fuerit de genere Bicheriorum ipse profitetur initio suorum Annalium, quae sic inscribit: Della antichità et nobiltà della Città di Vercelli, et delli fatti occorsi in essa, et sua Provincia, raccolti da Giovambattista Modena Bichieri Canonico di essa Città l'anno 1617. Et ibidem ad annum 1205. genealogiam texit his verbis: "La
„detta casa Bichieri tanto famosa si quasi estinta, restandovi
„solo il Conte di Burolio hora nella Diocesi d'Ivrea, et in Ver-
„celli io co' miei nipoti, che se bene ci chiamiamo Modena sia-
„mo però della stessa casa Bichieri; e questa denominatione di
„Modena ebbe origine da Guidotosso Bichieri, che fu Podestà di Modena,
„il quale essendosi diportato bene fu privilegiato, e fatto Cittadino di Mo-
„dena, come si usava in quei tempi. Fu descendente di questo Giovan-
„domenico, del quale si trova memoria, et scritto nelle scritture di S.
„Pietro della Ferla. Di Giovandomenico discese Bartolomeo, da Bartolo-
„meo, io Giovambattista, e Giovandomenico mio fratello, da Giovan-
„domenico Eusebio e Bartolomeo miei nipoti. Fu Bartolomeo mio
„Padre huomo di santissima vita, che miracolosamente nacque
„alle Cappanne l'anno 1520. nella grossa peste." Prosequitur elogia

Patris, de quibus iam aliquid ex eodem Modena diximus supra in Domino Francisco N.° 45.

48. Frater Aurelius Corbellinus a S. Germano ex ordine Eremitarum S. Augustini Congregationis Lombardiae, plura scripsit metro, et oratione soluta, quorum Catalogum texit Rossottus in Syllabo fol. 92. et 93. Ex his nobis est notus dumtaxat liber inscriptus: Le Vite dei Vescovi di Vercelli, impressus Mediolani anno 1643. quem Auctor nuncupavit Episcopo Goriae. Huius Scriptoris satis amplum testimonium fert Rossottus ibidem eum appellans Oratorem illustrem et magni nominis. Huius rei indicium esto apud eruditos, quorum oculis sisto veluti specimen Oratoriae, qua valebat, nonnullos periodos sincere transcriptos ex vita Domini Stephani Ferrerii: Nacque, ait Corbellinus, Giovanni Stefano in Biella luogo insigne alla radice delli Alpi, in un palagio, mortal paradiso del sole, compendio delle bellezze d' Italia, prospettiva del tempio, centro di Primavera, lontano dalle rigidezze del verno, e dal calor della state. Nacque da Giovan giorgio Ferreri, e da Dorothea Bertodana; e raggio di due gran lumi in purissimo cielo, dimostrossi al mondo nobilissimo. Nacque da' Ferreri come che dovesse esser corpo di ferro à colpi dei vitii: e da Giovan Giorgio, come che ~~dovesse~~ colla lancia della fede sopra il destriero della santità dovesse liberare l'anima vergine dal Dragone del Peccato. Eiusdem characteris et styli sunt reliqua omnia, quae in praefato libro leguntur. Quoad historiae veracitatem et fidem ponis me expedio. Protestatur equidem se omnia quae scribit haurire ex authenticis documentis sed hac protestatione contentus, nullum in toto opere dictorum suorum testem adducit, nullumque monumentum. Quin immo quandoque Episcopos pro arbitrio comminiscitur, loco movet etc. quandoque inverisimilia tradit, et non pauca etiam veritati aperta contraria, atque nimium irrefragabilibus monumentis directe pugnantia. Quid ergo? omnia ne quae dicit respuenda sunt? Neququam. Multa certe sunt quae aliunde nota sunt

Jacobus P.

sunt nota. Praeterea nemo absque temeritate ei fidem denegabit in iis quae suis oculis vidit, vel eius aevo aut proxime contigerunt.
Composuit praeterea Italico idiomate Annales Urbis Vercellarum, qui nunquam publici iuris facti sunt. Eos extare apud Comitem Berotinum Vercellensem; pulcherrimis marginalibus, et adnotationibus illustratos asserit Rossottus. Nunc extare scimus apud Patres Conventus S. Bernardi Vercellensis. Quos nobis ad alia distractis hucusque videre non licuit. Si aliquando eos videndi, et examinandi nobis copia fiet uti speramus, tunc et de iis iudicium nostrum qualecumque feremus. Franciscus Augustinus Abbatsia in Catalogo fol. 33. affirmat in sua Bibliotheca haberi, La Relatione delli due ultimi assedii di Vercelli fatti dai Spagnuoli negli anni 1617. e 1638. In hac equidem relatione Corbellinus omnem meretur fidem. Decessit Vercellis in conventu S. Bernardi die 14. Aprilis anno 1649. senex annorum 86.

49. Redemptus Baranzanus. Huius insignis viri, meminere quotquot de viris illustribus, et eruditis sermonem habent; et inter eos, Abbas l'Advocat Dictionaire historique Lit. B. et Andreas Rossottus de Scriptoribus Pedem. fol. 507. Primus summatim sic loquitur: Baranzano (Redemptus) Barnabite Savant Philosophe, et Mathematicien du 17. Siecle, natif de Verceil, professa la Philosophie, et les Mathematiques a Annecy. Il vint ensuite a Paris ou il se fit estimer des Savants. Il mourut a Montargis en 1623. agé 33. ans. Rossottus vero paullo fusius et singillatim verba facit: Redemptus Baranzanus, ait, Vercellensis, Clericus Regularis S. Pauli vir summi ingenii, imo monstruosi, quique Philosophiae abditissima quaeque diligentissime perscrutatus est, ita ut in Philosophicis usque ad nauseam saperet. Linguas Graecam, Hebraicam, et Chaldaicam optime possidebat. Annecii in Sabaudia Philosophiam magna cum laude docuit. Saepe Genevam incognitus et mutato habitu, ad disputandum de philosophicis materiis, ut a Philosophicis ad sacram eos perduceret Theologiam, abiit.

Jacobus?

Verum quia qui nimis proprio credunt iudicio, et volunt plus sapere, quam oportet sapere, erroribus illiciuntur permultis; dum finem mundi de quo Dominus Iesus interrogatus a Discipulis, illa respondit difficilia verba, nec filius hominis etc. certo anno, iam tamen elapso a se praefixo tempore risus est, quasdam passus est tribulationes. In aetatis suae flore morte praeventus, quae vir subtilissimus mente conceperat, perficere non potuit. Typis edidit Uranoscopia, seu de Coelo Lugduni 1617. in 4. De novis opinionibus physicis, ibidem in 4. anno 1619. Compendium Philosophicum. Ibidem 1620.

† 50. Desiderius Pattetus. Vercellis primum lucem aspexit die 10. Iunii 1593. Die sequenti, sacro Baptismate expiatus est, in quo Iosephi nomen accepit. Pietatis studio, iam usque a primis annis addictus, Religionem Canonicorum Regularium Lateranensium, ut per aetatem licuit, ingressus, in Monasterio S. Andreae Vercellensis, solemnem professionem emisit, anno 1611., et mutato nomine ut moris est, Desiderius appellari voluit. Philosophiae in Archigymnasio Paduae operam dedit, ibique magna cum laude Philosophicas Theses anno 1620. publice propugnavit. Deinceps Evangelicae praedicationi, ingenti zelo totus incubuit. Anno 1627. factus est Abbas Monasterii S. Mariae Crone Astensis, et post triennium Monasterii S. Andreae Vercellensis, quo in munere laudatissime perseveravit ad annum 1639. Anno 1640. electus est Visitator Generalis totius Congregationis, et simul Abbas Monasterii S. Sebastiani de Bugella. Anno 1643. iussu Christianissimae Franciae, Episcopus Regiensis in Provincia renuntiatus est. Totam Dioecesim non semel lustravit. Pluribus coactis Synodis Ecclesiasticam disciplinam restituit. Aedes Episcopales restauravit, et in commodiorem habitationem redegit. Chorum Ecclesiae maioris primum, deinde et Ecclesiam ipsam propriis sumptibus fere a fundamentis renovavit. Cum hanc novam Constructionem conspecturus ad Ecclesiam accessisset, repente tholus ingenti ruina praecipitatus, praeceps ruit. Quam ob rem tanto correptus timore fuit

Jacobus 2.

ut ad Palatium Episcopale relatus, paucas post horas expiravit die 18. Septembris 1654.

51. Joannes Baptista Vercellinus, quem perperam Franciscus Augustinus ab Ecclesia in Chron, et Ughell. Jacobum appellant, Civis Vercellensis Juris Utriusque Doctor, et Sacrorum Canonum peritissimus, factus est coadiutor Domini Bernardini Alladii Canonici S. Eusebii Vercellensis anno 1610. Ex hoc Coadiutori, ardenti, laboriosiusque Sindici Capitularis munus, contra morem demandatum est, et plura alia Capitularia negotia conficienda extra ordinem conficienda commissa sunt. Quae omnia magna dexteritate absolvit perfecitque. Defuncto Canonico Alladio, et Canonicus factus, cum vir doctissimus Philippus Millietus, nuper a Mauriennensi Sede ad Metropolitanam Taurinensem translatus, viros undequaque doctos conquireret, qui sibi in Ecclesiae administratione adessent, audita fama doctrinae, et prudentiae Canonici Vercellini, eum ad se accitum, suum Vicarium generalem constituit. Quod munus Vercellinus tanta cum laude obivit ut Carolus Emanuel I. Sabaudiae Dux, justus meriti extimator eum delegerit, qui sedem Augustanam tunc ~~vacantem~~ vacantem impleret. Itaque factus est Episcopus Augustanus anno 1623, sed prius Canonicatum resignavit favore Jacobi Antonii Vercellini eius Germani fratris. In actu Capitulari 24. Maii 1623. dictus Jacobum Antonium praedictum praesentasse Bullas Collationis Canonicatus, quem habuerat Rev.mus Dominus Joannes Baptista eius frater, olim huius Ecclesiae Canonicus, ~~nunc~~ nunc autem Episcopus Augustanus. In eo praeterea exemplatae sunt Bullae Collationis huiusmodi diei 8. februarii 1623. in quibus legitur Jacobum Antonium Vercellinum esse Joannis Baptistae Germanum fratrem, ipsum vero Joannem Baptistam de proximo ad Ecclesiam Augustanam promotum iri. Joannes Baptista statim ac Episcopatum iniuit, totum se contulit ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam, et ad reformandos populi mores. Qua in re ei, magno adiumento fuit Joannes Antonius de Ordinatis Valdengi

Canonicus S. Eusebii Vercellensis, eiusque Vicarius generalis, vir mire doctus, et probus. Ecclesiam Cathedralem multa supellectili sacra, aliisque ornamentis decoravit, atque Canonicis privilegium Cappae Magnae a S. Sede impetravit. Decessit circa annum 1649. Ex hac gente, quae multo aevo Vercellis floruit, nullum amplius germen superest. Joannes Baptista duos fratres habuit, Guillielmum, et Jacobum Antonium, ambo S. Eusebii Canonicos.

52. Vercellinus Bellinus ex nobilibus olim Condominis Vintibii, et Bornati natus est anno 1578. die 21. decembris. Plurimum ingenio valuit et fuit artis Notariae peritissimus. Munere Cancellarii Episcopalis in Curia Vercellensi functus est per annos fere quadraginta. Fuit etiam ab anno 1622. ad 1648. quo mortuus est, Cancellarius et Secretarius Capituli Vercellensis. Adhuc supersunt acta Capitularia, ab ipso eleganter, et nitidissimo stylo conscripta. Composuit optimum formularium Expeditionum Curialium, iuxta praxim Curiae Vercellensis. Conscripsit etiam brevem hystoriam Serravallis, et Locorum circumiacentium, quae post eius mortem typis vulgata est anno 1649. opera Caroli Amedei eius filii. Decessit Vercellis die 11. Octobris 1648. et sepultus est in Ecclesia Parochiali S. Donati, cum Epitaphio:

Vercellino Bellino nobili Vercellensi,
Viro spectatae vitae, incorruptae fidei,
Et morum probitate conspicuo
Carolus Amedeus filius ex testamento haeres,
Patris vota exipiens, Aedem hanc erexit,
Lapidem hunc genitori amantissimo
moerens posuit.
Anno MDCXLVIII. XI. Octobris.

Aedes de qua Epitaphium erat Sacellum ab eodem Carolo Amedeo, post mortem Patris, in Ecclesia S. Donati constructum, ante quod ~~sepulturam~~ sepulcrum effossum erat, cum lapide superposito. Anno 1739. Parrocia S. Donati ipsa Eminentissimi et Reverendissimi

Jacobus 2

D. Cardinalis Ferrerii Episcopi Vercellensis, unita est Parrociae Cathedralis S. Eusebii, et Ecclesia diruta. Inde ossa Vercellini filii, et nepotis de quibus mox, translata sunt ad Cathedralem et condita ante Altare Crucifixi, apposito lapide de quo supra.

Vercellinus unicum filium habuit, Carolum Amedeum, qui pluribus annis tum Oratoris Civitatis Vercellarum apud Serenissimos Sabaudiae Duces, tum lectoris Justinianearum Institutionum, munere obivit. Ex Carolo Amedeo natus est Franciscus Antonius, vir vitae integerrimae, qui et ipse eodem munere lectoris Vercellis functus est. Tres filios habuit Joseph Ignatium, Mathiam, et . Joseph Ignatius fuit deinde anno 1726. ex resignatione D. Canonici De Auria, Canonicus Vercellensis, postmodum Archidiaconus Coadiutor Domini Archidiaconi Joannis Antonii Scoti Aquensis, cum magna laureae in utroque iure Taurini magna cumlaude assecutus esset. Per quinquennium Sindicum Capitulorum egit, et duobus annis 1746. et 1747. Visitatorem Diocesis, ad hoc munus vocatus ab Illmo et Revmo Domino Episcopo Vercellensi Joanne Petro Solario. Eodem anno 1747. hydropisim ex laboriosa visitatione contraxit, quae cum paulatim obrepsisset, decessit absque testamento die 13. Junii 1748. annos natus quinquaginta. Mathias vivus acris ingenii iuvenis, lauream iuris utriusque Taurini, ipse quoque promeruit, obtinuitque. Sed ad Patriam reversus, cum inde brevi repetiisset, ibi diem clausit extremum, Decennio fratris mortem praeveniens. ...... adhuc adolescentulus Societatem Jesu ingressus est. Defuncto Mathia fratre, cum nondum sacerdos esset, nec vota emisisset, a fratre Joseph Ignatio, ad saeculum invitatus, constantissime renuit. Vivit in Societate ingenio, doctrina, eruditione, prudentia et probitate inter praecipuos clarus.

43. Petrus Franciscus Muletti nobilis Civis Vercellensis eruditione, prudentia, et pietate insigniter clarus, adhuc adolescens

Jacoby ?

adolescens Religionem Canonicorum Regularium Lateranensium professus est. In ea fuit primo Abbas Monasterii S. Andreae Vercellensis, mox totius Congregationis Visitator Generalis, et demum anno 1615. Abbas Generalis. Scripsit vitam B. Amedei Ducis Sabaudiae quae prodiit typis Taurinensibus Joannis Antonii Seghini Anno 1613. Ad promovendam, sollicitandamque eiusdem Beati Canonizationem, a Carolo Emanuele primo legatus ad Paulum V. Pontificem missus, mirae prudentiae, et pietatis in hoc negotio pertractando, documenta dedit. Tandem anno 1622. factus est Episcopus Civiensis; quo in munere se bonum pastorem saepe pluribus demonstravit. Obiit 4. Decembris 1631.

64. Joannes Maria Belletus Vercellensis a Pollono Juris utriusque Doctor egregius, Theologus insignis, et in omni pene Scientiarum genere eruditus. Fuit primo Canonicus Theologus Cathedralis Astensis, mox Vicarius Generalis Bononiensis, deinde in Regnis Poloniae Stanciae Auditor Apostolicus, ac Visitator Moldaviae, et demum Episcopus Hieracensis in Regno Neapolitano, ad hanc Ecclesiam translatus ab Urbano VIII. die 26. Januarii 1625. non multum superstes fuit. Obiit anno sequenti 1626. 24. Februarii. Conscripsit librum Ecclesiastica Eruditione refertum, Clericis tum Saecularibus, tum Regularibus perutilem, cui titulus, Disquisitiones Clericales qui pluries typis vulgatus est, Romae anno 1635. et alibi, atque pro quarta vice Romae postremo anno 1654.

66. Alexander Scalia. De hoc praeclarissimo viro haec habet Franciscus Augustinus ab Ecclesia in Chron. Cap. 51. fol. 284. Alexander Scalia Philiberti Comitis Verruae filius, Abbas Commendatorius S. Mariae de Staffarda, S. Sixti Senensis, et S. Petri de Muleggio Vercellensis, et S. Mariae de Moldava in Regno Siciliae, vir magni Consilii morumque suavitate, doctrina, prudentia et in rebus arduis gerendis summa dexteritate admirabilis, prudentissime, et laudabiliter apud praecipuos Christianae Reipublicae Principes, Romae

Jacobus R.

pensentium, et apud Gallos, et Hispanos pro Serenissimis Carolo Emanuele, et Victorio Amedeo Sabaudiae Ducibus legationibus gestis, obiit anno 1641. Antuersiae Habuit Philibertum ex fratre nepotem, qui ex cessione Patrui, factus est Abbas S. Sixti de Secusia anno 1632. quique plures legationes ipse quoque pro Regia Celsitudine, praecipue apud Regem Christianissimum laudabiliter obivit.

56. Octavius Bertodanus ex comitibus Zolegni Abbas S. Secundi de Bessa anno 1620. Felix item Bertodanus Octavii ex fratre nepos, eiusdem Monasterii Abbas Commendatarius anno 1642. et simul praepositus S. Stephani Bugellae.

57. Amedeus a Puteo Vercellensis, a Bugella Comes Ponderani, Marchio Vignerii, eques torquatus supremi ordinis Annuntiationis B. M. Virginis vir multiplici eruditione ornatus. Scripsit varios tractatus Historicos, in quibus plures Historicorum vulgarium opiniones, meritis redarguit. Extant MS.ti apud Haeredes. Pro Regia Celsitudine Victorii Amedei primi Sabaudiae Ducis, legatione, magna cum laude functus est Romae apud Summum Pontificem. E vivis excessit Taurini anno 1644.

58. Petrus Paulus Niger Canonicus S. Eusebii. De eo haec habet Rossottus in Syllabo fol. 491. Petrus Paulus Niger Vercellensis Cathedralis Ecclesiae Canonicus Vir singularium virtutum splendore ornatus, et in humanioribus Litteris apprime eruditus. Scripsit eleganti stylo Epigrammata, Anagrammata, quae humilis homo imprimi nolebat, amicorum tamen obstrictus precibus tandem erudi permisit Vercellis anno 1613. Fuit Patria Novariensis. Canonicatum obtinuit per cessionem Canonici Joannis Mathaei [illegible] Berardi usto eidem vicissim in permutationem beneficio simplici perpetuo sub titulo B. Panarae ereto in Parochiali Agamii Novariensis Dioecesis, cuiusque possessionem adeptus est die 4. Maii 1602. Decessit anno 1626.

59. Ludovicus a Cruce Civis Vercellensis. Placet referre quae de eo habet Carolus Amedeus Bellinus in suis MS.tis de viris Illustribus Vercellensibus to. 1. fol. 313. Scriptor coaevus: "Ludovico Croce nacque „ nell' alma Città di Vercelli dell' anno 1600. Fu figliuolo d' Amedeo Croce

Iacobas ?

„ Croce medico assai famoso a suoi tempi. Sino da suoi più teneri anni, co:
„ minciò a dimostrar ritiratezza, e modestia. In tempo che era Collegiale
„ del Collegio del Pozzo in Vercelli, sendo un giorno, deriso e tassato con
„ qualche insolenza da un suo condiscepolo di casa Bursani per vendicarsi
„ lo ferì con un coltello sì fattamente, che poco dopo morì. Del che
„ restò tanto mortificato, che per penitenza, come esso diceva, andò a
„ farsi Religioso, de' minori osservanti di S. Francesco. Fatta la professio:
„ ne, fu da' superiori inviato nel Convento d'Araceli alli studii,
„ ne' quali fece mirabil profitto; per il che fu poscia costituito Pre:
„ dicatore, e lettore di Sacra Teologia, come in fatti in tal professione
„ lesse per alcuni anni nello studio generale di sua Religione in Bolo:
„ gna. Nell'anno 1625. fu eletto per breve Pontificio uno dei quattro
„ Diffinitori, che assistono nel governo al P.re Provinciale della Provincia
„ di S. Tommaso del Piemonte, poco prima separata da quella di S. Diego
„ di Milano. Nell'anno 1636. fu similmente per breve di Urbano VIII.
„ eletto Ministro Provinciale della detta Provincia di S. Tommaso. Qual
„ dignità esercitò cinque anni continovi, nel qual tempo fece la visita
„ dei Conventi sempre a piedi scalzi in zoccole, nè volendo nell'
„ arrivo ai Conventi altro di regalo, ma la semplice pittanza, e tratta:
„ mento che usavano gli altri Frati; mai però mangiò carne, e
„ continovò sempre in astinenza. Non gli mancarono però delle per:
„ secutioni. Fu accusato d'aver qualche intelligenza segreta col Gover:
„ natore di Vercelli, allora occupato dagli Spagnuoli; per il che fu ban:
„ dito da' Stati di S. A. R. con ordine eziandio a' Governatori d'arre:
„ starlo, e farlo prigione. Ma riconosciuta la di lui innocenza fu
„ fra breve richiamato. Nell'anno 1637. andò al Capitolo Generale
„ in Roma, sempre a piedi, ed in zoccole. Nell'anno 1642. si por:
„ tò di nuovo colà ad altro capitolo Generale. Ivi giunto fu costituito
„ Commissario e Visitatore Capitolare della Provincia di Roma; nella quale
„ incombenza si diportò con tanta sollecitudine e prudenza che fu da
„ tutti sommamente lodato. Quindi li Superiori Generali lo volsero impie:
„ gare in altre commissioni, ma esso umilmente ricusò; e così se ne

Zocolass P.

" venne a Vercelli. Ebbe nella Provincia di S. Tommaso diversi Guardianati, e
" Governi. Molte volte fu guardiano del Convento di Biliemme fuori
" delle mura di Vercelli, cui governò con tanta saviezza, ed osservanza
" che maraviglioso era la santa unione de' Frati sotto il di lui governo.
" Fu così osservante della povertà, che nulla di proprio aver voleva, ne
" men la stanza, per il che dormiva or in una or in un'altra delle vacanti,
" e molte volte in Chiesa, ed ovunque dormisse sempre dormiva
" vestito. e non riceveva, ne voleva che li suoi sudditi e compagni
" ricevessero presenti, neanche di cose spirituali, come d'Agnus
" Dei, Corone, e simili. Digiunava quasi del continuo, e le vigilie della
" Vergine sempre in pane ed acqua. Non mangiò mai carne fuori
" che nelle malattie per comando dei Superiori e del Medico; e se tal
" volta era convitato da qualche Signore a mangiar seco, facendo il
" trinciante s'andava trattenendo con tanta leggiadria, che non s'accorgevano
" gli convitati, che esso non mangiasse carne. Per lo più si nutriva
" d'erbe e di frutta. Godeva oltremodo di far limosina: e spesso
" andava egli alla porta a portarla dispensando nello stesso tempo
" anche la sola pietanza, e minestra. Si portò una volta da Gattinara
" ove era in visita, a visitare il sacro monte di Varallo e volle salirvi
" a piedi nudi. Era d'Inverno, e la strada era tutta agghiacciata,
" onde fu sorpreso da dolori così furiosi, che non potè giungervi
" se non a gran stento. Fu accolto da Religiosi Minori osservanti
" che custodiscono quel santo luogo con ogni amorevolezza,
" e carità, e fu da' medesimi obligato sebbene con sua gran mortificazione,
" a mangiar carne per lo che li dolori subito cessarono. E non
" fu possibile d'indurlo a servirsi per il ritorno di un Cavallo, a quest
" effetto preparato, ma volle fare il viaggio a piedi in zoccoli. Era pudicissimo
" ed abborriva ogni minima cosa, che potesse opporsi alla
" purità. Fu una volta in Roma invitato da un Cavagliere suo amicissimo
" d'andar seco a pranzo. V'andò ma perchè vide che serviva
" a tavola qualche vezzosa donna domestica, non volle mai più portarvi
" li piedi. Nelle ore vacue s'impiegava negli uffizi più vili

Giacobbe A.

„ vili, come scopar la Chiesa, ed il convento, lavar le scudelle, zappar
„ il giardino, e mondarlo. Predicava tutte le quaresime, e nelle feste fra l'an-
„ no. Celebrava ogni giorno: nel salmeggiare in Choro stava sempre ritto
„ in piedi senza alcun appoggio: faceva ogni giorno un'ora almeno
„ di ~~[illegible]~~ orazione mentale: portava continuamente una ma-
„ glia intrecciata di acuti ferri che gli cerchiava il corpo. Quantun-
„ que patisse di gotta, non tralasciò perciò anche coi piedi gonfi, di
„ viaggiare sempre scalzo in zoccole. Si disciplinava sovente, e per
„ lo più sino a sangue. Portava sempre al collo, un crocifisso di legno,
„ che chiamava il suo fidel compagno. Recitava tutti li giorni, oltre
„ il Breviario, anche gli offici di Maria Vergine, e dei morti colli Salmi
„ Penitenziali, e si esercitava in altre opere di divozione. Ha formato nel
„ Convento di Bigliemme, una libreria assai copiosa: ha provvisto
„ la Sagrestia di varie suppellettili, il reliquiario di molte reliquie por-
„ tate da Roma, riccamente legate. Ha fatto costrurre una nuova sa-
„ grestia, et ha fatto ristorare la vecchia; e finalmente ha ivi fatta sta-
„ bilito un Hospitio per gli ammalati e per commodo de Religiosi, che
„ sono obligati pernottare in Città. Tutte queste notizie le ho avute
„ dal Padre Pasquale Godreto da Sospello, Predicatore famoso, e dal Prẽ
„ Vitale Vitali, suoi compagni. Cessò di vivere l'anno ~~[illegible]~~ 1650.
„ nel convento suddetto di Bigliemme, e fu sepolto nella Chiesa del me-
„ desimo Convento, in una particolar sepoltura, a cui fu inciso il se-
„ guente Epitaffio.

Hic iacet admodum Reverendus Pater
Ludovicus a Cruce Vercellensis
Ordinis Minorum de Observantia,
Provinciae Divi Thomae Lector Generalis,
Iam minimus Provincialis
Nunc huius Conventus Guardianus,
Vita, integritateque Celeberrimus.
Obiit anno Domini 1650. die 5. Octobris.

„ Appena intesa la di lui morte s'accorsero i Cittadini in gran numero

Iacobus R.

„ numero, cercando ognuno di aver qualche pezza della di lui veste per di-
„ votione. Un anno dopo, alcuni signori, già suo penitenti mossi da
„ divota curiosità, fecero aprire il sepolcro, ed ivi lo videro intatto e fresco,
„ come fosse allora spirato, e spirante un odore soavissimo, lo che accreb-
„ be molto l'opinione della di lui santità. Quindi cominciarono molti
„ li cittadini a fare offerte, ed appendere voti. Per lo che credettero loro obligo
„ li superiori Ecclesiastici, di far rimovere gli detti voti, et offerte come
„ ordine ai Padri di non più aprire il sepolcro." Nonnullas deinde
gratias narrat a Deo concessas, eis, qui se huius Dei famuli Orationi-
bus commendaverunt. Videndus etiam Britius Episcopus Albensis in
monum. Prov. S. Thomae. De huius S. Viri operibus, inter quae est
vita S. Ugolinae Virginis Vercellensis, videndus Rossotti in Syllabo fol. 200.

60. Magdalena Gallia Virgo Vercellensis. Eius vitam brevibus texit Ca-
rolus Amadeus Bellinus in MS.tis de viris Ill.bus Vercell. par. 1. fol. 90.
ex quo summatim excerpsimus quae sequuntur. Nata est Magdale-
na Vercellis humili loco ex Francisco Gallia fabro Lignario, et Do-
rothea, coniugibus, sed piis parentibus anno 1614. Iam usque a pri-
mis adolescentiae annis, se totam pietatis operibus addixit. Anno
1637. defunctis parentibus, votum perpetuae virginitatis emisit, et ha-
bitum Monialium Capuccinarum induit. Deinceps duxit vitam austeri-
tatibus plenam. Carnes nunquam comedit, panis et oleribus cibis
contenta. Tres Quadragesimas in singulos annos, magno cum rigore
observandas sibi praescripsit. Reliquo anni tempore, quater in hebdo-
madae ieiunabat, nempe feria 2.a 4.a 6.a et Sabbatho. Dominicis ali-
isque festis diebus, necnon feria 4.a et 6.a cuiusque hebdomadae,
peccata Sacramentaliter confitebatur; et se se magna devotione, sacro
Christi corpore reficiebat. Cilicium ad nudam carnem, fere assi-
due gestabat et praeterea flagellis saepe saepius, in se dire saeviebat.
Piorum eleemosinis vitam transigebat, nec interea tamen a opere ma-
nuum suarum vacabat. Quod supererat temporis piis in me-
ditationibus, aliisque pietatis operibus consumebat. Obiit magna cum
opinione Sanctitatis die 30. Decembris 1651. et sepulta est in Ecclesia

Jacobus ?

Sanctissimae Trinitatis ante altare Sanctae Elisabeth.

61. Bartolomaeus Moronus ex oppido Crescentini, Vir egregius, et in utroque iure doctissimus, Protomedicus Excellentissimi Senatus Taurinensis sub Carolo Emanuele primo, scripsit Plura consilia Legalia, quae ab Advocatis magno in pretio habentur. Florebat anno 1626. De eo ex nostris mentionem faciunt Franciscus Augustinus Ab Ecclesia in Cathalogo et Rossottus in Syllabo.

62. Ioannes Antonius Berzettus ex Dominis Buronzii, Eques Hyerosolymitanus. Huius praeclarissimi viri virtutes, et merita brevibus complectitur Epitaphium, quod ad eius Sepulcrum in Capella S. Eusebii, incisum legitur ut sequitur.

D. O. M.

Fratri Ioanni Antonio, Francisci Berzetti ex Dominis Buronzii filio, Equiti Hierosolimytano, Viro laboribus solo, ac solo exantlatis clarissimo, in expugnatione Arcium Pessanae, Mahumettae, Pesaudi, et Patrassi, laboribus infracto, in Legationibus ad Clementem VIII. Gregorium XV. et Carolum Emanuelem Sabaudiae Ducem, sapientia incomparabili. Qui primo in Lombardia Praeceptor, deinde cum Messanae Prioratu, Magna insignitus cruce, tum Praeceptoriae Magistrali S. Ioannis Politii condecoratus, et Catholici Regis in Siculo Regno Consiliarius, fortitudinis Dexteritatis, prudentiae lumina undique sparsit, gravius oneribus, honoribusque et grandior meritis, ad hanc Aram marmoreis a se crustis contectam, sibi ac suis Sepulcrum Diligens solemne Anniversarium,

vertente sui funeris die, perpetuo
caelibatu impertitavit, annuum aeque
19. clausit diem S. Januarii, Sancto
viro Amantissimo Beneficentissimo
Franciscus Berzettus eques, aeternum
moerens posuit. 1648.

Caeterum Sacellum S. Eusebii, de quo in hoc Epitaphio sermo
ipse vivens perficere non potuit. Perfecit autem ejus nepos eo-
dem anno 1648. Carolus Georgius Berzettus ipse pariter Eques
Hierosolymitanus, eiusdem ex fratre Pronepos, quemadmodum legi-
tur in alio Elogio marmore inscripto in eiusdem plano Sa-
celli.

Patrui superius hic erecti, Herois Maximi
Pio ipso, frater Carolus Georgius Berzettus
Eiusdem ex sanguine Pronepos, ex Religione filius
Sacellum hoc perficiendum diligentissime
voluit anno 1649.

6. Ottobre. Il Conte Broglio passa appresso Vercelli con mille fanti e 3. mila cavalli. Va a saccheggiare Cigliano feudo del Marchese Villa. Saccheggia S. Germano crudelissimamente, Saluggia, et altri.

9. Ottobre. Alle ore 17. comincia ad arrivare nel suburbio di Vercelli la Cavalleria di Spagna ch'era in Olarengo, Desana e Caltignano perchè s'intende che il Marchese Villa sia passato il Pò a Verrua. La Cavalleria marchia verso Prarolo, dove è stata li 9. e 10. con molto danno di detto luogo e delle cassine del suburbio.

26. Ottobre. Gli Alemanni vengono di qua dal Pò, vanno a Caresana, Stroppiana, e vanno verso Gattinara a rinfrescarsi, si fermano nel Vercellese et alcuni entrano in Città, mettono a sacco, rubano botteghe; a Pezzana, e Caresana del suburbio la qual rovina dura tutto il restante del mese, sino alli 6. Novembre spogliano, battono, e maltrattano gli uomini e le donne che incontrano.

31. Ottobre. A notte entra in Città il Conte di Guastalla nuovo Governatore dello stato di Milano, con il Generale delle genti dell'Imperadore. Questi alloggia in S. Andrea, e quello dal Governatore Nostro.

1. Novembre. Sua Eccellenza va a Desana, et il generale al suo quartiere a Lignana. Il Vercellese va tutto a ruba. Si levano ferrate, ferrate, pali et ogni ferro delle cassine, abbruciano le porte gli usci fenestre etc.

§2. Interea Canonicus Vialardus Vicarium et Commissarium apostolicum agebat, nec poterat Ecclesiae cui addictus erat inservire. Cum a Sacra Congregatione id eo obtinuisset indultum absque, et interim percipiendi omnes fructus Praebendae, et Canonicatus, Canonici factionarii, iidem haudquaquam placationis facti, miserunt Canonicum Syndicum, ut apud Sacram Congregationem de indulto ut pote

fraudulenter obtenti, et ipsi quidem videbant, retractationem ageret, et interim fructus diviserunt; quamvis re melius perpensa, postmodum dicto audientes fuerint, ut habemus ex actis Capitularibus 29. septembris 1656. ibi: "DD. Canonici et Capitulum in testimonium reverentiae, quam habent Sacrae Congregationi, mandant Domino Canonico Ministrali, ut iuxta decretum eiusdem Sacrae Congregationis, solvat distributiones quanonam, Domino Canonico Vilato ad ratam residentiae quam solus ipse Dominus Vilatus facere solitus erat, mediis tamen protestationibus debitis, et animo ea reputandi tamquam indebite et iniuste soluta."

83. Id quod nos semper in usu positum fuit ut Capitulum Sede Vacante Vicarium Capitularem eligeret reservata sibi facultate eligendi Provicarium generalem, Vicarium Capitularem Monialium etc. Hanc potestatem plerumque exercuit, et signate hoc anno 1656. quo ab urbe et Dioecesi aberat D. Archidiaconus Montonarius. Habemus actum Capitularem diei 16. Octobris, in quo ita legitur: "Cum continuet D. Archidiaconus Vicarius Generalis Capitularis abesse ab hac Civitate, et Dioecesi DD. Canonici et Capitulum attenta facultate sibi reservata de interim substituendo et deputando personam quae ministret iustitiam et praestet ea, quae praestanda sunt prout iuris, et ipsa iustitia exigit, quotiescumque contigerit eius absentiae et huiusmodi, eligunt, et deputant durante absentia de qua supra, in Provicarium Generalem in Spiritualibus et temporalibus Civitatis et Dioecesis, Dominum Canonicum Marcum Aurelium Cusanum, cum solita et necessaria potestate exercendi et ordinandi prout iuris, dantes etc. promittentes etc. Ex hoc actu constat D. Archidiaconum iam fuisse electum Vicarium Generalem Capitularem et in electione factas fuisse nonnullas reservationes. Quod evidentius patebit ex actu alio, quem mox damus.

84. Habemus tandem actum Capitularem conditum die 4. Decembris huius anni 1656. in quo legimus electionem Domini Archidiaconi Montonarii, in Vicarium Generalem Capitularem, et ex quo discimus

similem electionem, quamvis nullibi reperiatur factam prius die 3. Decembris anni praecedentis. Actus continet reservationes quae a Capitulo in eiusmodi electionibus fieri consueverunt. Ideo praestat illum integrum hic exhibere.

" Anno Domini 1656. die Lunae 6. Mensis Decembris Vercellis
" in Sacristia Maiori Cathedralis etc.
" Cum ita sit, quod hestarna die expiraverit integer annus
" tempus praefixum pro ianua ... electione et deputatio-
" ne Vicarii Generalis Capitularis, et sic opus sit ut omnino de-
" veniatur ad novam similem electionem. Ideo Domini Cano-
" nici, et Capitulum considerantes fidem, legalitatem, probitatem
" et alias eximias qualitates Perillustris, et adm. Reverendi Do-
" mini Alberti Montonarii Archidiaconi praesentis Cathedralis,
" eum ipsum ibi praesentem, et acceptantem elegerunt, et eligunt
" deputaverunt, et deputant in Vicarium Generalem Capitularem, in spi-
" ritualibus et temporalibus praesentis curiae Episcopalis Vercellensis, eius-
" que universae Dioecesis cum omnibus et singulis facultatibus, au-
" ctoritatibus necessariis, et opportunis, oneribus, honoribus, praeminentiis
" praerogativis, iuribus et actionibus solitis, et consuetis, et ad ipsum
" spectantibus, et pertinentibus; ita tamen ut eiusmodi electio, et depu-
" tatio non dicatur nisi ad annum unum proximum duraturum: quod
" eidem Domino in deputatione non intelligatur tributa potestas, nisi
" quae praevenire dignoscitur per dispositionem iuris communis:
" nec valeat facere sive expedire quae regulariter requirunt,
" mandatum speciale. item nec valeat manus apponere in aliquid:
" quam decernere ex iis singulis quae dicuntur per gratiam, prout
" est habet Deputatio Regulatoris, ad Regimen Hospitalis Maioris
" praesentis Civitatis, necnon Rectoris, et praefecti, et Regentis Semi-
" narii Seminarii Ecclesiastici, prout etiam Cognitio Regiminis tem-
" poralis, et liberatio a computis, eorumdem Rectoris et Regentium.
" Item et electio Concionatoris pro hac Cathedrali: nec valeat
" sibi substituere aliquem pro eius officio, et munere exercendo, quo-

numque ...

Sede Vacante

"quacumque causa adveniente, sed omnino et semper spectare declaratur
" ad praefatos Dominos Canonicos, et Capitulum sicut et examinatores de-
" cernere, officiales cum Actuarios aliosque ministros Curiae con-
" stituere, tabellam casuum reservatorum conficere, cognoscere de
" causis suspicionum, et de denegata iustitia, et alternis deputare
" visitare Dioecesim, iudicare causas Canonicorum, Synodum con-
" gregare, territorium Praelatis concedere, emolumenta sigilli reci-
" pere. Circa regimen Monialium, D. Canonicus [illegible] con-
" tinuat in sua deputatione. Caeteri vero officiales confirman-
" tur in prima eorum deputatione. Demum D. Vicarius non va-
" leat liberare recursum ad superiores Tribunal pro obtinenda
" gratia confirmationis, in officio Vicariatus, cui nunc pro tunc
" cedere, et renuntiare videtur." In actu vero Capitulari 16. Apri-
lis 1657. habetur quod Capitulum concessit Domino Archidiacono
facultatem ad duos menses tunc proximos exercendi officium
Vicariatus etiam in iis quae speciale mandatum requirunt. Quam
concessionem renovatam legimus in alio Actu Capitulari 23.
Augusti 1657. usque ad novam electionem seu confirmatio-
nem Vicarii Generalis Capitularis. In actu Capitulari 10. Decem-
bris eiusdem anni 1657. habetur electio seu confirmatio ad an-
num, D. Archidiaconi in officio Vicariatus, sub iisdem reservationi-
bus in quibus ~~supra~~ supra addita ea quae sequitur: item sibi reservant
" et intendunt non expediri causas Criminales nisi facta prius
" summaria relatione Reorum in Capitulo." Habetur praeterea
electio D. Canonici Conradi in Vicarium Monialium ad sex menses.
Similis confirmatio ad annum eiusdem D. Archidiaconi Montorasii
in Vicarium Generalem Capitularem habetur in actu Capitulari 11.
Decembris 1658: et alia in actu Capitulari 11. Decembris 1659. Item
in actu Capitulari 19. Octobris 1656. habetur electio Domini Cano-
nici Conradi in ~~Provinciarum~~ Provicarium Generalem Capitular-
em, communicata auctoritate in Spiritualibus et Temporalibus.

§ 12. Dum haec aguntur non cessabatur a Ecclesiis, et [illegible]

contra Clerum. In actu Capitulari 23. Augusti 1657. decernitur ut pro praesentibus habeantur ad librum datae DD. Canonici Beneficiatique Cathedralis, quos contingent ab urbe pelli ob defensionem immunitatis Ecclesiasticae. Decretum hoc renovatum fuit die 4. februarii 1658. Legitur praeterea ibid: "Fuit propositum "dubium ~~utrum~~ ~~in~~ Capitulo, utrum deveniendum sit ad cessationem a Divinis nec ne attentis violentiis, quae continue inferuntur Ecclesiasticis, et eorum ~~Ministris~~ Massariis, occasione taliarum, et praecipue attenta eiectione ex hac Civitate D. Canonici "Corroae, et Rectoris Seminarii Ecclesiastici huius Civitatis". Vota fuerunt decem et septem affirmativa, et tria negativa. Et antequam "deveniatur ad cessationem a Divinis, idem Capitulum decrevit "decantari missam de Spiritu Sancto Crastina die ad implorandum "auxilium Divinum"

96. Eodem anno 1657. Soror Maria Victoria ex nobilissima Vercellensi Scitorum familia, et Soror Maria Ludovica Moncalta, Moniales ordinis Visitationis ex instituto S. Francisci Salesii, in Monasterio Gratiarum huius Civitatis, inde eductae die 6. Aprilis ejusdem Congregationis Oronam obierunt, ut ibi in Monastelium noviter expensis Dominae Isabellae Borromeae extructum idem institutum inducerent

Die 23. Julii hora 4.a noctis Christina Sueciae Regina Vercellas advenit. Postridie hora 23. hinc discedens Sanctam Agatham concessit.

Per id tempus Masserani et Crepacorii magna contra Masserani Principes, ab illis oppidanis est commota seditio; Rem perstat referre verbis Canonici Cognoli: Ai 11. Agosto, ait, li sudditi del Principe di Masserano hanno sorpreso il Castello di Curavon, e scacciato quel Governatore e sua famiglia demolirono il detto Castello per spergli il ferro e piombo. Ai 14. Ottobre a Masserano è giunto un novo Governatore a nome della Camera Aplica per Governare quel Principato, stanti le male soddisfazioni tra il Prencipe e suoi sudditi

Sede Vacante

quali hanno demolito affatto il Castello di Guevarone, e piantato una croce in mezzo al suo sito, come ancora la rocchetta di Mezzarana.

87. Placeat eiusdem verbis notare quae gesta sunt anno 1658: 6. Gennaro D. Vasco Colmenero Governatore di Vercelli, fa recitare ~~certa~~ una commedia sporca nella sala grande del Palazzo del comune, con minaccie fa entrare a recitare un buon sacerdote avendoglielo fatto comandare dall' Arcidiacono Mantonaro Vicario Generale, Capitolare. 4. Marzo. È arrivata a tanto la petulanza ed indiscretezza di D. Vasco Colmenero, che non contento di aver già cacciato della Città quattro Sacerdoti cioè il Sig.r Canonico Canova il Sig.r Bonifacio Piazza, Rettore del Seminario, il Sig.r Carlo Masserano, et il Sig.r Gavinio, sotto varii pretesti, hoggi ha fatto dire al Rev.do Nicola Beneficiato della Cattedrale di dover comparire travestito in una commedia oscena che si recita in pubblico Palazzo, altrimenti che debba sortire dalla Città. E pure questo è uno delli più modesti morici, che abbia questa Chiesa. Credo però che Dio benedetto non lo tollererà lungo tempo per li molti suoi eccessi, sebben ogniti sono però saputi in parte.
His addere ea quae de eodem scribit infra: 1659. 20. Settembre Don Vasco Colmenero Governatore pretende dalla Città in dono la casa, che serve pel monte di Pietà, con che la Città trovi altra casa equivalente per detto monte, et ciò a contemplatione del suo buon governo; e pure non è stato forse mai il più disgratiato, eccettuatone quello di Don Vincenzo Monsorio, il quale fu assolutamente tirannico. In fine è stata necessitata la Città a pigliar in contanti ducatoni due mila per prezzo di detta casa et ha esatto ~~...~~ per detta casa ancora dalle terre della Provincia con ogni rigore molte centinaia di scudi mandando nelle zone quantità di soldati.

88. Eodem anno 1659. die 4. Decembris e vivis excessit Dominus Franciscus Amatus Canonicus Theologus Cathedralis, eidem subrogatus fuit a Capitulo Petrus Antonius Mazzonus prout ex actis capitularibus 18. Ia-

nuarii

Sede Vacante

Januarii 1659. quem exhibeo:

"Anno Domini 1659. die 16. Januarii Vercellis in sacristia Ma-
"ioris Cathedralis etc.

"Cum sit quod die 18. Decembris nuper proxime elapsi, Perillustris
" et admodum Reverendus D. Franciscus Amatus Canonicus Theologus Ca-
"thedralis S. Eusebii, diem clauserit extremum; cumque inde iuxta fun-
"dationis, et consuetudinis perantiquae spectaverit, et spectet providere
"de Sacerdotibus sive personis Ecclesiasticis, quandocumque certis men-
"sibus, videlicet Martii, Junii, Septembris, et Decembris, vacare conti-
"gerit Canonicatus, per collationem, possessionem et in eum trans-
"missionem, ad praefatos DD. Canonicos et Capitulum. Quare etiam
"casu enunciato, omnino demandaretur executioni, quae per Concilia
"Provincialia Mediolanensia, et potissimum [illegible] disponuntur, Con-
"cursum instituit, invitando per edictum publicum iam antea
"propositum, si qui essent, qui pro regimine Canonicatus, et Prae-
"bendae Theologalis sic vacantis, examen subire vellent, et prae-
"missis praemittendis, praehabito videlicet delectu DD. Theologorum,
"et peritorum pro dicto examine et periculo faciendo etc. Quo
"facto cum inter idoneos et dignos, qui praeferri mererentur hu-
"iusmodi Canonicatus, et Praebendae Theologalis administrationi, de-
"claratus fuerit, et renunciatus exstitit Perillustris et admodum R.
"Dominus Petrus Antonius Mazzonus Sacrae Theologiae Magister etc.
"Hunc ipsum evocatum Domini Canonici et Capitulum, om-
"nes unanimes et nemine discrepante, praedicto Canonicatui, sive
"Praebendae Theologali praefecerunt per actum solemnis Collationis
" et Canonicae institutionis, videlicet per impositionem bireti, et
"missionem in realem et actualem possessionem etc." Sequitur
actus possessionis in forma.

Ut autem sciat Lector quis sit usus, et quae consuetudo hu-
ius Ecclesiae quoad Collationes Theologalis et Poenitentiariae vacantium
in mensibus Capitularibus, opportune adnotandum est duo alia ex-
empla huiusmodi collationum haberi ex actibus Capitularibus.

Sede Vacante

Anno 1726. mense Decembri obiit Dominus Canonicus Poenitentiarius Joannes Baptista Pasquarinus. Die 9.a eiusdem mensis, nullo indicto concursu nulloque praeposito edicto, Capitulum in Poenitentiarium elegit et constituit D. Joseph Maria Lancianus tunc Coadiutorem D. Canonici Theologi Bartholomaei Augustini Perrone, qui deinde praefatam Poenitentiariam possedit usque ad mensem februarii 1743 quo vivere desiit. Anno 1757. die 9. Martii diem clausit extremum Dominus Canonicus Poenitentiarius Carolus Antonius Maggia. Hic nonnihil disceptatum est cum Ill.mo Domino Episcopo Solario. Sed controversia amicabili compositione diremta est. Episcopus is fuit qui edictum Concursus proposuit, Examinatores selegit, et praestituta die examen commentatum instituit. Capitulum autem accepto ab Ill.mo Episcopo rotulo eorum, qui digni et idonei renunciati fuerant ex iis per suffragia secreta selegit D. Joannem Baptistam Constantium Lectorem Philosophiae in Regiis Scholis huius Civitatis, eique de more Canonicatum contulit. Hac de re tamen fusior redibit sermo suo loco.

89. Hunc aliqua delibare opportunum erat de motibus, et bellicis expeditionibus, quae hisce in regionibus acciderunt. Vercellenses quamdiu Hispanorum dirum oderant dominium, et inter eos nonnulli plures consilium inierant, ut Sabaudum Ducem, legitimum Dominum reducerent. Anno 1656. res eo devenerat, ut parum abfuerit quin Hispani pellerentur. Sed coniuratione patefacta, in suspectos acriter inquisitum est et urbis praesidio cuiusque militum numerus, qui non bene affectos in obsequio continerent, iussu Cardinalis Theodori Triultii additus. Exinde Cives gravioribus vectigalibus onerati sunt, et per urbem frequentes excubiae dispositae, quae eorum consilia diligenter perscrutarentur, conventus dissiparent, et suspectos ad Tribunalia sisterent. Anno 1659. Sabaudus Tridinum per deditionem recepit et alia circumquaque loca ad urbis usque portas occupavit.

90. Anno 1659. insignis fuit tamen pax, quam Pyrenaeorum.

Pinkincorum vacant, quousque Episcopi ad hanc gubernandam Ecclesiam destinationem. Pax conclusa est die 7. Novembris. Per eam inter caetera, decreta est restitutio Vercellarum, et Provinciae faciendo Sabaudiae Duci legitimo Domino. Haec restitutio quamvis effectum non habuerit nisi die ultima Decembris promulgata tamen fuit publice in Ecclesia Cathedrali S. Eusebii, per Ministros Regis Hispaniarum die 2. Decembris uti habemus ex acta Capitulari eadem die condito in quo Capitulum delegat DD. Canonicos Petrum Paulum Gorianum Praepositum et Joseph de Filippis, ut Taurinum se transferentes hac de re Serenissimo Duci gratularentur. In eodem acto Capitulari adnotatam legimus electionem D. Abbatis Hyeronimi de Rovere in Episcopum Vercellensem his verbis: "Cum DD. Canonici et Capitulum per publicas acclamationes invitentur, ut praevius gratissimo Deo Laetentur, et exultent, quod huic Ecclesiae Vercellensi providere dignatus sit de vigilantissimo, atque integerrimo Pastore, qui est Excellentissimus et Reverendissimus Dominus Abbas Hieronymus de Rovere, et per Regiam Celsitudinem, in Episcopum Vercellarum designatus, ideo delegant D. Praepositum Gorianum, ut Taurinum se transferens, eidem Domino Abbati de Rovere, certissimum reddat testimonium de immensa ipsorum hilari gratulatione, adeo, ut singuli DD. Canonici gestientes, non aliud attendant quam celerem tantae designationis effectum, ut tandem haec Vercellensis Ecclesia duodecim elapsis annis, proprio viduata Pastore, lacrymas abstergat, et, quam primum gratam pleniorem laetetur, et fruatur aspectu. Quod quidem DD. Canonici suspiriis anhelantes, in Domino sperant."

91\. Porro quam ingens fuerit Vercellensium gaudium, ut se Domino suo restitutos intellexerunt, brevibus narrat Canonicus Cagnolassius: 1659. 2. Dicembre martedì si canta messa del Signor Arcidiacono Montonaro con musica a tre cori. Finita la messa l'intuona il Te Deum per render gratie a S. D. M. per la pace ma molto più per la restitutione di Vercelli al suo amatissimo Padrone

Sede Vacante.

Padrone. Intervien Don Vasco Colmenero con molti Ufficiali Spagnuoli, non con allegrezza ma, con tristezza e malinconia. Si fa salva d'artiglieria nel sortire il Governatore con detti Ufficiali. Vi era infinito popolo di Vercelli concorso alla solennità sopra la piazza della Cattedrale, quali per la grande allegrezza non capivano in se stessi, e sembravano pazzi, tutti ad alta voce gridavano viva viva Savoia, con gran confusione degli Spagnuoli. Alla sera battute le due ore alla Torre del Comune si suonò da festa. Alla mattina avanti l'Uffizio si suonò a S. Eusebio, e da tutte le compagnie della città. Gli uomini per allegrezza si vestono da festa, serrano le botteghe tutti si ornano con bindelli di color celeste, divisa della casa di Savoia, ognuno con canti giulivi e viva replicati procura di esporre l'allegrezza, e gaudio, che sente per vedersi restituiti al suo antico Padrone, e liberi dal duro giogo de' Spagnuoli.

92. Itaque hoc eodem anno 1659. die 31. Decembris tandem ut Deo placuit, Hispani ab urbe, et a tota Provincia abiere iisque vix egressis Sabaudus ovans, inter Publicas acclamationes, Urbem intravit, sibi extra portas occurrentibus omnis aetatis, sexus, et conditionis gaudio universis. Toto equidem occupationis tempore, fidem suam impensamque voluntatem, documentis nil levibus, nec aequivocis Sabaudo Duci probaverant, sed hac occasione se ipsos superasse visi sunt. Quum Carolus Emanuelis II. cum post Urbis recuperationem novis propugnaculis fortissimisque munitionibus, eam vallasset sicuti ipsa dicimus hoc insigne testimonium fidei Vercellensium, in interiori Mediolanensis Portae parte, marmore sculpi jussit

Carolus Emanuel II. Sabaudiae Dux Cypri Rex
Vercellarum Urbem
Nobilissimam .... Subalpinae regionis antemurale,
....
.... a se recuperatam
firmiore murorum molimine complexus est

ut amantissimos Cives
Qui fida semper corda sibi servaverunt
amantissime servet.

93. Anno sequenti 1660. die undecima Januarii Vercellas advenit Carolus Emanuel II. Sabaudiae Dux, effusissimis gaudiis a Civibus exceptus. Rem notat Canonicus Cagnolus his verbis: 1660. 11. Gennaio il Duca Carlo Emanuele II. di Savoia nostro dilettissimo Padrone giunge a Vercelli circa le ore 22. smonta alla porta di S. Eusebio, ricevuto dal Capitolo si canta il Te Deum, suonano tutte le Campane della Città, si affolla infinito popolo gridando a tutta potere viva viva Savoia. Va ad alloggiare a S. Andrea. Alli 12. li Ill.mi Archiprete, Cagnolo, Rossa, Vinardo, Salomone, e Bussano deputati dal Capitolo, a nome di detto Capitolo sono da Sua Altezza Reale a complire, e sono accettati con somma soddisfazione. Parte alli 17.

94. Paulo post novi gaudii argumentum accessit ob Matrimonium Taurini contractum Margaritam inter Caroli Emanuelis sororem, et Rainucium II. Farnesium Parmae et Placentiae Ducem, die 29. aprilis. Cum Taurini Magnificentissima pompa indicta erat pro Vercellorum receptione. Cum nuptiae Augustiorum fuere, Vercellis novo hoc addito Laetitiae argumento, festivae celebritates adornatae sunt. Capitulum Eusebianum, gratulationis causa, tres Canonicos Taurinum delegavit.

J. Hieronymus Primus

Hieronimus

Anno 1660.

1. Pace composita omnia Vercellis felicissima fuere. Ecclesia ipsa quoque novum nacta sponsum, et diuturnae viduitatis calamitate depulsa, omnia fausta sibi iure pollicebatur. Dux Sabaudiae ut primum

Hyeronymus

Vercellos recepit, nihil antiquius habuit, quam ut optimum Pastorem eidem decerneret. Inter multos hac Dignitate dignissimos, delectus est D. Abbas Hieronymus de Nuxe, Vir generis nobilitate, Scientia multiplici, et rerum gerendarum peritia insigniter clarus, quique legationem apud Christianissimum Regem pro Sabaudiae Ducis difficultatibus illis temporibus, magna cum laude, feliciter obierat. Hinc pro meritis, duobus Monasteriis Commendatis, nempe S. Mauri de Pulcherata, Provinciae Taurinensis, et S. Januarii Dioecesis Vercellensis insignitus erat, et tunc Consiliarii Status munere fungebatur. Romam itaque profectus, ibidem in Ecclesia S. Caroli, quam de Gattinariis dicunt, ab Emin.mo Cardinali Antonio Barberino solemniter die 9. Maii 1660. Episcopus Vercellensis Consecratus est (#)
Die ~~XI.~~ quarta ~~eiusdem~~ Junii iam Taurini erat, Roma redux. Id discimus ex actis Capitularibus eiusdem diei, in quo legimus: a Capitulo delegatos fuisse DD. Canonicos Petrum Paulum Goriam Praepositum et Georgium Ludovicum de Salamonibus, ut Taurinum adeuntes eidem gratulationis, et obsequii iura dependerent. Dum Romae fuit, familiariter usus est Domino Canonico Carolo, Joanne Baptista Velato, qui per id tempus, defunctus vicariatu Apostolico Ecclesiae Eudertinae, et vacato eiusdem Ecclesiae pro Episcopo noviter electo Vicariatu, ibi erat; eumque secum in Patriam reduxit. Die 26. Julii omnium gratulationibus, et festivissimis acclamationibus exceptus solemnissima pompa ad Ecclesiam suam accessit. Initio Episcopatus tantisper usus est opera Domini Archidiaconi Alberti Montonarii iam Vicarii Generalis Capitularis; sed brevi eo exauctorato in Vicarium suum Generalem elegit praefatum D. Canonicum Velatum. Paucis ab ingressu diebus, infirmatus est. Ubi convaluit, ex consilio Medicorum ad Ruptaepinam die 25. Augusti se contulit, puriore aere fruiturus, quo se perfecte ab infirmitate reficeret. Absens fuit usque ad diem 18. Decembris.

2. Per id tempus Archiepiscopus Taurinensis e vivis excessit. Eidem ab Serenissimo Duce Hieronymus noster, et Hieronymo in Episcopatu Vercel-

(#) Die IV. Iunii possessionem Episcopatus per Procuratorem [illegible] ingressus est. Die [illegible] etc.

Vercellensi, Michael Angelus Brolia, de quo infra, nobilis Cherianus, abbas commendatarius S. Mariae de Pinerolio successor electus fuit. In actu Capitulari diei 10. Decembris delegantur DD. Canonici Praepositus Goria, Cravarius, et Bertonus, ut Taurinum accedentes eidem Domino Abbati Broliae designato Episcopo Vercellensi ob promotionem Episcopi Hieronymi de Rovere ad Archiepiscopatum Taurinensem, nomine Capitularis Collegii gratulationis persolverent. Paulo post legatus apud S. Sedem Serenissimi Ducis rescripsit, quod Bullae Archiepiscopatus Taurinensis favore D. Episcopi de Rovere propediem erant expediendae. Caeterum mors quae non multo post supervenit, eidem domino Episcopo infulam Taurinensem praeripuit.

3. Porro Hieronymus Vercellas novus in pleno Capitulo de more ingressus promisit observantiam transactionis olim initae inter Dominos Episcopos, et Capitulum. Ecce huius promissionis exemplum

"Anno Domini 1661. die 4. Mensis Januarii Vercellis in sacristia
" Maioris Cathedralis etc."

"Ibique personaliter constitutus Ill.mus et Rev.mus Dominus Hierony-
" mus a Rovere, Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Vercellensis
" et comes, qui cum virtute transactionis olim initae inter Ill.mum
" Dominum Guidonem Cardinalem Ferrerium, tunc Episcopatus, et
" Ecclesiae Vercellensis, perpetuum administratorem ex una, et Do-
" minos Archidiaconum, Archipresbyterum, Praepositum, Canonicos, et
" Capitulum eiusdem Cathedralis Ecclesiae Vercellensis ex altera, a Sancta
" Sede Apostolica confirmatae per literas sub plumbo expeditas
" datas Romae anno 1585. Kal. Maii Pontificatus SS.mi Domini
" Sixti Papae V. fel. recordationis anno primo inter caetera fuerit,
" et sit inter ipsos statutum, et conventum quod tunc Ill.mus et Rev.mus
" Episcopus pro tempore provisus de Ecclesia, et Episcopatu praedicto,
" quem DD. Archidiaconus, Archipresbyter, Praepositus, Canonici,
" et Capitulum praefati, teneantur et debeant cum primo Capitulo post
" obitum Ill.mi et Rev.mi Domini Episcopi adeptam possessionem
" Episcopatus et Ecclesiae praedictae, transactionem praedictam in Capitulo

Hyeronymus

" Capitulo praedicto approbare, ratificare, et emologare, et illam pariter
" observare prout ad unamquamque ipsarum partium spectat et
" pertinet promittere. Hinc fuit et est quod idem Illmus et Revmus
" Dominus Hieronymus a Nova, Episcopus praefatus qui de Episcopa-
" tu, et Ecclesia praedicta per Procuratorem iam adeptus est possessio-
" nem die 10. Iunii et die Mercurii 23. mensis Iulii anni pro-
" xime fluxi 1660. hanc Civitatem est ingressus; ogni cum attenta
" eius adversa valetudine, pristinae sanitatis recuperandae causa abesse
" convenerit, nunc sponte et ex eius certa scientia, ad plenum
" informatus, ut ibidem dixit, et protestatus est, dicit et protestatur
" de praedicta Transactione, illiusque pleno tenore, et de omnibus
" in eadem contentis, quae etiam ibi alta et intelligibili voce per
" me Secretarium infrascriptum assumptum lecta fuit ad ipsius
" Illmi et Revmi Episcopi, et DD. Canonicorum, et Revmi Capi-
" tuli praedicti, plenam intelligentiam, illam et omnia, et quae-
" cumque in ipsa contenta ratificavit, approbavit, et emologavit,
" ratificatque, approbat, et emologat virtute praesentis publici Instru-
" menti, convenitque, et cum iuramento facto eius pectore Prae-
" latorum more, promisit et promittit eandem, et omnia, ac
" singula in eadem contenta, firmiter attendere, et observare, nec in
" aliqua eius parte, ullo umquam tempore, nec quavis ratione, vel
" causa eidem contravenire et opponere, eo modo videlicet quo iam
" per praedecessores suos Illmos fuit ratificatum, approbatum, emologatum,
" et promissum, et non aliter praesentibus infrascriptis DD. Archidia-
" cono, Archipresbytero, Praeposito, Maiore, Canonicis, et Revmo
" Capitulo, praemissa omnia acceptantibus, eorum, et praedicti Revmi
" Capituli, ac in eadem Ecclesia, et Capitulo suorum Dominorum
" successorum nomine, immo qui pariter praefato Illmo et Revmo DD.
" Episcopo ibidem prout supra praesente et suo et Illmorum DD. suorum
" in Episcopatu et Ecclesia praedictis successorum, nomine acceptante
" ipsammet Transactionem, et omnia in eadem contenta, modo quo supra
" ratificarunt, approbarunt, ratificant, et approbant, et cum iuramento

"per eos praestito, tactis eorum pectoribus Religiosorum more, convenerunt
" et promiserunt, conveniunt, et promittunt prout iam alias fecerunt,
" plene observare modo et forma suprascriptis. De quibus omnibus prae-
" missis tam praefatus Illmus et Revmus DD. Episcopus, quam praefati
" Domini Archidiaconus, Archipresbyter, Praepositus, Maior et Canonici
" ordinarunt unum publicum fieri Instrumentum per me Nota-
" rium, et Secretarium infrascriptum assumptum praesentibus te-
" stibus etc.

"Hieronymus Episcopus Vercellarum
"Georgius Ludovicus Solomon Sindicus
"Zlatus(?) Rossa(?) testis
"Joannes Petrus Bonivus(?) testis
"Joannes Matteus Lozzolus(?) testis
"De Bobiatis Secretarius assumptus."

3. Die 7 Februarii initium fuit acti delegatus Apostolicus actis pro beatificatione, seu Canonizatione Venerabilis Amadei Ducis Sabaudiae. Notat ~~Corradus~~ canonicus Cognolus quod die 20. 21. 22 eiusdem Februarii " d'ordine di Monsignore ad instanza del " Signor di Cavorette, si ruppe il Pavimento della Chiesa e s'usa " ogni diligenza per rinvenire la cassa ove furono riposte le ossa della " fu Duchessa Jolanda moglie del B. Amedeo, e quella ove furono " riposte le viscere del B. Amedeo, e niente si trovò." Notat praeterea factam esse perquisitionem prope Baptisterium, ubi traditio habet sepulcrum fuisse Beatricem uxorem Imperatoris Federici Barbarossae, et in ingressu portae Maioris, "dove sogliono, ait, andar " molte persone ad inginocchiarsi per divozione."

4. Die 6 Julii eiusdem anni 1661 Visitationem Pastoralem Dioecesis aggressus est, et Cathedrali S. Eusebii cum exorsus deinde Sologgolam, Bugellam, Oropae Montem, et successive Arcidunum, aliaque loca ubi incentia visitavit. Hinc 20. Augusti Taurinum se contulit, unde Vercellas redit die 7. Decembris. Ibi die 3. Januarii 1662 interfuit anniversario, quod in Cathedrali celebrari consuevit pro quondam

Hyeronymus

quondam Ill.mus Goria. Sed die 18. eiusdem Ianuarii, apoplexia percussus die 20. animam Deo reddidit circa hora 22. annos natus 62. et sepultus est in sepulcro pro Episcopis parato a quondam Domino Episcopo Bonhomio. Funus solemni pompa ornatum duxit Ill.mus Attilius Petra Sancta Episcopus Vigilebanensis, ad hoc a Capitulo advocatus. Nonnullas altercationes habuit cum Capitulo ob subsidium charitativum ut aiunt, quod sibi ab eodem Capitulo deberi arbitrabatur. Sed de Capituli immunitate ab huiusmodi subsidio, ex privilegiis, et antiquissima Ecclesiae consuetudine plene edoctus, a suis postulatis deinceps abstinuit. Huius Episcopi vitam et res gestas brevi compendio exhibet additio ad Ughellium his verbis: Hyeronimus de Rovere Vercellensis, Abbas Commendatarius Monasteriorum Sanctae Mariae de Pulcherria (corrige et dic: Sancti Mauri de Pulcherata) Taurinensis Provinciae, et S. Ianuarii Vercellensis Dioecesis, Vir scientia et rerum gerendarum peritia celebris, quique oratoris munus apud Christianissimum Regem pro Serenissimo Sabaudiae Duce strenue obiit, ex Consiliario Status eiusdem Ducis, ad hanc Ecclesiam promotus est die 5. Maii 1660. (est dies inaugurationis, seu potius consecrationis ut aiunt) et nondum exacto suae pastoralis curae biennio, valedixit huic saeculo ineunte anni 1662.

E. Ex hac gente plures prodiere viri scientia, et dignitate clarissimi, & inter eos sunt Sixtus IV. Pontifex maximus ad hanc dignitatem evectus anno 1471: Iulianus de Rovere Sixti IV. nepos, Episcopus Vercellensis deinde Summus Pontifex anno 1503. Iulius II. nuncupatus; Dominicus de Rovere S. R. E. Cardinalis et Episcopus Taurinensis anno 1490. qui Cathedralem Ecclesiam Taurinensem a fundamentis erexit, teste elogio, quod in dictae Cathedralis prospectu adhuc legitur: Ioannes Ludovicus a Rovere Dominici patruelis Episcopus Taurinensis anno 1497: Ioannes Franciscus a Rovere Iulii II. nepos, et Ioannis Ludovici nepos primus Archiepiscopus Taurinensis anno 1506: Hieronymus a Rovere Ioannis Francisci nepos S. R. E. Cardinalis Archiepiscopus Taurinensis anno 1564.

Hieronymus

6. Post obitum Domini Episcopi Capitulum antequam procederet ad Electionem Vicarii Generalis Capitularis commisit pro interim D. Alberto Montonario Canonico et Archidiacono ut si quae urgerent, opportune provideret nomine Capituli. Id habemus ex actis Capitularibus 21. Januarii 1662. Et ita deinceps fieri consuevit. Porro idem D. Archidiaconus Montonarius electus est die 26. ejusdem Januarii in Vicarium Generalem Capitularem, ad annum, et sub iisdem reservationibus de quibus supra numero 82. cum ageremus de Episcopo Jorio. Caeterum pristinus demum exoluerat favor, et ipse iam incurrerat odia multorum: Itaque mense octobris sequentis de Vicariatu abdicare coactus est, eique a Capitulo subrogatus fuit Dominus Canonicus Joannes Baptista Aemilionus de Grandis confluentino, ut infra dicetur.

6. Per id tempus, hoc est die 14. Julii 1662. ultimum diem obiit Franciscus Hieronymus ex Cagnola nobilissima Vercellensi gente, Canonicus S. Eusebii, [illegible] ab anno 1614, et Magister Hospitalis S. Silvestri de Nantipa, vir cordatissimus, cui a Capitulo graviora difficillimis illis temporibus negotia conficienda committi consuevere, quique uti supra innuimus ad sanandum illud schisma quo post obitum Illmi Gorie, Capitulum laborabat, secundum Vicarius Generalis ab Archiepiscopo Mediolanensi delectus erat. Hic Commentaria sui temporis simplicissimo stylo descripsit, quae nobis ad hanc texendam historiam magno adiumento fuerunt: Sanctissimam Virginem Mariam, peculiari devotione coluit, eiusque Cappellam in Basilica Eusebiana erectam sub titulo Beatae Mariae Virginis dello Schiaffo, vivens cancellis ferreis, aliisque decorationibus ornavit, et morti proximus, Canonicum [illegible] ex asse haeredem instituit: Legitur in eadem Capella, eius elogium, marmoriasque in Capitali sculptum uti sequitur.

Cor Hieronymi Cagnoli
Patritii et Canonici Vercellensis;
alibi ne quaere Viator,

Hieronymus

Quam ubi thesaurus ejus est,
Qui Deiparam Virginem
Suorum omnium haeredem scripsit,
Non alibi quam in ejusdem sinu,
Cor ejus invenies.
Bonus ex Evangelio trapezita,
Fortunae etiam ex bonis
Novit facere lucra virtutis.
Ut filium lucrifaceret,
Matri donavit.

7. Interea Ecclesiastici, qui Serenissimi Ducis beneficio, sublatis vexationibus, quas olim ob Hispanis patiebantur, Ecclesiastica ab omnibus cum immunitate, eo usque pacifice fruebantur, iterum insperatis molestiis ab DD. Thoma Paglino Urbis Praetore, Maiore Montonario fratre Dni Archidiaconi, et Delafaye exagitari coeperunt. Hinc decreto Praetoris Paglini Ecclesiasticorum boves, aliaque pecora e praediis ruralibus abducta, et pignorata sunt. Huic violentiae se viriliter opposuere Canonici, nomine totius Cleri, implorato officio et auctoritate Vicarii Capitularis. Sed is erat frater Maioris Civitatis. Habemus actum Capitularem diei 6. Septembris 1662. in quo legitur Canonicos de Domino Alberto Montonario Archidiacono Vicario Capitulari in pleno Capitulo, ipso praesente graviter conquestos esse, quod hanc de se iustitiam denegarit, et gravamen intulerit contestantes ipsum teneri omnibus damnis et expensis etc. eumque interpellasse ut officium Vicariatus dimitteret, denuntiantes se sibi dimittere renueret, ad alterius Vicarii Capitularis electionem processuros: Dominum vero Archidiaconum ut fulmini se subtraheret, pollicitum esse se Ravennam quamprimum recessurum, ibique propriis sumptibus acturum apud Nuntium Apostolicum, ut condigna satisfactio decerneretur: atque ita Canonicorum indignationem tantisper mitigatam fuisse.

8. Dominus Archidiaconus, statim quidem Ravennam discessit: ibi

tamen paucis moratus diebus, et nulla re gesta Castellatium in Montferrato se contulit. Interea Capitulum, in Provicarios generales successive elegit Dominos Canonicos Augustinum Amedeum Burontinum, Praepositum Petrum Paulum Gorianum, et Marcum Anselmum Cassaninum; qui omnes officio renunciarunt. Et nullus amplius deinceps fuit, qui illud acceptare voluerit. Id habemus ex actu Capitulari 9. Octobris 1662. ibi: facta omnibus et singulis Dominis Canonicis congregatis instantia de acceptando officio Provicarii Generalis nemo ex iis dictum Officium acceptare voluit allegando se acceptare ipso omnimodam libertatem exercendi huiusmodi Officium, attenta manifesta et publica violentia, quam patitur Clerus, et Capitulum ab Dominis Praetore Civitatis, et Paglino et aliis Ministris. Hinc iterum magnis motibus Capitulum contra Dominum Archidiaconum exarsit. Quod ubi is rescivit, Vicariatu tandem se abdicavit, Epistola data Castellatii die 6. Octobris. En illam:

"Molto Ill.ri e Rev.mi S.ri Prone Colmi

"L'essere stato io a Torino a spendere il mio con mille fatiche, stenti, e disgusti per procurare qualche buona risolutione a favore del Rev.mo Capitolo e Clero, come ne potrà attestare il Sig. Vicario Castiglione, e l'istesso Monsignor Ill.mo e Nuntio, e vedendo che la mia servitù non viene gradita da tutti, essendomi massime stato perso il rispetto, in pieno Capitolo; però prego le SS.rie loro voglino per servitio di far elettione d'altro Vicario Capitolare più gradito e più habile della mia persona a simil peso, che io in questi scritti protesto che rinuncio la carica, e resto obligato alle SS.rie loro del favore fattomi, con assicurarli, che per servitio della Chiesa nostra, spenderò eziandio il sangue, e qui senza più riverisco le SS.rie loro Rev.me Restando il solito

"Delle SS.rie V.re Rev.me

"Castellazzo li 6. ottobre 1662.

"Dev.mo et Obl.mo Servo Montonaro."

Hyeronymus

Haec epistola reddita est in pleno Capitulo die 13. eiusdem Octobris:
eique rescriptum est in hanc sententiam:

"Molto Ill.re e molto Rev.do Signore

"L'opera V. S. andato a Torino è stato di sua elettione, e non di
"nostra commissione. Del suo operato colà noi non ne sappiamo
"altro, se non l'esito, che per noi non poteva riuscir più pregiu=
"dichevole, et che lei ha fatto tutto il roverscio degli ordini di Mon=
"signore Ill.mo Nuncio, mentre si è ritirato in vece di amminis=
"trarci giustizia, come l'istesso Monsignore Ill.mo ci scrive, e non
"ha poi V. S. ragione di dire che le sia stato perso il rispetto in
"Capitolo, perchè ognuno di noi ~~ha~~ ha solo implorato all'occasione
"quelle provisioni che V. S. era obligato, et ha sempre subterfugito
"di fare con somma nostra mortificazione.

"Alla tarda sua pretesa rinuntia della carica si avrà da noi
"quel riguardo che si deve, senza pregiudicio delle nostre ragioni in
"simile affare, non intendendo per atto noi di recedere dalla pro=
"testa già fattagli, dei gravissimi danni da noi per sua causa pa=
"titi, per ottenerne poi a suo tempo per mezzo della giustizia il do=
"vuto risarcimento; con che tutti unitamente di buon cuore, le ba=
"ciamo le mani. Vercelli li 13. Ottobre 1662.

"Di V. S. M. Ill.re e molto Rev.da

"Aff.mi Servi

"Li Canonici e Capitolo della Cattedrale."

9. Interim res in arcto posita erat, et pendens suberat timor nemi=
nem ex Canonicis fore, qui officium Vicarialus acceptare vellet.
Nam ut abstinerent a minacibus denuntiationibus, contra eos un=
dique agitatur. Equidem cum die 23. Octobris Capitulariter
convenissent novum Vicarium electuri, et singuli a Canonico Sin=
dico interpellati essent, novum ~~Vicarium electuri, et singuli~~ omnes
constanter munus recusarunt. Dominus Canonicus Joannes Bap=
tista Aluitianus de Grandis Conspectitiae solus fuit qui fortasse fa=
cinus inermem se paratum dixerit, Vicariatum obire Stageo concor=
dibus

plaudentibusque suffragiis, Vicarius Generalis Capitularis ad annum, sub consuetis reservationibus electus est. Eadem animi constantia deinde acta contra Dominum Praetorem Paglinum prosequutus est, eumque tandem lata sententia declaravit Excommunicationem Maiorem incurrisse et successive in omnibus Urbis Ecclesiis, excommunicatum publice denuntiari jussit. Ob id DD. Maior Montonarius, de la Faye, aliique militaris ordinis contra Canonicos, et Vicarium Capitularem exasperati nocte quae festivitatem Natalis Domini praecedebat, in insidiis positi in nonnullos Canonicos, aliosque Clericos, qui ad Cathedralem S. Eusebii, consueta officia celebraturi conveniebant violentas iniecerunt manus. Itaque ipsi quoque excommunicati publice denuntiati sunt.

10. Ab hac sententia ad Illmum Nuncium appellatum est. Exinde magni motus contra Canonicos et Vicarium excitati sunt. Anxios praecipue tenebant animos, criminationes, et calumniae gentibus apud Regiam Celsitudinem, ab adversariis agi ferebantur. Quare Capitulum ut rebus suis opportune prospiceret, Dominum Canonicum Thomam Franciscum de Advocatis Valdengi, contradicente Domino Archidiacono Montonario, Taurinum legavit, ut quidem in Nunciaturae Curia, appellationis causam curaret, districto tamen addito mandato, ut prius et ante omnia coram Regiam Celsitudinem se sisteret, eamdem omni asseveratione, de Capituli subiectissima obedientia certissimam redderet, quae acta essent edoceret, causam Capituli peroraret, eam Regiae commendaret clementiae, et quae sibi ab Serenissimo Duce praescriberentur, diligentissime observaret. Haec habemus ex actibus Capitularibus 9. Februarii et 3. Martii 1663. legatio prospere omnino cessit. Princeps de turbibus Capituli plene edoctus, jussit controversiam, opera Arbitrorum amicabiliter dirimi. Habemus actum Capitularem 13. Aprilis 1663. in quo legitur: DD. Canonici et Capitulum deputant DD. Canonicum de Advocatis, et Sindicum Filippi, ut accedentes ad Civitatem Taurini ibi coram Illmo et Revmo DD. Nuncio Apostolico Archiepiscopo, Dno Abbate Agliensio, ac Perillmo et Revmo Domino Vicario

Hyeronymus.

Castilliomo, aut alio ad id deputato, aut deputando a sua Regia Cel-
situdine, tam nomine Rev.mi Capituli, quam totius Cleri Vercel-
lensis, pro quo de rato convenient super forma satisfactionis dandae
per D. Joannem Stephanum Montanarium Maiorem huius Civitatis, Dominum de la Fagé aliosque denuntiatos excommuni-
catos ex causa iniectionis manus violentae in clericos, et DD. Ca-
nonicos nocte festivitatis Sanctissimi Natalis Domini Nostri proxime
elapsae, et latius prout ex actis apparet: et de huiusmodi forma
sic conventa, quascumque declarationes necessarias faciant, con-
sensum dicti Capituli et Cleri pro absolutione necessarium prae-
stent. Item cassationi et annullationi Actorum consentiant, liti
et instantiae renuntient etc. cum facultate amplissima. In actu
vero Capitulari 21. eiusdem Aprilis, legitur aliud simile man-
datum, pro parte D. Praetoris Pagliani ibi: Constituunt denuo
in eorum et Rev.mi Capituli Procuratores DD. Canonicos Tho-
mam Franciscum de Advocatis, et Joseph Gilippi absentes
etc. ad comparendum de amicabili coram Ill.mis et Rev.mis
DD. Nuncio Apostolico Archiepiscopo Taurinensi, ac Abbate A-
glianio, seu aliis a Regia Celsitudine deputandis, ibique
ad consentiendum quibuscumque conventionibus, concordiis, et pa-
ctis pro satisfactione dicti Capituli praecipue autem pro refi-
ctione reali bellnarum, Capitulo et Seminario odio exequtarum,
damnorum et expensarum exinde ob id passarum, praevia ta-
men submissione per dictos DD. Paglianum, et Bissonum praestanda de
non amplius violanda immunitate Ecclesiae, iuxta formam ab eisdem
DD. Arbitris dictis praescribendam; ita et prout ab eisdem DD. Nuncio
Archiepiscopo et Abbate concordatum fuerit et ad quibuscumque
scripturis super hoc forsan necessariis subscribendum, liti renuntian-
dum, ac totam Cassationi et annullationi etiam consentiendum.
Et ita demum favente Principe, haec controversia sublata est,
et violentia depulsa.

Michael Angelus

Michael Angelus.

Anno 1663.

1. Adhuc vivente Episcopo di Novara, cui Archiepiscopatus Taurinensis decretus fuerat, Michael Angelus Brolia, nobilissima Cheriis ortus propagine, et Abbas Commendatarius S. Mariae de ~~Dulcio~~ Pinerolio, Episcopus Vercellensis delectus fuit ut vidimus. Post obitum Hieronymi, Serenissimus Sabaudiae Dux, in eadem sententia persistens, Michaelem Angelum denuo Episcopum Vercellensem nominavit. Hic itaque ineunte aestate anni 1662. Romam profectus est, ut Episcopus consecraretur. Sed cum ibi suae idoneitatis in publico examine ad id instituto, periculum fecisset, orta quaestio est num Pinerolii Abbatiam dimitteret. Cum ipsa non esset causa posse tam cito dirimi, re infecta Taurinum rediit. Anno sequenti 1663. omnis controversia sublata est eique permissum ut Abbatiam retineret. Itaque die 30. Julii eiusdem anni 1660. Romae publico praeconio Episcopus Vercellensis inauguratus est. Die 20. Augusti possessionem Episcopatus per Procuratorem, adeptus est more Maiorum primo in Ecclesia Cathedrali S. Mariae Maioris, deinde in Basilica Eusebiana; prout liquet ex sequenti Actu Capitulari.

"Anno Dñi etc. 1663. die lunae 20. Augusti etc. Vercellis etc.
"Dominus Canonicus Archidiaconus Coadiutor Montonarius praesentavit
"Breve Apostolicum de capienda Possessione Episcopatus huius
"Ecclesiae, cum debita forma expeditum. Datum Romae die 6. cur-
"rentis Augusti, ad favorem Illmi et Revmi DD. Michaelis An-
"geli Broliae, ad hanc Ecclesiam electi, offerens se paratum quae-
"cumque sibi incumbunt implere etc.
"Domini Canonici et Capitulum audita lectione dicti brevis, et
"mandati hic exhibiti facta per me secretarium etc. obtulerunt se

Michael Angelus

"porrectos eidem brevi parere, et non dispensant Illmum Dominum Electum
"praefatum, immitti in possessionem iuxta illius formam et tenorem,
"eique debita obsequia praestare iuxta consuetudines Ecclesiae, dum=
"modo D. Archidiaconus Procurator iuret nomine Illmi Dni
"Electi de observanda transactione inita inter Episcopos huius
"Ecclesiae, et Venerabilem Capitulum eiusque statutis, et laudabilibus con=
"suetudinibus, prout sic eodem instanti iuravit; ideoque com=
"miserunt DD. Canonicis Diaconis Andreae Gurlae, et Ioanni
"Mazzono Poenitentiario, ut ipsum D. Archidiaconum Procura=
"torem associent ad Ecclesiam Cathedralem S. Mariae Maioris,
"ibique possessioni per eum capiendae assistant, indeque ad hanc
"Ecclesiam redeundo, eum pariter associent, eique possessioni
"ibi capiendae similiter assistant in omnibus et per omnia; pro=
"ut sic ipsi, illico reversi retulerunt et de singulis testes etc."

Haec gesta sunt antequam Episcopus sacratus esset.

2. Die 14. Octobris eiusdem anni 1663. solemniter in Ecclesia Me=
tropolitana Taurinensi, ex dispensatione Apostolica manus con=
secrationis Episcopalis suscepit de manu Domini Michaelis Beg=
giami Archiepiscopi Taurinensis, eidem assistentibus Dominis Paulo
Britio Episcopo Albensi, et Paulo Vincentio Rotario Episcopo
Astensi. Deinde die 18. Novembris sequentis solemni pompa
quae tamen turbata et abrupta fuit ob eventum de quo in In=
strumento mox referendo, ad Ecclesiam suam personaliter accessit.

"Ad perpetuam rei memoriam, ac Dei omnipotentis gloriam,
"tenore praesentis publici Instrumenti cunctis fiat notum, sicut nos
"Michael Angelus Brolia, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus
"Vercellensis, et Comes sub die dominica proxime praeterita 18 cur=
"rentis Novembris anni 1663. Inditione prima Pontificatus SSmi
"in Christo Patris, et Domini Nostri Domini Alexandri Divina Pro=
"videntia Papae VII. anno 9.o ad Ecclesiam nostram Cathedra=
"lem sub titulo S. Eusebii, dilecti patroni Civitatis nostrae Vercellen=
"sis cum comitatu nostro consueto personaliter accedentes, pro primario

Michael Rugjberg

„ accedentes pro primario nostro in illam ingressu solemni, de more
„ per sacros ritus praescripto; exorta differentia inter Illmos Dominos Vice-
„ gubernatorem (Commendante) Civitatis pro I. R. C. D. Alexandrum
„ de Drasosh, ac Eheseum Nagya tanquam Priorem, aliosque
„ Illmos Dominos de Collegio Doctorum, ac officiales deputatos et alios
„ nobiles Cives dictae Civitatis, praetendentes sibi singulis licere se-
„ dem collocare ad sedendum intra Cancellos Presbiterii a latere
„ sedis Episcopalis, durante concione quae haberi solet panegyrica, ex
„ una, et Reverendum Capitulum et Dominos Canonicos eiusdem
„ Cathedralis, id tanquam contra sacros ritus, tum contra decreta
„ Sacrae Congregationis penitus impugnantes, ex altera, partibus; cumque
„ quae controversia huiusmodi vertente, ad Ecclesiam ipsam Cathedra-
„ lem, et in Choro illius, Pontificalibus vestibus parati, ad cancellos
„ usque praedictos cum toto clero comitante pervenissemus, renun-
„ ciato Nobis per replicatos evancios, sedes praedictas fuisse intra
„ dictos Cancellos Chori, et Presbyterii collocatas, et dispositas, denunciato
„ autem nomine nostro, et praedictorum DD. Canonicorum, ac ite-
„ rum atque iterum protestato supradictis Dominis praetendenti-
„ bus, quod nisi sedes ut supra per eos appositae in Presbyterio amo-
„ verentur, ulterius ad Altare, nec ad perfectionem solemnitatis progre-
„ deremur; ipsisque eas amovere renuentibus, a solemni processio-
„ ne, et functione inchoata desistentes, in Sacristiam Dominorum
„ Canonicorum, quae ibidem extra Presbyterium praedictum, nobis com-
„ modum praebebat ingressum, toto Clero et DD. Canonicis comi-
„ tantibus diverti, et functionem solemnem captam, imperfectam
„ dimittere coacti sumus, ne Ecclesiae nostrae praedictae in aliquo
„ praeiudicium afferetur.

„Die autem Martis subsequentis 20. eiusdem Mensis, visa quo-
„ dammodo et aliqualiter remissa supradictorum Dominorum praetensio-
„ nem, sub Vesperam convocato Clero, ac populo cum toto Capitulo
„ Dominorum Canonicorum sub ipse functionis solemnis praedicta per-
„ ficiendae, novaque processione solemni circa caemeterium indicta

Michael Angelus

"ac finita, ad Chorum et Cancellos Presbyterii ut magis e Nobis ingressis
"ad altare osculum, et sanctissimo Eucharistiae Sacramento adoratio-
"nem progressis, hoc interim sedes, et sedilia quamplurima intra
"praefatos cancellos Presbyterii ad sedendum per praefatos DD. Comman-
"dantem, Priorem Collegii aliosque Nobiles collocata fuere. Quibus vi-
"sis Nos ipsi, et DD. Canonici omnes unanimes a Choro recedere
"et demum functionem imperfectam ex de causa relinquere, expressis
"protestatis sumus nisi sedes huiusmodi, a Presbyterio praedicto penitus
"amoverentur.

"Quo factum est ut post multas disputationes, ac propositiones
"cum indecens videretur quod praefati domini et Nobiles di Civitate
"in solemni functione huiusmodi, nullum haberent locum in quo a
"reliqua populi multitudine discernerentur, imo a toto ~~[illegible]~~ populo
"fere confunderentur protestantibus praefatis DD. Commandante Brac-
"Stale, Priore Nasseo, et aliis sese commoditatem huiusmodi, urba-
"nitatis causa, (vulgariter per cortesia) sibi concessam recognoscere
"velle, citra partium praejudicium, offerentes imo sese paratos
"illinc exire, et discedere quatenus sic a nobis eis ordinaretur, no-
"bis visum fuit pro hac vice et titulo urbanitatis uti supra
"citra ~~partium~~ praejudicium Ecclesiae et Directorum P. Congregationis
"id eis concedere prout concessimus reclamantibus tamen iisdem DD. Ca-
"nonicis. Et sic iivi ad perfectionem coeptae functionis Deo dante per-
"venimus. Et ne cui partium ex praemissis sic gestis, in futurum
"ius aliquod sibi quaesitum allegare possemus, praesentes nostras in for-
"mam publici instrumenti redactas, fieri et per Cancellarium Nos-
"trum subscribi, sigilloque nostro debite communiri iussimus, praesentibus
"ad haec omnia Illustrissimo, et admodum RR. David ~~[illegible]~~ Andrea
"Granlinio S. T. D. et Joseph Monga Presbyteris Capellanis Chori, testibus
"ad haec adhibitis, vocatis et rogatis

"M. A. Episcopus Cardillorum
"P. David Andreas Granlinus testis
"Joseph Monga testis."

Michael Angelus

3. Aliud dissidium iam olim ab Rectoribus Civitatis excitatum contra immunitatem Ecclesiasticam statim ab initio sui Episcopatus, subire coactus est. Illud graphice descriptum habemus in sequenti Epistola:

"Ill.mo ed Eccell.mo Signore, e Pron Col.mo

" Previdi fin da principio, ch'io fui nominato dalle grazie di S. A. R.
" a questa chiesa, che le sue antiche controversie con questa Città, si sareb=
" bero rinnovate col nuovo Vescovo non men rigorose di ciò che siansi
" finora fatte sentire con danni irreparabili di questa Cattedrale, alla
" quale può dirsi con verità, che non avanza più altro del suo an=
" tico splendore, che il nudo titolo, talmente sono languide le forze,
" che per lo addietro sostenevano in piedi la magnificenza e decoro di
" questo corpo. Sperai nondimeno che la medesima pietà dei Reali Pa=
" droni, con la quale si erano compiaciuti di scegliere il più debole
" fra tanti capacissimi soggetti, per appoggiarmi la servitù di questa
" Chiesa, lacera da lunghe vacanze, e dalle sue intestine discordie, a=
" vrebbe anche aperte le orecchie alle voci del Pastore di questo gregge, per
" conservargli quei pochi grascioli, che dalla liberalità degli Imperadori
" Cristiani, furongli con ampl.issimi privilegi, già sono tanti secoli
" assegnati, e che io fossi per ottenerne dalla sua retta giustizia, quella
" pace, che è la base di tutto il bene, che può trovarsi nella Repubblica Cri=
" stiana, nella perfetta armonia del Pastore Ecclesiastico col suo gregge
" e di questo col suo pastore.

"Sono stati dopo il mio arrivo a questa chiesa in calma gli anti=
" chi ondeggiamenti non già per difetto di disposizione, ma piut=
" tosto per beneficio dello spirar dell'anno, nel quale già seguiti i soli=
" ti rigori nella distribuzione ed esazione dei carichi, ha permesso una
" breve tregua, la quale stando in punto di spirare per riaccendersi
" l'antica guerra del Rastiggio, che fu sempre lo scandalo di questa Pa=
" tria ed il flagello di questo Clero, ho stimato di rappresentare a Vostra Ec=
" cellenza le vive ragioni di questa Chiesa, acciocchè col suo zelo e retta
" giustizia, contribuisca qualche soccorso a questa causa, che agita tutti
" gli umori di questo corpo, e van interrompendo ora di ministrare gli

Michael Angelo

"gli antichissimi privilegi, e liberalità ad questa insigne Cattedrale come
"esser da Pontefici Imperatori, e altri Principi, perchè so che già conosciuti
"a V.E. ma riducendomi alle più fresche angustie, che doppo alcuni anni
"mi hanno diviso questa Città a danni irreparabili del Clero, e di Laici
"ritrovo avere questo Capitolo, rapportato sentenza da Roma in contra-
"dditorio della Città, la quale decidendo questa questione, doveva met-
"ter la falce alla radice, d'ogni litiggio, e con la dovuta giustizia restituire
"la pace a questa Patria, tutta agitata da quest'anni; ad ogni mo-
"do, tanto manca che questo giudizio abbia terminato queste diffe-
"ferenze, che anzi più ravvivate, dove non ha avuto luogo la ragio-
"ne, s'è introdotta la forza, e con questa spada della Città si sono sem-
"pre troncate, e dissipate le sostanze del Santuario, rispettate anche da' gen-
"tili immuni da ogni carico e peso.

"Ne ora devo tacere a V.E. che con la visita alla quale ho dato
"principio col nuovo anno, ho veduto con mio rammarico le mi-
"serie di questi Sig.ri Canonici, quali compongono questa, altre vol-
"te così insigne Cattedrale di Vercelli, ridotti ad uno stato degno più
"di commiserazione, che d'invidia, assicurando V.E. che cinque, o sei
"eccettuati tutti gli altri non ricavano dalle loro prebende, sos-
"tanze per vivere quattro mesi dell'anno; e per confermazione di que-
"sta verità devo soggiungere, che pochi vi sono, fra questi Sig.ri Ca-
"nonici, i quali non siano ridotti alla necessità di servire per Cap-
"pellani o di Monache, o prendere simili servitù per sostentarsi sino
"alla fine dell'anno; onde prescindendo anche dalla questione se
"si possono collettare i Massari degli Ecclesiastici, ma solo prendendo ra-
"gione a questa indubitata verità, che neppure i Laici possono
"essere tenuti di ~~tenere~~ servire alla Repubblica, quando per sovvenirla
"diminuiscono grandemente il loro stato, o vero per il medesimo
"sovvenimento vengono a mancare del puramente necessario alla
"conservazione conveniente del loro stato, come sono chiare le dottri-
"ne; con quanta maggior ragione devono essere immuni le perso-
"ne Ecclesiastiche per le medesime necessità, quando non solo man-
cano

Michael Angelo

"mancano per la conservazione di loro stato conveniente, ma ne anche pos-
"sino supplire alle necessità. Siamo nel caso e si prende a questa verifi-
"cazione.

"Si vedono nel Piemonte, et altri stati di S.A.R. tutti gli
"altri Vescovadi, tante cattedrali, e Collegiate, le quali tutte godono e
"pace, e immunità, i beni non meno riconosciuti per sacri, che
"le persone, e ~~questa~~ questa sola Chiesa si trova del continuo da
"questa Città vessata; che pure mentre le sue compagne nella do-
"mestica pace godono le sue antiche prerogative.

"Come questo imposto ha la sua origine dall'antico statuto, e
"legge fatta da questa Città per sollevare il proprio Registro coll'ad-
"dossarne parte agli Ecclesiastici, così questo disordine non è parto della
"pietà dei Reali Sovrani, sempre benefichi; ma solo mero ritrova-
"mento della Città per trovar compagni nei loro tributi; e mentre essa
"pretende d'imporre col Cottizzo, peso agli Ecclesiastici si fa lecito di esi-
"mere da ogni peso, i loro Dottori di Collegio, Procuratore, Avvocati,
"e simili Ufficiali, e con questa distribuzione usa le sue liberalità con
"lo spoglio della Chiesa; quando molto più ragionevole, che i Mi-
"nistri di Dio godano di quella libertà, che loro ha concesso il mede-
"simo Iddio, che i ministri secolari, i quali con questo ricompenso fan-
"no cadere a costo de' pupilli, vedove, e della Chiesa, tutto il danno, che
"se ne prova.

"Rappresentò Monsignor Vescovo della Rovere a M. R. di gli incon.
" ed a loro Eccellenze, i scandoli, e disordini, che da questa dissonanza
"ne nascevano giornalmente, e la necessità indispensabile di porvi rime-
"dio, non solo pel beneficio universale di questa Città, ma molto più per
"la salute delle anime, le quali fra la zizania, porgevano pastura
"al peccato con manifeste rovine spirituali; e si ritrova nelle sue memo-
"rie, che dalla sua negoziazione ~~rappresentasse~~ rapportasse, che per Caresana, e Pez-
"zana, non haverebbe trovato all'avvenire molestia alcuna per
"conto del Cottizzo: e che la sentenza di Roma trovasse anche luo-
"go nel suburbio, e distretto di Vercelli, come beni tutti antichissimi

Michael Angelus

„di questa Chiesa per conseguenza immune da ogni qualunque carico
„La sua morte improvvisa non gli permise di goderne il frutto, onde
„spirato con esso ogni temperamento si sono veduti quei scandali, che
„hanno di nuovo agitati gli umori, gli uni e gli altri sollevati per
„la difesa della sua causa.

„Al zelo di V.E. per il servitio del Principe deve accoppiarsi
„il servizio di Dio, il quale notabilmente patisce nella divisione pro-
„dotta da questa zizania, la quale divide gli animi di quella Cri-
„stiana Carità, vera base del viver Cristiano, e di quella pace che deve
„unire fra di loro i fedeli; onde qual profitto si può sperare, per
„non dire quali rovine spirituali non si debbono temere; e quai
„frutti non raccoglie il nemico comune, mentre si vedono le
„proprie pecore armate contro il loro Pastore, e questi in obligo di far
„la guerra al proprio gregge?

„Una sentenza di Roma la quale decide l'articolo pel Clero,
„mi riduce in necessità indispensabile di ubbidire, un Capitolo e
„numeroso, e di spirito, ne domanda l'esecuzione: il giuramento con
„cui sono legati i Vescovi per la difesa della Libertà Ecclesiastica mi
„vincola con sacre obligazioni; e come posso negare ai ricorrenti
„giustizia, o negandola non restare nel laccio delle censure, o d'es-
„sere infedele al giuramento? Tutto questo rappresento a V.E. supplic-
„andola di qualche soccorso a queste congiunture, e senza pregiudicar nulla
„di quel carattere, che l'obliga alla difesa [del sovrano] del Principe, suggerirmi
„anche come vero Cavagliere Cristiano quel consiglio che più conven-
„ga dare alla mia obligatione Episcopale, tutte le sue parti esatte,
„senza separarle insieme dall'obligo d'un fedel suddito verso il servi-
„zio del suo Principe. Questa è la gratia singolare di cui supplico
„V.E. come la maggiore che io possa ricevere; ed attendendola dalla sua pietà
„e carità, mi rimetto a quel più che potrà suggerirle il Sig.r Prevosto Gonia
„con le lettere alla mano. E qui per fine le faccio riverenza. Vercelli li 12 febbraio
„1664. Di V. Eccellenza

„Divotissimo Servo M. Ant. Vescovo di Vercelli."

4. Die 27. eiusdem Novembris in pleno Capitulo iuratus pollicitus est de novo observantiam Transactionis initae Episcopos inter et Capitulum, ut ex actu Capitulari quem mox praefero.

"Anno Domini etc. 1663. die Martis 27. Nov. Vercellis in Sacristia etc.
"Personaliter constitutus Illmus et Revmus DD. Michael Angelus Broglia
"Dei, et Apostolicae sedis gratia, modernus huius Ecclesiae Episcopus, qui
"insequendo formam Instrumenti Transactionis initae inter Episcopos
"huius Ecclesiae pro tempore et DD. Archidiaconum, Archip. eum Prae-
"positum et Canonicos sub die 8. Iulii 1588. ibidem de verbo ad
"verbum per me Secretarium etc. lecti cunctis audientibus, et in-
"telligentibus, una cum suprascriptis DD. Praeposito et Canonicis omnes
"conventionem ac divisionem, et prout ad unumquemque partem
"pertinet, et spectat reciproce et vicissim ratificant approbant, et
"emologant supra enuntiatum Instrumentum Transactionis ac
"omnia et singula in eo contenta, et descripta, promittentes pari-
"ter reciproce, et vicissim, eiusdem Transactionis et in eo conten-
"torum omnium observantiam in omnibus et per omnia iuxta
"dictae Transactionis formam, continentiam, et tenorem et de non
"contraveniendo sub poenis, et censuris in eodem appositis, et conten-
"tis; Praesentibus RR. Io: Thoma Ghisio etc.
"Michael Angelus Episcopus Vercellensis
"Petrus Paulus Gosia Praepositus
"Horatius Sandilianus Maior et Canonicus
"Ioannes Iacobus Nappa Canonicus
"P. F. Confalonerius Pro-Secretarius
"Iulius Caesar Guidardus Canonicus
"Ioannes Iacobus Plantea Canonicus
"Georgius Salomon Canonicus
"Pastoris Secrius."

5. Die 6. Decembris Capitulum ad requisitionem Domini Episcopi assensum suum praestitit pro impositione subsidii Charitativi, ut ex actu Capitulari eiusdem diei tenoris sequentis.

Michael Angelus

Animadversus errore haec pagina praetermissa est; unde Paragraphi quinti quae sequitur sub initium alterius paginae requirere licet.

Michael Beykey

"1663. 6. Decembris Venetiis etc. in sacristia Marci etc.
"DD. Canonici et Capitulum attenta requisitione, et instantia facta per
"Illustrissimum et Reverendissimum D. modernum Episcopum super impositione Subsi-
"dii Charitativi, consentientes huiusmodi impositioni ob causas ab eo-
"dem Illmo Domino expositas, et per eosdem DD. Canonicos maturo
"perpensas, deputant DD. Canonicos Guinardum, Aemilianum Con-
"fluentiam Philippi, et Petrum Franciscum Constantium, et nomine Capi-
"tuli assistant taxae generali totius Dioecesis, faciendae de dicto subsidio."

Immunitatem Capitali Cathedralis ab hoc subsidio, nos docent actus Capitulares diei 29. Aprilis 1680. his verbis conceptis.

"DD. Canonici et Capitulum unum assensum, et consensum
"praestant Illmo et Rmo Domino Episcopo Vettorio Augustino
"Ripae ibidem petenti et instanti, exigendi subsidium Charitati-
"vum ab omnibus beneficiatis Dioecesis, qui de iure Revmo Capi-
"tulo DD. Canonicis, et Collegio Beneficiatorum praedictis Cathedralis
"etiam particulariter exceptis, et exemptis etiam pro beneficiis qui-
"buscumque ultra Canonicatum prout iam alias et praecipue
"tempore quondam Domini Episcopi Bollani actum est, hac ta-
"men conditione quoad lites et expensas vitandas, dicti subsidii exac-
"tio Vicariis Foraneis committatur, et delegetur, deputantes etiam no-
"minantes Dominos Canonicos Bonomum, et Bocatinum, ut assistant
"taxae designandae faciendae.

6. Anno 1664. die 7. Ianuarii Dominus Episcopus Visitationem Pastoralem totius Dioecesis a Cathedrali exorditus fuit, quam toto triennio summa diligentia perfecit, plurimis editis Decretis, ad disciplinam Ecclesiasticam restituendam, moresque populorum reformandos, qui ob diuturnam sedis vacationem die ~~24~~ Aprilis bellique motus, in deterius abierant, utilissimis. Unum edidit pro Cathedrali promulgatum die 27. Aprilis anni sequentis 1665. pro Residentiae choralis ad praescriptum Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 12. de Reformatione distributiones ~~quotidianas~~ ~~divisas~~ sanxerit. Reclamarunt Canonici, laesam asserentes antiquissimam Ecclesiae consuetudinem

Michael Angelus

quam Canonicis indulgentur dies vacationis in singulos annos dumtaxat et tres dies in singulos menses, singulis mensibus affixi, et postularunt, ut ea de re audito Capitulo consuleretur Sacra Concilii Congregatio. Eam consuluit equidem Episcopus sed inaudito Capitulo, et sequens rescriptum obtinuit, sui decreti confirmatorium:

" Revme Dne uti Frater

"Visitatis in Sacra Congregatione Concilii litteris, quibus Ampli-
"tudo tua refert, quod ipsa charismata meliora aemulando servi-
"tium Chori, quod in ista Cathedrali a Canonicis per sex menses
"dumtaxat plerumque praestabatur, ad formam Sacri Concilii cap. 12.
"Sess. 24. de reformatione revocavit, Emi Patres, sicut Amplitudinis
"tuae zelum et providentiam commendarunt, ita huiusmodi decre-
"tum, observandum censuerunt, et insuper Amplitudinem tuam, cer-
"tiorem reddi voluerunt quod eadem Sacra Congregatio saepius
"censuit consuetudinem quamvis immemorabilem etc. minime ob-
"stare quia Canonici Cathedralium ad servitium ex praescripto Sa-
"cri Concilii praestandum compelli valeant etc. et Amplitudini
"tuae diuturnam precamur incolumitatem. Romae 8. Augusti 1665."

Quare anno sequenti 1666. in Synodo prima quam celebravit diebus 10. 11. et 12. Maii decretum suum confirmavit, adiecto rescripto Sacrae Congregationis de quo mox. At Canonici ob huiusmodi decretum tamquam gravatorium residentiaeque praeiudiciale, et a rescripto veluti surreptitio, ad eamdem Sacram Congregationem appellarunt, innixi praecipue decreto ipsius Sacri Concilii Tridentini quo habetur: non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse; salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt. Censebant eadem residentiam nostram Statutariam, Tridentinamque, Conciliari, et Ecclesiae servitio favorabiliorem, utpote quae absentes per sex menses multat amissione omnium distributionum et alia praeterea habet, quae rigidius Canonicos ad residendum adigunt. Itaque coram eadem Sacra Congregatione, pro-

posito

Michael Angelus

dubio num decretum Episcopi praesertim simpliciter residentiam vocaret mentium ad formam Concilii Tridentini in posterum peragendam, an potius antiqua consuetudo Ecclesiae ad mentem statutorum, esset servanda? Causaque diu agitata, tandem anno 1670. prodiit Decretum quod sequitur:

"Die 2. Augusti 1670. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit in casu de quo agitur servandam esse consuetudinem ad mentem statutorum.

9. Porro annus 1663. insignis fuit tum matrimonio Ducis Caroli Emmanuelis II. cum Francisca Borbonia Valesia filia Gastonis Ducis Aurelianensis, fratris Ludovici XIII. Franciae Regis, solemni pompa Taurinum deducta die 6. Maii; tum obitu Serenissimae Christianae a Francia sororis eiusdem Ludovici XIII. et Sabaudiae Ducissae, Matris Caroli Emmanuelis II. qui accidit die 27. Decembris. Eius elogium breviter texit Muratorius in Annal. Ital. ad hunc annum: Principessa, ingegnosa, che con incomparabil prudenza, costanza, pietà ed amor della giustizia aveva per tanti anni governato questi stati in mezzo ad infinite burrasche, che servirono a far maggiormente conoscere la grandezza del suo animo, e il complesso delle molte sue virtù. Mancò essa di vita nel dì 27. Dicembre lasciando un'immortal memoria di se, in quella corte e nella storia. Huius Regionis populi, nondum ob tantam calamitatem, lacrymas absterserant, quod mors Franciscae Borboniae Ducissae, post paucos Matrimonii menses, novam flendi occasionem intulit. Decessit anno sequenti 1664. vitae integerrimae praeclarum post se exemplum relinquens. Eodem anno Carolus Emmanuel novas contraxit nuptias cum Maria Joanna Baptista a Sabaudia Nemosii Ducissa, ex qua anno sequenti 1665. die 14. Maii ingenti populorum laetitia natus est Victorius Amedeus, qui postea tantus evasit, sicuti suo loco videbimus, ut tum bellica virtute, tum rebus aliis praeclarissime gestis, merito inter illustriores, eius nostrique saeculi Principes sit recensendus.

Michael Angelus

9. Anno 1666. Dux Carolus Emanuel Vercellas novis firmissimisque propugnaculis vallare aggressus est. Magna molis ingentisque impendii, multorumque annorum res fuit. Absolvi tandem perfecit anno 1673. Munitioni magnificentiam addidit vere regiam, ita ut haec urbs inter Europae munitissimas magnificentissimasque numerari possit. Pro aditu vero erat veluti artis et magnificentiae miraculum porta Urbis quae Mediolani appellatur. Placet nonnulla ad eam spectantia hoc referre, quae nobis servavit Canonicus Marcus Aurelius Cusanus, in historia Vercellarum inscripta: Tripartito Historico discorso dell' origine, e tempi di Vercelli Disc. 3. fol. 182.

9. Atque in ipsa fronte, seu portae prospectu legebatur:

Carolus Emanuel II. Dux Sabaudiae Cypri Rex
Solidissimis Vercellarum moenibus extructis
Magnanimo propriae mentis instinctu
Portae soliditatem cum venustate ita miscuit
Ut formosa simul et formidabilis
Amicos blanditer excipere, inimicos fortiter arcere
Perinde possit.

In interiore parte portae

Carolus Emanuel II. Sabaudiae Dux Cypri Rex
Vercellarum Urbem
Nobilissimam, sed infirmissimam antea Subalpinae
Regionis Antemurale
Cuius primo suae pupillaris aetatis tempore
iacturam fecit
Firmioribus tandem a se novis muris recuperatam
firmiore murorum molimine complexus est,
Ut amantissimos Cives
Qui fida sibi corda semper servaverunt
Amantissimus servet.

Quae sequuntur, plane ipsis verbis exprimunt scriptores.

Michael Dugdale

Ivi pure presentansi le quattro altere Duchesse, figurate in semplici busti col motto

Per Madama Margarita
Vera Regionum unio
Per l'Infante Catterina
Regia prole ter felix
Per Madama Cristina
Prolis et Regni servatrix
Per Madama Reale
Regiarum condum

Nel finimento della porta veggonsi otto statue indicanti le otto virtù conservatrici dei popoli

Magnificentia.

Donna con regio manto, e corona in capo, che abbraccia una Piramide, e con l'altra mano, tiene uno squadro d'architetto, perchè la Magnificenza consiste principalmente nelle opere de' publici Edifizi, e fortificazioni.

Religio

Donna alata coronata di raggi e col viso rivolto al cielo e con le mani giunte alzate.

Abundantia

Donna coronata di spiche, tiene un cornucopia, rivolta in giù pieno di terrestri frutti

Quies Publica

Donna coronata d'olivo havendovi un gomito sopra una colonna con la faccia appoggiata alla mano, in atto di dormire

Justitia

Donna che con una mano tiene una bilancia, e con l'altra una spada.

Vigilantia

Donna che per mano ha una pelle di leone, e la testa del medesimo le fa celata, havendovi per mano una tromba in atto di

Michael Angelus

suonare, e nell' altra mano un grado.

Concordia

Donna che con una mano tiene una lira o cetra da suonare, e con l'altra un cuore

Fidelitas

Donna che col braccio sostiene un cagnolino, che stà in atto di accarezzarlo, e con l'altro tiensi un anello, trovandosi per gemma una mano in fede. Huiusque Coronnos.

Religiosorum celeberrimae, nitidissimaeque licius portae, cui parem fortasse Europa non vidit, memoria excidit.

In prospectu portae, quae olim di Stra, postea Bruxiae appellata fuit, marmore incisa, legebantur haec verba:

Cerne Vercellarum Urbem

Ab Carolo Emanuele II. Allobrogum Duce Cypri Rege

Ineluctabili propugnaculorum imagine communitam

Diis sacratam nomine

Non Veneris cestum sed Martis arcem

Omnia disiecit furor Gallicus post captam Urbem, anno 1704. et 1706. et suo loco vinctur. Statuas aera, saxaque, pretiosora, trans septum in agrum Mediolanensem, seu hostes, seu hostium fautores transmiserunt, quibus ad hanc usque diem, plures conspectu feriunt, opulenter ornatae conspiciuntur. Eorum quae superfuerunt, maximam partem obduxit Jesuitarum laudes ubi ingressus anno 1740: reliqua Rex Carolus Emanuel Episcopo et Canonicis, non nunt, in Basilicae Cathedralis, aedificationem perficiendam convertenda, Regia Largitione concessit. De quibus omnibus suo loco.

10. Dux Carolus Emanuel familiarem habuit hanc, quam suam, et dilectissimam appellabat Urbem, frequentissimis inviserat visitationibus, pluries saepe in diuturnam habitationem commutabat. Dum plura decrevit Taurini, die 12. Iunii 1675. Dilectissimi amantissimique

Michelangelo

Principis memoriae inexplebilibus lacrymis diu parentarunt subditi, maxime Vercellenses. Eidem in Regno successit Victorius Amadeus II. vix novem natus annos, sub tutela Dominae Matris Mariae Joannae Baptistae a Sabaudia.

11. Interea Episcopus Brolia Visitationem 2.am Pastoralem inceptam primo Aprilis 1669. magno obibat zelo. Anno sequenti 1670. diebus 20. 21. et 22. Maii secundam habuit Synodum Dioecesanam, quae eodem anno typis Vercellensibus prodiit. In ea bis e suggestu ad Populum dixit, nempe in 2.a et tertia sessione. Orationes adhuc sunt superstites, sacra eruditione, et saluberrimis adhortationibus refertae. Plura edidit atsiquinea decreta, prae caeteris valde notanda sunt ea de Parochis eorumque munere: item et monita ad artium Liberalium magistros. Nonnulla etiam Decreta Pontificia, et sacrae Congregationis declarationes promulgavit, quibus accessus Regularium ad Monasteria Monialium prohibetur, et districte praecipitur superioribus Regularibus, ne audeant in Monasteriis sibi subjectis procedere ad electionem Abbatissae, non significata Episcopo die electionis, et eo non expectato, si ipse declaraverit velle per se vel per alium electioni interesse, et praesidere; et alia quaedam Regulares spectantia. Decretum quoque edidit de Foro Episcopali eiusque Cancellaria, et scribis; quod opportunum esset, ut ad praxim reduceretur.

12. Eodem anno 1670. mense Januario obiit Dominus Canonicus De Nobilis. Sedes Papalis tunc vacabat per obitum Clementis IX. Itaque Capitulum eo nixum fundamento, quod vacante Sede Apostolica, cessat omnis reservatio, et ad ipsum per reditum ad priora inconcussae libertatis collatio omnium Canonicatuum, prout ex antiquissima consuetudine spectabat ante reservationem, Canonicatum vacantem, nequidquam contradicente Episcopo contulit die 15. ejusdem Januarii D. Sacerdoti Joanni Angelo Boretto. Quae collatio suum integrum effectum habuit. Praebenda vacata per obitum praedicti D. Canonici De Nobilis optata fuit a D. Canonico Joanne Baptista Gallini prout

Michael Angelus

ex decreto Capitulari diei 31. Januarii 1670. et ex alio 19. Septembris eiusdem anni, in quorum ultimo probatur, hanc esse stylum et consuetudinem Ecclesiae Vercellensis.

13. Anno 1673. die decima, et undecima Aprilis Dominus Episcopus tertiam Synodum Dioecesanam habuit. In ea plures recitantur constitutiones Apostolicae, et Sacrae Congregationis responsiones, latae contra Regulares, quo ad ius, quod habet Episcopus, eos corrigendi certis in casibus, non obstantibus eorum privilegiis, et exemptionibus, et quoad iurisdictionem omnimodam quam habent Episcopi delegati in parvis Conventibus in quibus non aluntur sex ad minus quorum quatuor sint Sacerdotes. In ea pariter decreta est taxa Cancellariae Episcopalis Vercellensis, quae ad hunc usque diem viget et est in usu.

14. Anno demum 1677. 4am habuit Synodum die 17. et 19. Junii. In ea praeter caeteris legitur utilissima instructio pro Vicariis foraneis quinquaginta sex capitibus comprehensa, alia ad Parochos, et Confessarios pro casibus, quorum absolutio vel dispensatio spectat ad Sacram Poenitentiariam, seu ad Sedem Apostolicam. Ad calcem praeterea reperitur Catalogus Episcoporum Vercellensium a Domino Eusebio illoque, qui ibi dicitur primus Episcopus Vercellensis, creatus anno 340. Plurimis est fabulis anacronismis, erroribusque confectus, uno verbo transcriptus est ad literam ex Catalogo, seu ex historia Ep. Vercell. Canonici Marci Aurelii Cusani quod refert et nullam meretur fidem.

15. Hic iuvat nonnulla innuere de cessatione a Divinis a capitulo imperata anno 1675. Occasione novae Urbis circumvallationis, et munitionis ~~[illegible]~~ vero ab ingenieriis, uti vocant non modica damna Ecclesiasticis illata sunt. Praeterea Urbis Consiliarii, seu Decuriones, ut commodius, quod Provinciae, ipsa Regio, imperatum erat, persolverent, Ecclesiasticis quoque eorumque bonis, censum imposuerunt quem paulo durius exigebant. Et haec quidem pro ipsa agebantur auctoritate; unde satis omnibus consultum fuisset, si ad Serenissimum

Michael Szegedy

Decimam mortis est habitus. Ast Canonici paullo inconsultius, et praecipitantius se gesserunt. Die ultima Martii decreverunt a divinis se abstinere. Dominus Episcopus rogatus ut sua auctoritate Decretum firmaret, respondit ante omnia summendas esse informationes super gravaminibus expositis. Nihilominus Canonici asserentes gravamina notoria esse et ulteriori non egere comprobatione, hoc edito decretum ediderunt

"Anno Domini 1675. die 6. Aprilis Varadini in Sacristia Maioris Ecclesiae
" cum non sine ingenti praefatorum DD. Canonicorum maerore
" compertum sit Sanctam hanc Varadiensem Ecclesiam, per tot ela-
" psa saecula toti orbi venerabilem, nunc diris persecutionibus agi-
" tari, et Laicalium exteriorum voluntatis proscindi, adeo ut in
" dies, quae reliqua sunt omnium illorum bonorum quae ex lar-
" gitione Imperatorum, Regum, ac Principum, et ex confirmatio-
" ne, atque Privilegiis Summorum Pontificum, eidem Ecclesiae, et
" pro sustentatione DD. Canonicorum, et aliarum personarum Ec-
" clesiasticorum, ibidem inservientium in Divinis, et famulantium
" Deo, Beatae Virgini Mariae, et S. Eusebio Episcopo Martyri,
" Patrono nostro, assignata, donata, et investita fuerunt, propria
" spoliantur antiqua immunitate, nec pertimescat Laicus, cuivis-
" sis personis incertis, ea quae sunt Dei, Ecclesiae, et Ecclesiasticorum
" sibi appropriare, dum per arresta, coarctationes, tot Ditorum Ec-
" clesiae, seu personarum inservientium Ecclesiasticis, onera, in se et per
" se variabilia ac diversa, ex occasione culturae, et traffigii dictorum
" bonorum extorquent, vel ex ipsa bona demoliendo, ac dispar-
" dendo fructus Ecclesiae in propriam convertit utilitatem, vel ni-
" mis impune, et notorie nemora bonorum Ecclesiasticorum pro
" libito propriae voluntatis devastat, eradicat, et in sua ~~cont~~ com-
" moda transmittit, vel bona Praebendarum Canonicalium, ad dis-
" tributionem quotidianarum, donata per praefatos Catholicos, et
" pios Principes, a tot saeculis exempta libera, et naturaliter im-
" munia, in Catastro Laicali descripsit eisque aeterna exterioris re-
" gistrum imposuit; itaque clare constat, quod gentes venerunt in

"Domini Canonici et Capitulum mandant in actis Capitularibus
"registrari factum pro informatione ad certiorandam S. Regiam Celsitudi=
"nem, et Regios Ministros de Revmi Capituli innocentia, ac DD. Cano=
"nicorum universaliter, ac particulariter per D. Canonicum Ferrum,
"calumniis affectorum; et deputant D. Canonicum Joseph Gurnum
"qui ideirco Taurinum adeat mandantes interim Domino Cano=
"nico Datario, ut praedictum D. Canonicum Ferrum, ad librum da=
"tiae ut absentem notet donec de iniuriis Revmo Capitulo, et Do=
"minis Canonicis illatis, integre satisfecerit, absque ulla veniae, et re=
"missionis spe. Quatenus vero huic Capitulo innotescat aliquem
"ex canonicis in favorem praedicti D. Canonici Ferri ima proce=
"ssisse apud Regios Ministros contra Capitulum, ipso facto tamen
"arbitraria mulctabitur poena irremissibiliter."

Haec poena tamen, Illmo Dni Epi Ripae rogatu sublata est, ut discimus ex alio actu Capitulari diei 16. Februarii, qui habet.

"Anno Domini 1690. 16. Februarii in Sacristia Maiori etc.
"Cum die 9. currentis Decretum fuerit, quod Dominus Canonicus Ferrus
"ad librum Datiae, ut absens punctaretur donec etc. in gratiam tamen
"Illmi moderni Episcopi hic instante Domino Canonico Praeposito
"Viliono, DD. Canonici declarant dictum Decretum non habere locum
"ab hac die in posterum, sed tamen ab hac die retro; et D. Canonicus
"Sindicus hac de re, praedictum D. Epum per literas familiares certio=
"rem reddat."

Hic Canonicus Ferrus vir aliquin doctus et iuris peritissimus, fuit ex natura paulo impetuosior et ingenii contentiosioris. Propterea plurimorum invidiam, et indignationem incurrit, atque quoad vixit, magnas, et perpetuas cum Capitulo altercationes habuit. Cum fuit Vicarius Generalis Illmi Episcopi Ripae magnarum turbarum auctor fuit, et non semel Capitulum cum Episcopo commisit, quod ingenium litigiis scandalosum fuit.

19. Episcopo Dellia sedente, plures doctrina, et probitate illustres floruerunt. Inter eos sunt.

Michael Angelus

"haereditatem Dei, et quod Civitas Venetus facta sit sub tributo; Ideo in-
"haerentes praefati DD. Canonici, et Capitulum malo huic pessimo ob-
"viare ac dictae Ecclesiae, et propriae indemnitati consulere, nefinat
"obstructorum viriis suis, ac sacramentis, et irrisoriis, qui in civitate
"sunt, ac ut peccatores ingemiscendo resipiscant, et iusti continuando
"sub flagello Dei, iustificentur adhuc, inhaerentes Constitutionibus Sacro-
"rum Canonum, omnes unanimes, et concordes, et nullo discre-
"pante, habita matura consideratione in pluribus iteratis Capitulis
"legitime convocatis, super huiusmodi emergentibus, praeiudiciis,
"attentatis, in Ecclesiam, quibus occurri minime potest nisi per de-
"monstrationem publicam afflictionis Ecclesiae, invocato auxilio Dei,
"et Spiritus Sancti eius, ex quo omnis virtus, decreverunt et decer-
"nunt cessationem esse Divina, prout cessant ab Illustrissimo D. Episcopo
"pro obtinenda cessatione generali a Divinis, cum protestationibus
"opportunis damnorum, et expensarum, et de habendo recursum
"Sacram Congregationem Immunitatis Ecclesiasticae pro ea portam; quod
"si non sortiatur effectum, vel adhuc differatur DD. Canonici et
"Capitulum intendunt cessare a Divinis, prout cessant ex nunc pro
"tunc in dicta eorum Basilica Ecclesia, mandantes notificari huius-
"modi cessationem per edicta ad loca solita, attenta incertitudine
"particularium personarum, violentiam in immunitatem Ecclesiasti-
"cam ex calliditate provenientem. De quorum omnium rogavit man-
"darunt fieri praesens Instrumentum Sigillo Nostri Capituli
"munitum, et per ipsos Dominos Canonicos, testes, et me infra-
"scriptum Notarium subscriptum."

Cum hoc Instrumentum praesentatum fuisset Domino Episcopo
hic respondit: Domini Canonici videant per se quid agant
se vero nolle affirmare quod bene faciant. Cum vero intellexisset
eum a Divinis cessatum fuisse lato praecepto poenali sub 7. eiusdem
Apostolis cessationem improbavit, et Divina sumi iussit, sed
dicto Canonici audientes non essent alio fortiori praecepto diei 12.
eiusdem Apostolis eos tandem ad Divina celebranda compulit etiam

Michael [illegible]

intermissa munia revocavit. Superstitionum quoque licentia, et exac-
torum in Ecclesiasticos effraena libertas, Regio jussu coercita est, imo
et damna reparata, sicuti discimus ex actu Capitulari diei 21. Au-
gusti anni sequentis 1676. cujus tenor est.

"Quia occasione novae circumvallationis hujus Urbis, multorum bo-
"na praecipue Canonicorum devastata, et usurpata fuere, in gra-
"ve hujus Ecclesiae, et Canonicorum detrimentum; ideo Dominus
"Canonicus Sindicus nomine Regiae celsitudinis exponit quodquis-
"que Canonicus diligenter, et quam primum consignet extracto-
"cotolam bonorum usurpatorum, et damnorum quae quisque
"passus est."

Domini vero Officiales seu Consiliarii Civitatis, suae Conscientiae
consuluerunt prout liquet ex sequenti actu Capitulari.

"Anno Domini 1677. 31. Maii in Sacristia Maiori etc.
"Ibi Dominus Canonicus Sindicus exponit suas ad aures deve-
"nisse ex fide dignorum relatione, Universitatem praesentis Civi-
"tatis, sive ejus Officiales obtinuisse a SSmo Domino Nostro Papa
"Innocentio XI. quoddam Breve Apostolicum Illmo et Rmo
"Domino Episcopo directum, qui Cives, et incolas absolvat a Cen-
"suris et poenis Ecclesiasticis, si quibus quomodolibet innodati exi-
"stant, per eos tamen ignoranter incursis sine tamen alte-
"rius praejudicio; quae omnia Rmo Capitulo significanda cen-
"suit, ut partes suas explere valeat. Quare Domini Canonici,
"et Capitulum, ad hoc ut Breve Apostolicum, felicem et desideratum
"suum consequatur effectum, in ordine ad obtinendam absolutionem
"a censuris consenserunt, et committunt eidem Domino Canonico
"Sindico, ut Illmo et Rmo Domino Episcopo mentem Capituli signi-
"ficet pro congregatione Cleri Urbani intimanda ad diem et horam ar-
"bitrio in Palatio Episcopali, ut auditis et cognitis totius cleri, et praecipue
"Rmi Capituli gravaminibus, ad mentem Apostolici Brevis, partibus
"per Universitatem satisfieri possit."

16. Anno 1679. Mense Aprili ad exitum vergente, Illmus D. Episcopus

Michael Angelus

Atrocis exitiali morbo correptus est. Capitulum publicas preces per totam Ur-
bem indixit, ad eidem Domino impetrandam sanitatem, ut ex actis Ca-
pitularibus diei 29. eiusdem Aprilis. Caeterum die 1.a Maii animam Deo
reddidit. Eius elogium legimus in actis Capitularibus diei 8. Novembris 1686.
ibi: Item DD. Canonici et Capitulum mandarunt effigiem Ill.mi D.ni Bro-
liae felicissimae recordationis Vercellensis Episcopi, quem nullis unquam sa-
tis lacrymis ad hanc usque diem deflevimus, in Sacristia Maiori affigi,
ut eius imago quam iam animis nostris alte insculptam deportamus, ante
oculos semper ob grati animi memoriam habeatur.

17. Die 5. eiusdem Maii in Vicarium Generalem Capitularem, electus fuit ad an-
num cum consuetis reservationibus, Dominus Canonicus Ioannes Franciscus
Cerrus: et in Vicarium Monialium D. Archipresbyter, et Canonicus Io: An-
tonius Leo. Die 25. Augusti ob mortem praefati D. Canonici, et Archi-
presbyteri Leonis, eidem in Vicariatu Monialium subrogatus fuit D. Canonicus
et Archidiaconus Castelnovas cum omnimoda auctoritate privativa, ad Domi-
num Vicarium Capitularem. Die 16. Ianuarii 1680. D. Canonicus Cerrus a Vi-
cariatu abdicavit, et in eius locum sublatus fuit D. Canonicus et Maior Sacellanus.

18. Caeterum Dominum Canonicum Cerrum apud Capitulum male audisse, et for-
tassis non absque rationabili causa, colligimus ex sequentibus actibus Capitulari-
bus conditis postquam ad hanc regendam Ecclesiam delectus erat Ill.mus Ripa.
"Anno D.ni 1680. 5. Februarii, in Sacristia Maiori etc.
"Ad relationem D. Canonici, et Praepositi Vilioni, vigore Epistolarum fa-
"miliarium Ill.mi Domini Episcopi factam circa electionem Vicarii Episco-
"palis, decretum fuit, quod quatenus Dominus Episcopus iste in Vicarium
"Episcopalem eligat Dominum Canonicum Cerrum, fiat instantia pro al-
"terius Vicarii deputatione, non tantum pro Maiestate Capitulari, quam illius
"Capituli et Dominorum Canonicorum causis motis et movendis, cum dictus
"Dominus Canonicus Cerrus pro suspecto, imo suspectissimo habeatur, prout ea
"nunc Domini Canonici omnes Capitulari nomine, medio eorum iuramento
"suspectum et suspectissimum asserunt ex causis iam allegatis, et aliis
"apud Sacram Congregationem suo tempore allegandis."
"Anno Domini 1680. 9. Februarii in Sacristia Maiori etc.

"Domini Canonici et Capitulum mandant in actis Capitularibus
"registrari factum pro informatione ad certiorandam S. Regiam Celsitudi=
"nem, et Regios Ministros de Revmi Capituli innocentia, ac DD. Cano=
"nicorum universaliter, ac particulariter per D. Canonicum Ferrum,
"calumniis affectorum; et deputant D. Canonicum Joseph Guarnum
"qui idcirco Frazinum adeat mandatus interim Domino Cano-
"nico Datario, ut praedictum D. Canonicum Ferrum, ad libram da=
"tiae ut absentem notet donec de iniuriis Revmo Capitulo, et Do-
"minis Canonicis illatis, integre satisfecerit, absque ulla venia, etre=
"missionis spe. Quatenus vero huic Capitulo innotescat aliquem
"ex canonicis in favorem praedicti D. Canonici Ferri sinistre proc=
"missa apud Regios Ministros contra Capitulum, ipso facto arbitraria
"arbitraria mulctabitur poena irremissibiliter."

Haec poena tamen, Illmo Dni Epi Vigevae rogatu, sublata est, ut discimus ex alio actu Capitulari diei 16. Februarii, qui habet.

"Anno Domini 1680. 16. Februarii in Sacristia Maiori etc.
"Cum die 9. currentis Decretum fuerit, quod Dominus Canonicus Ferrus
"ad libram Datae, ut absens puncturetur donec etc. in gratiam tamen
"Illmi modurni Episcopi hic instante Domino Canonico Praeposito
"Vilisco, DD. Canonici declararunt dictum Decretum non habere locum
"ab hac die in posterum, sed tamen ab hac die retro; et D. Canonicus
"Sindicus hac de re, praedictum D. Episcopum per literas familiares certio=
"rem reddat."

Hic Canonicus Ferrus vir alioquin doctus et iuris peritissimus, fuit ex natura paulo impetuosior et ingenii contentiosioris. Propterea plurimorum invidiam, et indignationem incurrit, atque quoad vixit, magnas, et perpetuas cum Capitulo altercationes habuit. Cum post Vicarius Generalis Illmi Episcopi Vigevae magnarum turbarum auctor fuit, et non semel Capitulum cum Episcopo commisit, quod ingenti=tiam litium scandalorum fuit.

19. Episcopo Dadia sedente, plures doctrina, et probitate illustres floruerunt. Inter eos sunt.

Michael Angelus

bonorum suorum ex asse haeredem instituit, ut ex eorum proventibus sacerdotes alerentur, qui in eadem Ecclesia Divina officia sub praescripta Canonicis regula jugiter celebrarent, cum autem eiusdem Basilicae vetustam structuram novis additis molitionibus nitidiorem propriis sumptibus effecerit. Tumulum habuit in eadem Basilica qui infra Canonicorum hoc elogium incisum fuit.

"Marcus Aurelius Cusanus
"Patritius et Canonicus Vercellensis
"Ut haereditatem incorruptibilem
"Conservatam in Coelis haberet
"Deiparam in terris Virginem
"Haeredem scripsit.
"Vir Consilio scientia, gravitate,
"Ingenio, calamo, pietate,
"Optime de Patria meritus,
"Cuius animi Magnitudinem
"Urbs tota non caperet,
"Hoc suis restauratum sumptibus
"Augustum templum
"Corporis sepulcrum meruit.
"Obiit Anno MDCLXXII. V. Id. Decembris,
"Senio confectus saeculo
"Aureus homo,
"Nec quam nomine suo
"Pretiosior."

Octo Capellani Chorales a Capitulo deputati, ibi nunc piae Testatoris voluntati satisfaciunt.

Vir fuit pro modo et genio illius saeculi Litteratus, et eruditioni deditus. Scripsit Italico idiomate librum cui titulus: Discorsi Historiali concernenti la vita et azioni de' Vescovi di Vercelli; qui post mortem Auctoris in lucem prodiit typis Vercellensibus Nicolai Hyacinthi Marthae anno 1676.

Michael Angelus

Julius Caesar de Blandrate nobilis Astensis Archidiaconus Vercellensis per resignationem D. Comitis Mauritii Solarii de Moretta anno 1641. Vir valde doctus, et rerum gerendarum peritia insigniter clarus, idco que anno 1649 ab Episcopo Novariensi in suum Vicarium Generalem ductus est, et paullo post Mediolanum ab Archiepiscopo Montio accitus, idem munus ibidem sub eodem Archiepiscopo et deinceps sub Archiepiscopo Litta Montii successore, magna cum laude obivit. Cum ideo Vercellis residere et munia Archidiaconatus Vercellensis per se ipsum peragere non posset, in coadiutorem Archidiaconatus sibi adoptavit Dominum Albertum Montonarium, nobilem Vercellensem, anno 1651 de quo plura supra diximus. Anno 1666. mense maio creatus est Episcopus Albensis, qua dignitate tamen non diu potitus est. Decessit mense Augusto eiusdem anni 1666.

20. Albertus Montonarius nobilis Vercellensis primo coadiutor Domini Archidiaconi de Blandrate, deinde Archidiaconus Vercellensis per assumptionem eiusdem Domini Archidiaconi de Blandrate ad Episcopatum Albensem, ut mox dictum est. Eius gesta enarravimus supra. Anno 1669 in coadiutorem sibi adscivit Dominum Dominicum Antonium Castelnovium. Decessit die 9 octobris anno 1675.

21. Marcus Aurelius Gusanus filius nothus Domini Iacobi Antonii Gusani Patritii Vercellensis, et Praefecti (colonnello) militum, natalium maculam virtute eluit. Mediolani Iurisprudentiae operam dedit, ubi Lauream consequutus est. Mox Ecclesiasticae militiae adscriptus, et sacerdos ex Apostolica dispensatione factus, optima dedit probitatis et Ecclesiasticae disciplinae documenta. Anno 1632. die 27. Augusti factus est Canonicus S. Eusebii per cessionem Domini Canonici Dominici Bottae. Anno 1644. eius potissimum opera, facta est unio, et Deo placuit Duarum Cathedralium S. Mariae Maioris, et Sancti Eusebii. Plura Ecclesiastica munia laudabiliter gessit, nempe Examinatoris Synodalis, Provisoris generalis, et Vicarii Generalis Monialium. Decessit annis et meritis plenus die 3. Decembris anno 1672. Morti proximus testamentum condidit, cuius Ecclesiam S. Mariae Maioris, omnium

bonorum suorum ex asse haeredem instituit, ut ex eorum proventibus sacerdotes alerentur, qui in eadem Ecclesia Divina officia sub praescripta Canonicos regula singulis celebrarent, cum autem eiusdem Basilicae vetustam structuram novis additis molitionibus nitidiorem propriis sumptibus effecisset. Tumulum habuit in eadem Basilica cui insculptum Canonicorum hoc elogium incisum fuit.

"Marcus Aurelius Cusanus
"Patritius et Canonicus Vercellensis
"Ut haereditatem incorruptibilem
"Conservatam in Coelis haberet
"Deiparam in terris Virginem
"Haeredem scripsit.
"Vir Consilio, scientia, gravitate,
"Ingenio, calamo, pietate,
"Optime de Patria meritus,
"Cuius animi Magnitudinem
"Urbs tota non caperet,
"Hoc suis extructum sumptibus
"Angustum templum
"Corporis sepulcrum meruit.
"Obiit Anno MDCLXXII. V. Id. Decembris,
"Senio confectus saeculo
"Annus novus,
"Re quam nomine suo
"Praetiosior."

Octo Capellani Chorales a Capitulo deputati, ibi nunc piae testatoris voluntati satisfaciunt.

Vir fuit suo modo et genio illius saeculi litteratus et eruditioni deditus. Scripsit Italico idiomate librum cui titulus: Discorsi Historiali concernenti la vita et attioni de' Vescovi di Vercelli; qui post mortem Auctoris in lucem prodiit typis Vercellensibus Nicolai Hyacinthi Marthae anno 1676.

Michael Angelus

Scripsit praeterea aliam librum inscriptum: Il ripartito Historial discorso dell' origine, e successi di Vercelli. Ibi adnectitur descriptio Urbium, Oppidorum, Pagorum, Villarum ad Vercellensem Provinciam et Dioecesim spectantium. Praeterea plures Cataloghi.
Et 1.° Serie de Santi Cittadini di Vercelli
2.° Donne Vercellesi et altre segnalate per santità che posano in Vercelli
3.° Memorie de' segnalatissimi servi di Dio, da quali venne Vercelli soavemente indotti all' abbracciamento della Cattolica Fede
4.° numero de segnalati soggetti, e gravi Heroi della Patria Vercellese, che diversamente destinati alla reggenza della Cattolica Chiesa, si come a' mortali signoreggiosi diciono perpetuati appo le umane memorie i loro meriti.
5.° Pastori similmente direttori della medema Chiesa Vercellese come altri benemeriti ancor di nationi diverse, avvegnachè habbino cooperato a gloria della stessa Chiesa.
6.° Consigneri Cittadini Vercellesi.
7.° Particolari Vercellesi celebri per Politici Maneggi.
8.° Raccolta di Cittadini Vercellesi celebri Scrittori
9.° Nota delle famiglie vercellesi nobili ~~celebri~~ antiche ed oggidì esistenti.
10.° Raccolta di Diocesani di Vercelli celebri scrittori!
Demum habetur relatio duarum obsidionum, quibus oppugnata est Urbs Vercellarum ab Hispanis, anno 1617. et anno 1638. Quae omnia autographa Illustr.mi apud nos extant, unico volumine comprehensa. Scripta sunt circiter 1660, et absque ullo criterio conscripta. Exiguam habent eruditionem, plurimis anacronismis, erroribus, fabulis, et inanibus popularibus traditionibus, ubique redundant; et fere in omnibus ascriptum habes Carbellinum, qui ipsiusmet omnibus videtur esse. Hinc si duas obsidiones excipias, quae suis oculis contigerunt, nihil firmi in reliquis habes, quod toto discus.

22. Carolus Joannes Baptista Velatus Civis Vercellensis, sed ab Oppido Crescentini oriundus, de quo plura dicimus supra uir fuit

Michael Angel

pietate, doctrina, prudentia, et rerum gerendarum peritia inter paucos clarus. Anno 1640. Laurea Doctorali in utroque iure, Bononiae insignitus fuit. Anno 1642. ad Patriam reversus factus est coadiutor cum futura successione Domini Canonici Iacobi Antonii Cassiani. Anno 1644. die 3. Martii obiit D. Canonicus Cassianus, et Velatus receptus est in futurum die 6. eiusdem. Anno 1649, defuncto Iacobo Goria Episcopo Vercellensi, in Vicarium Generalem omnium consensu electus est; quo in munere, difficillimis illis temporibus, quibus Hispani Vercellarum Domini, omnia non saecularia tantum, sed etiam quae Ecclesiae erant iurisdictionis, sibi arrogabant, per septem annos maxima cum laude se gessit. Verum ut oportet non paucos eidem ex Canonicis aemulos nactus, eorum factione Hispanis faventibus, Vicariatu cessus abire, Romam se contulit, ibique ab Alexandro VII. benigne exceptus, ab eodem Vicarius Apostolicus Tuderti in Umbria constitutus est, ubi laudabilissime pariter, huiusmodi officium per triennium obivit. Anno 1660 ineunte Vercellae Sabaudo Duci legitimo Domino restitutae sunt; et subinde Hieronymus de Ruvere ab Serenissimo Duce, Episcopus Vercellensis decretus est. Hic Romae cum esset Consecrationis gratia, Velatum summis precibus exoratum in suum Vicarium Generalem elegit, et secum Vercellas perduxit. Fuit Velatus Vicarius Generalis toto tempore quod vixit Hieronymus Episcopus, hoc est usque ad diem 20. Ianuarii 1662. Eo defuncto, vitam privatam egit, pietatis officiis, ac defensione pauperum, pupillorum, et Viduarum unice deditus. Moriens, omnium bonorum suorum Ecclesiam S. Eusebii haeredem scripsit. Decessit die 19. Septembris 1677. Canonici in tanti viri memoriam hoc elogium, quod adhuc extat, in limine Sacristiae Maioris insculpserunt.

"Carolus Ioannes Baptista Velatus Canonicus Vercellensis
"Ne quid sui superesset non sacrum
"~~Omnibus~~ omnia suis assis sacra voluit
"Solam animam caelo legans.

Michael [illegible]

"caetera
"bonus domum, supellectilem, aurum argentum [illegible]
"huic Eusebianae Basilicae
"testamento reliquit.
"Pretiosam vero mortem, mortalis cujus vita
"tot in aeternum seponit ob. MDCLXXIX. XII. Kal. Oct.
"Fortis quam [illegible] pleniore."

23. Julius Caesar Guinardus Patritius Vercellensis, et Canonicus S. Eusebii, ipse quoque, aliorum sive liberalitatem imitatus omnia sua Ecclesiae Eusebianae testamento reliquit. Canonici grati animi ergo hunc lapidem posuerunt.

"Quod superest Julii Caesaris Guinardi
"Patricii et Canonici Vercellensis
"ecce quaeris viator.
"Caesaris gessit nomen et omen
"Liberalitatem Caesare dignam
"Quam semper coluit vivus,
"Pietate mutavit in morte;
"In hoc tantum reus,
"Quod suis omnibus Ecclesiam legatis,
"Non solum quae sunt Dei
"Sed et quae Caesaris erant
"Deo reddidit."

Decessit mense octobris anno 1679.

24. Leonardus ex Leria nobili Vercellensi gente prognatus, plurimis virtutibus sed praecipue morum probitate, et profunda Christiana humilitate illustris, primis adolescentiae annis Sacrum Carmelitarum institutum amplexus est. Fuit Leopoldo Imperatori apprime charus, quo iubente Episcopatum in Regno Neapolitano obtinuit. Sed cum illum per viginti et unum annos sanctissime administrasset, rerum humanarum pertaesus, Dignitati cessit, et iterum ad Carmelitarum claustra convolavit. Decessit [illegible] Neapoli

Michael Ang.

Neapoli in conventu Concordiae anno 1671.

25. Hercules Berzettus ex Dominis Barontii Civis Vercellensis, et egregius civis dotes Christianae a Francia et Carolo Emmanuele II. Sabaudiae Ducibus acceptissimus iisdem adnitentibus factus est Episcopus S. Joannis Mauriannae in Sabaudia. Quam Ecclesiam pluribus magna cum laude gubernavit annis. Anno 1660. in pace inigressu Vercellis Caroli Emmanuelis posteritatis Hispanos eidem inter caeteros commisit.

26. Nicolaus Vellottus Civis Vercellensis, et Parochus Gratiae, tanto cum zelo, et exhortationibus tum apud Parochianos suos, tum apud finitimos populos, valuit, ut extructa primoria Ecclesia, et nonnullis circum area additis sumptibus insigni Gratiae Santuario initium fuerit; quod nunc multitoribus aliis et Collegio sex Sacerdotum adauctum, magna populorum frequentia eo pietatis ergo convenientium, celeberrimum est.

27. Carolus Franciscus Castilione filius Capitanei Horatii Castilioni ex oppido S. Agathae primum lucem aspexit Vercellis anno 1621. vir valde doctus, et rerum agendarum peritissimus. Adolescens Juris utriusque Scientiae Augustae Taurinorum se totum addixit, unde etiam Lauream ibidem adeptus est. Sacris Ordinibus initiatus, Canonicatum in Metropolitana Taurinensi obtinuit. Vacante Ecclesia Eporediensi, circa annum 1657. ad eam gubernandam Vicarius Apostolicus adlectus est; mox defuncto anno 1660 Archiepiscopo Taurinensi Julio Caesare Bergeria, a Capitulo Metropolitano Vicarius Generalis Capitularis electus est. Anno 1663. ab Archiepiscopo Michaele Beiamo iam Episcopo Montisregalis, qui Bergeriae successerat Vicarius Generalis Episcopalis constitutus est. Exinde pluribus Legationibus Apostolicis per Subalpinam Regionem laudabilissime perfunctus est. Decessit Taurini die 7. Augusti 1664.

28. Carolus Sarterius a Motiano Vercellensis Dioecesis primo Praefectus Scholarum Seminarii Vercellensis, deinde eiusdem Rector, et demum Canonicus Cathedralis S. Eusebii a Capitulo creatus est die 7. Martii 1665. plura metro edidit nempe:

Varia de inclyta Civitate Vercellarum, eiusque insignibus ornamentis, item Anagrammata

Michael Angelus

quae impressa fuere Vercellis anno 1654.

Elogia Epigrammata, e Sonetti, in laudem Raynerii Perrochae Medici Vercellensis. Impressa Mediolani una cum eiusdem Perrochae Apologia pro Medicis.

Sanctorum Episcoporum Ecclesiae Vercellensis elogia et carmina. Vercellis 1657.

Encomiasticis applausus in primo Regiae Celsitudinis Ingressu Caroli Emanuelis etc. Vercellis impressa. Vercellis 1660.

Anagrammata Epigrammata elogia etc. in laudem Illmi Epi Broliae, et Canonici Marci Aurelii Cusani, praefixa Historiae Epõrum Vercellensium eiusdem Canonici Cusani, Vercellis 1676.

Multa et quoque alia scripsit quae sparsim impressa sunt. Praeterea plures locutiones Latinas habuit in Synodis Diocesanis prima, et secunda Illmi Broliae anno 1666. et 1670. quae una cum earundem Synodorum decretis prodierunt typis Vercellensibus. Spreque operam suam ad exaranda huiusmodi decreta, et alia edita in aliis duobus Synodis contulit, eaque e suggestu perlegit. Hic vero habebatur Poeta insignis, et orator egregius. Opera tamen eius fere sunt, imo et plumbea saeculum ferunt, testaeumque bene sententia. Decessit Vercellis die 15. februarii anno 1686. sedente in throno Brentiano Illmo Episcopo Ripa. Eius mors magnas concivit turbas, ut suo loco dicetur.

29. Augustinus Civis Vercellensis ex nobilissima Olgiatorum gente Marii filius Senatoris Taurinensis, Largheti Comes, ab ineunte adolescentia militiam secutus, pluribus demum muneribus militaribus strenue defunctus, contra Hispanos, Genuenses, et Genuenses, egregiam utilissimamque Serenissimis Sabaudiae Ducibus navavit operam. Quare primariis cumulatus honoribus, et eques torquatus supremi Ssmae Annuntiationis ordinis, renuntiatus die 8. Octobris 1673. semper quoad vixit, magno in honore apud Serenissimos Duces habitus est.

30. Bonifacius Federicus ex Agathia, nobilissima Vercellensi gente Eques Hierosolymitanus, filius Radamantii Equitis ordinis militaris

S. Stephani Papae in Etruria, et Commendatarii S. Valeriani de Rodobbio inter claros sui temporis belli duces est habitus. In obsidione Vercellarum de anno 1638. dum fortiter pugnat, et in urbem praesidiantium subsidia militum inducere contendit ob Hispanis interceptus captivus factus est. Deinde Thomae Principis a Sabaudia servitio addictus, eius lateri fere in omnibus militaribus expeditionibus, adhaesit et bellicae fortitudinis egregia dedit documenta. In obsidionibus Eporediae, S. Agathae, Sfortiae, Clavasii, et Laudi in Subalpinis, nec non Viglevani, Dertonae, Aronae in Ditione Mediolanensi, et Orbitelli in Tuscia, nunc equitum nunc peditum praefectus fortissimam eidem Principi navavit operam. Anno 1660 post Pyrenaeorum pacem, a Carolo Emanuele II. cum mille peditibus Venetis subsidio missus, fortiter adversus Turcas tum in Dalmatiam tum in Creta, aliisque Archipelagi Insulis saepius manum conseruit, magnamque sibi peperit gloriam. Demum pluribus onustus, cum sit magnus Prior Lombardiae decessit Montecalerio in hospitio eiusdem Prioratus die prima Maii 1673.

31. Augustinus delle Lanze Solarum comes, e nobilissimis Vercellensis tantum virtute valuit quod apud Carolum Emanuelem II. et meruerit adhuc iuvenis fieri magister, et Praefectus militum Praetorianorum. Quam dignitatem per se splendidissimam, cumulatissime illustravit Serenissimus Dux anno 1671. torque supremi ordinis Sanctissimae Annunciationis, quo eum prosecutus iverit mortuus.

32. Alexander Mella Arborius Comes Vercellensis adhuc iuvenis anno 1657. edidit typis Vercellensibus Orationem cui titulus: Le quattro ruote, che guidano felicemente il carro trionfale al Campidoglio della gloria, del Mastro di Campo, e Cavaglier di S. Iago D. Vasco Colmenero Governatore della Città, e Provincia di Vercelli per Sua Maestà Cattolica. Anno sequenti 1658. aliam librum typis edidit inscriptum: La Messa di Vercelli. Anno 1660. post Vercellarum restitutionem, Carolo Emanueli II. Urbem ingredienti gratulatus est Oratione quae typis prodiit, cui titulus: Vercelli

Michael Angelus

Vercelli fra guerrieri, ripreso caduto, sotto l'ombra de' pacifici olivi risorto. Anno 1662. Lauream in utroque iure Taurini consequutus est. Deinceps munus Referendarii Ducalis, et advocati Patrimonialis Urbis et Provinciae Vercellensis, laudabiliter gessit. Decessit Vercellis anno 1684. die 29. Maii.

33\. Carolus Amadeus Bellinus Vercellensis filius, de quo alibi Civis Vercellensis, praemio illius saeculi doctus et eruditus nonnullos scripsit libros nimirum

L'antichità di Vercelli. Apologia

Stato spirituale della Città e Diocesi di Vercelli

Serie degli uomini e Donne illustri della Città di Vercelli col compendio delle loro vite; volum. 3. quae MSS. asservantur apud Dominum Comitem Corbettam. Multaque exscripsit ex Corbellino.

Scripsit etiam librum cui titulum Historia di Vercelli etc. verum haec sua non est, sed Canonici Modenae, de proprio nihil habet praeter scripturam, et pauca additamenta, quae vel nullius sunt momenti, vel plerumque innixa popularibus traditionibus, quae eo tempore in pretio haberi consueverant. Hic liber pariter MS. asservatur apud praedictum Dominum Comitem Corbettam.

Ob initam pacem inter Franciae inter et Hispaniarum Reges, et restitutionis Vercellarum opus edidit typis Vercellensibus anno 1660. cui titulus: idea pacis. Legale opus materiam omnem diffusae eruditionis quae tempore eiusdem pacis ornare poterat. Oratorem Communitas Vercellarum apud Serenissimum Sabaudiae Ducem pluribus egit annis et in Patria sua Civili donavit, aliisque publicis muneribus defunctus est. Decessit Eum Rossottus in Syllabo fol. 141. appellat virum eximii ingenii et Doctrinae.

Victorius Augustinus

Anno 1680.

1. Post obitum Illmi Broliae, sedes non diu vacavit. Die 21. novembris eius-
dem anni 1679. Episcopus Vercellensis creatus est (#) Dominus Victorius Ripa
Nobilis Taurinensis. Hic erat utriusque Signaturae Referendarius; et
plures Ecclesiasticae Ditionis urbes, nempe Asisium, Beneventum, Fir-
mum etc. magna cum laude rexerat. Mense Ianuario anni 1680.
cum Fani erat, Romam adiit. Die XI. Februarii Episcopatus possessio-
nem adeptus est per D. Canonicum et Archidiaconum [illegible]
Procuratorem suum, de more primo in Ecclesia S. Mariae Maio-
ris deinde in Cathedrali. Die 25. Aprilis Vercellas ad Palatium
Episcopale se contulit privatus, et incognitus. Die 28. eiusdem
quae erat Dominica Urbem publico ingressu et solemnissima in-
travit pompa.

2. Postera die 29. Aprilis D. Episcopus ad Sacristiam Maiorem
ubi tunc Capitularia habebantur Comitia, personaliter accessit, et
assensum Capituli pro subsidii Charitativi exactione ut aiunt
postulavit. Capitulum assensum praestitit, exceptis tamen
de more Dominis Canonicis, et Beneficiatis quoad Beneficia quae-
cumque ab iis possessa et duos delegavit Canonicos, qui taxae de-
super faciendae assisterent. Id habemus ex actu Capitulari eiusdem
diei, ut sequitur:

"Domini Canonici et Capitulum unanimi assensum ~~praebent~~ et
"consensum praestant Illmo et Revmo Domino Episcopo Victorio
"Augustino Ripae, ibidem praesenti, et instanti, exigendi subsi-
"dium Charitativum ab omnibus Beneficiatis Dioecesis, qui de suo
"Revmo Capitulo DD. Canonicis, et Collegio Beneficiatorum praesentis
"Cathedralis particulariter exceptis etiam quoad Beneficia quaecum-
"que ultra Canonicatum, prout etiam alias et praecipue tempore

(#) Broliae datus Successor a Regia Sabaudiae Celsitudine, Illmus Dnus Victorius etc.

Victorias Aug

„quondam Dei Ecc.i Archiv. retinus est, hac tamen conditione adie-
„cta, quod ad lites, et expensas vitandas dicti subsidii exactio D. Durssij
„Jovinis committatur, et delegetur, deputandis et nominandis Dnos
„Canonicos Dominum et Dominum ut assistant taxae desuper
„faciendae."

3. Die 1a Augusti Divo Eusebio sacra eiusdem anni 1640. detestabile facinus in Ecclesia Cathedrali S. Eusebii perpetratum est, quod ingentium turbarum causa, et origo fuit. Illud hic subiicio, prout exaratum extat in supplici libello huic Sacrae Congregationi Immunitatis oblato.

"Emi e Revmi Signori.

" Espongono umilmente all' EE. VV. Il Capitolo e Canonici della
„Cattedrale di S. Eusebio di Vercelli mediante la persona del Canoni-
„co della medesima Cattedrale Matteo Girolamo Moretti, Procuratore
„di esso Capitolo, qui presente in Curia come il primo giorno
„d' Agosto prossimo passato, festa principale solennissima in detta
„Chiesa, e Diocesi, e ritrovandosi il Popolo già radunato in grandis-
„simo numero, massime di forastieri per sentire il Vespro, men-
„tre che Monsignor Vescovo della medesima Città, era in pro-
„cinto d'esser vestito Pontificalmente, e nell' imminenza che li Ca-
„nonici assistenti con la maggior parte del Capitolo dovevano
„uscire dalla Sacrestia Maggiore apparati, osservandosi dalli medesimi,
„che vicino alli Cancelli del Coro in cornu evangelii, restavano
„disposte certe sedie, avanti le quali si vedeva steso un largo tappeto
„verde, che ricopriva una picciola banchetta portatile, qualche
„spazio del pavimento ed il gradino del Cancello, a cui restava con-
„ficcata con chiodi detto tappeto, stimarono li medesimi Canonici,
„che non si dovesse soffrire tal novità come cosa giammai pra-
„ticata da oggi retro. Onde respondendosi il Vespro, fecero intendere
„per mezzo dell' Archidiacono Castelnovo Prefetto di Chiesa, al
„Signor Referendario Mella, che sedeva sopra una di quelle sedie i
„sentimenti loro in ordine al levarsi detto tappeto, o strato, e dell'...

„ difattendosi in varii e lunghi discorsi, mandò Monsignor Vescovo, il
„ Canonico Francesco Emanuel Airoldo, uno dei assistenti alla sedia in
„ cappa a dire in Sacristia alli sindici della città, che facessero levare
„ quel tappeto, e non si stendesse ivi fuori di stato, che non se li doveva, ne
„ volendo acconsentire all' ordine del Vescovo il Referendario Mella, restò
„ col medesimo concertato che sii subito quel tappeto levato sopra o per parte
„ delli Sig.ri di Città o per parte del Capitolo; ma vedendosi che la Città
„ non lo levava, fu mandato il Rev.do Sandri Custode della Cattedrale
„ per levarlo secondo il concerto, ma restò il medesimo custode impe=
„ dito dal Commendatore Ettore Antonio Olgiati, che se gli oppose;
„ il che veduto dal Sig.r Archidiacono Prefetto di Chiesa suddetto,
„ fece nova instanza al Referendario Mella acciò lo facesse levare, di=
„ cendogli che altrimenti lui medesimo lo averebbe portato via, al che
„ rispose il detto signor Referendario che lo facesse pure; onde in=
„ continenti il Sig.r Archidiacono levò il tappeto di propria ma=
„ no e lo portò in sacristia Maggiore. Allora il Referendario, col
„ Commendatore Olgiati partirono di Chiesa facendo asportar seco
„ le sedie disposte come sopra. Di poi uscirono tutti li Canonici
„ dalla sagrestia, ed andarono in Coro, e vestitosi il Vescovo Ponti=
„ ficalmente, si cominciò a proseguire con molta edificazione, e quiete
„ il Vespro, in funzione solennissima; quando che giuntosi all mezzo
„ essendovi esposto il SS.mo Sagramento, le Sante Reliquie sopra dell'
„ altare Maggiore, Monsignore, ed il Capitolo Pontificalmente parati,
„ ed un' udienza numerosissima, e straordinaria di popolo, ritor=
„ narono tumultuariamente e con gran strepito nella Chiesa, il
„ Cavagliere Fra Giacomo Maria Caccialupi, il medesimo Referendario Mel=
„ la, e Carlo Andrea Cattaneo Officiali della Città, Antonio Granata
„ Zorotto, Agostino Felice Mentigazza, Gaspare Antonio Caravaggio,
„ ed altri insieme cogli esattori Gio: Stefano Nova, ed Agostino Bian=
„ drate con li Trombetti, quali portavano alte sedie sopra in aria,
„ ed urtando tutti con violenza la calca del popolo, gridando largo
„ largo ~~alto~~ olà olà, giunsero ai Cancelli del Coro, in forma di anti=

pelo

Victorius aug.

„Evangelio in faccia a Monsignor Vescovo, che fu spettatore del tutto, ed
„ivi di nuovo posero dette sedie, e stesero sul pavimento e banchette, e gradi
„ni del Cancello, un largo tappeto facendosi tal cosa particolarmente
„per mano delli suddetti Esattori. Il che veduto dal Signor Arci
„diacono il quale era vicino al Cancello, ed all' assistenza del Vescovo disse
„Veda Monsignore che temerità è mai questa; al che non rispondendo
„Monsignor Vescovo e restando ammutolito, detto Arcidiacono portato
„da zelo si levò a dire che si levasse quel tappeto, nè volendo
„ciò fare gli uffiziali della Città egli deposto il Piviale, la beretta
„e il breviario che aveva in mano sul scabello di sua assistenza, por
„tatosi al cancello dalla parte interiore che risguarda il coro, die
„di mano a detto strato stesso come la prima volta lo tenne
„fortemente, fintanto che per forza di battiture sulle mani, e sco
„pelloti in faccia fu costretto a lasciarlo. Il che obligò Monsignore
„Vescovo Pontificalmente parato, a partirsi dalla sedia Episcopale, ed
„accorrere di Canonici gridando che si dovesse rispettare il Santissimo
„Sagramento, le sagre reliquie esposte, le ore divine che s' interrompevano
„il Clero parato, il luogo sagro che si violava oltre il grave scandalo
„di tante anime divote, ciò non ostante furono di nuovo maltrat=
„tate detto Arcidiacono dalli Illmi Cattaneo, e Cavagliere Gipelli
„con pugni e capellate, dalli Illmi Avogadro, e Bosetti con repli=
„cati colpi del bastone di ventagli che avevano nelle mani, ed i
„Canonici Palletis Moretti quali accorsero cogli altri per impedire
„lo scandalo furono oltre le parole esecrande minacciati dal nomi=
„nato Illmo Mezzigozza che sfodrò mezza la spada, ma fu impedito di pro
„davantaggio. E non valendo le monizioni del Vescovo dal Can=
„cello e d'altre persone Religiose e discrete per far cessare lo sca=
„doloso tumulto, nè volendo li suddetti Sindaci ed agenti di Città ri=
„tirarsi anzi inasprendosi viepiù contro il Capitolo, e caricando
„li Canonici tutti di sporche ed orrende ingiurie, massime il Com=
„mendatore Olgiati, e Cattaneo suddetti, furono ritirate le sagre re=
„liquie, ed il Santissimo Sagramento per ovviare lo strapazzo che si faceva

Victorius Aug.

" si privò della loro santa presenza, e si cessò dall'Uffiziatura; ed il Ve-
" scovo, che fu spettatore di questo orrendo e mai udito eccesso dal princi-
" pio sino al fine, stimò bene spogliarsi dei suoi Paramenti Pontifi-
" cali col Capitolo e ritirarsi col pronto ordine del suo Vicario ed ivi
" dimorando si portò in coro per intendere i suoi sensi come pure
" nel palazzo: il Capitolo poi fermatosi in Sagrestia finchè furono
" partiti li Sig.ri di Città, ritornarono in Coro, e ripigliarono l'Uf-
" fiziatura, recitandola in tuono feriale attesochè musici e serventi
" per declinare il rumore avevano abbandonato l'organo e la Chiesa."

Hic libellus impressus legitur typis Nomanii. Quae in eo nar-
rantur comprobatissima sunt publicis documentis, quae in archi-
vio nostro asservantur.

4. Dominum Archidiaconum Castelnovum, licet in se modum ex-
cessisse, nemo non censuit. At longe gravior procul dubio fuit
excessus Officialium Communis Vercellensis. Quare causa a Capi-
tulo ad Sacram Congregationem delata est; a qua pluribus ex Sa-
cri ~~[illegible]~~ Cardinalibus, et ipso Regio Sardiniae Ministro intercedentibus,
ea ratiocinata est, qua et decori Episcopi et sacri loci reverentiae
et reconciliationi animorum consuleretur quemadmodum discimus
ex sequenti Epistola Domini Cardinalis Corsini, data Nuncio
Apostolico Taurini residenti.

" Ill.mo e Rev.mo Monsignore come fratello

" Essendosi in questa Sagra Congregazione considerato tutto ciò
" che successe nella Cattedrale di Vercelli sino sotto il primo d'Agosto
" prossimo passato (mentre in essa era esposto il Santissimo Sagramen-
" to) per la differenza insorta tra il Capitolo esistente in Coro, ed
" il Magistrato di questa Città, a cagione dello strato, e luogo preteso
" da questo, e nella quale occasione successero tumulti ben noti;
" questi Eminentissimi miei Sig.ri desiderando che tra quei Eccle-
" siastici, e Secolari, segui una perfetta reciproca, e sincera corrispondenza
" mi hanno comandato di scrivere a V. S. che a nome di questa
" Sacra Congregazione, ordini tanto alli Canonici d'essa Cattedrale

Vercellen. Aug.

„quanto a quelli che in detto tempo rappresentavano il Pubblico, e fatta loro
„una seria monizione sopra il successo, con lodar parte buona del
„suo zelo per comporre gli animi de' medesimi, con riconciliarli fra
„loro, ricordandogli nello stesso tempo l'obligo che hanno di rendere
„al loro Prelato quegli atti di sottomissione che possono togliere lo scandalo
„cagionato nel passato dal suddetto tumulto, e che nel resto per quel
„che riguarda qualche atto violento, od ingiurioso, succeduto in tal occa-
„sione tra essi, ella parimenti gli ammonirà a provvedere alle
„proprie coscienze.

„Dovrà anche V. S. unitamente con Monsignor Vescovo di
„Vercelli fare una seria riflessione intorno a quell'altro luogo emi-
„nente che pretendono darsi a quel Magistrato nella Cattedrale suddetta
„procurando in questa parte che resti soddisfatto il Pubblico, e che
„insieme si abbia il dovuto riguardo al decoro Ecclesiastico. Ma pri-
„ma di porre in esecuzione cosa veruna dovrà tanto V. S. quanto
„Monsignor Vescovo, a cui parimenti se ne scrive, riferire distinta-
„mente a questa Sacra Congregazione, il modo nel quale saranno
„convenuti circa l'assegnamento di detto luogo, per attenderne dalle
„EE. LL. gli opportuni ordini. E che lo significo, ed il Sig.r Iddio la pros-
„peri. Roma 16. Maggio 1681.

„Come fratello affezionatissimo
„Il Cardinale di Carpegna."

Exeunte anno Domini Sindici Civitatis, expletis quae satisfactionis erant, Dominis Canonicis reconciliati sunt. Die 21 Julii Auditor Camerae Apostolicae Favorio hunc se contulit, de loco praedictis Dominis Sindicis assignando coram Canonicis acturus. Convenit ut iidem locum haberent alio in loco a controverso, nempe infra ostio Sacristiae Majoris, versus navim dexteram, et quod non fixum sed mobile, atque mutabile ad nutum Capituli de loco ad locum, ne civilis officii et solemnioribus functionibus obeundis impedimento esset.

C. Pace ita restituta, Dominus Episcopus die 4. Aprilis anni sequentis

ex

[illegible]

sequentis 1682. Visitationem Pastoralem exorsus est. Die 18. Septembris iactus est primus Lapis Regiae Capellae B. Amedei Sabaudiae Ducis, quam Maria Joanna Baptista vidua Sabaudiae Ducissa, motione Magnificentissima, et vere Regia, a fundamentis propriis sumptibus, construi iussit; cum jam ab anno praecedenti, absoluto Processu pro eiusdem Beati Canonizatione, Sancta Sedes Missam et Officium, ad eius honorem celebrari indulsisset.

6. Anno 1686. mense februario, qui ex Transactione cum Episcopo inita, collatio Canonicatuum Cathedralis in eo vacantium ad Episcopum pertinet, e vivis excessit, ut supra dictum est, Dominus Canonicus Carolus Sartorius. Capitulum collationem sibi pertinere ratus per transitum ad primaeva iura, ob gratiam alternativae ab Episcopo non impetratam, Canonicatum vacantem, sub 20. eiusdem mensis contulit Domino Hieronymo Ludovico Tizzengo, Sacerdoti Vercellensi: Dominus Episcopus contra eundem Canonicatum contulit Domino Carolo Joseph Roncia Priori Roncii, et lato Decreto, praecepit tum Capitulo ne Dominum Tizzengum admitteret, tum huic ne in Canonicalis functiones se introducere auderet. Appellavit Dominus Tizzengus ad Metropolitanum a quo contra D. Epum inhibitionem obtinuit.

7. Verum dum lis agitatur, idem Dominus ~~[illegible]~~ Roncia ab Episcopo plurimum commendatus eundem Canonicatum a Sede Apostolica impetravit, et in eius possessionem immissus est die 5. Martii anni 1687. Praetendam tamen iuris optionis, qua Capitulum gaudet in vacationibus occurrentibus, mensibus februarii, et Maii iam praenuntiaverat D. Canonicus Joannes Baptista Pellety, ut ex actu Capitulari 7. Martii 1686. Hoc ius agnovit etiam Dominus Episcopus, quamvis a Capitulo prorsus alienus, illudque intactum voluit in collatione Canonicatus praefati facta de qua supra.

8. Mense Maio eiusdem Anni 1686. vacavit Canonicatus per obitum domini Canonici Aloisii Stertii. Illum Dominus Episcopus, se referens ad Transactionem anni 1585., et fretus gratiae alternativae a Sede Apostolica obtentae sub 27. Aprilis labentis anni, quam Ca-

pitulo

Capitulo communicavit, contulit sub 30. ejusdem Maii D. [illegible] Polum-
rio, Sacerdoti Fabrianensi, familiari suo sub his verbis, quae leguntur
in litteris Collationis insertis in actu Capitulari dicti 5. Junii: Confere-
mus etc. Canonicatum et Praebendam vacantem, vel ultimo modo va-
dimittendam, ad formam Statutorum, et laudabilium Consuetudinum Ecclesiae
et Capituli etc. Et quidem Dominus Archidiaconus Corbolinovus [?] per
mutatione optavit Praebendam vacatam per obitum praedicti, ut
ex actu Capitulari 31. Maii, et ex alio 7. Junii 1686.

9. Anno 1687. mense Maio Dominus Episcopus Romam profectus
est. Dum ibi esset, paululum ~~profectus~~ processus est de proxima dimissione Episco-
patus Vercellensis favore ejusdem Abbatis Lantierii. Nihilominus
adeo pro certo creditum est, dimissionem jam factam, et Abbatem
Lantierium huius Ecclesiae Episcopum electum, ut in actu Capitulari
25. Septembris 1690. legatur: Domini Canonici et Capitu-
lum pro oratione in ingressu Illmi et Rmi Domini Abbatis
Lantierii, futuri huius [illegible] Ecclesiae Praesulis, per resignationem
Illmi et Rmi Dni Epi Nizzae nomine Capituli faciendam, de-
putarunt et deputant Dominum Canonicum Horatium Gyllinum [?].
Nihilominus dimissio vel renuncia facta non fuit, vel ef-
fectu caruit.

10. Anno 1691. die 4. Maii, qui est mensis, quo ex Reservatione Col-
latio Canonicatuum Cathedralis ad Dominum Episcopum pertinet, o-
biit Dominus Canonicus Federicus Maria Bonutus [?]. Capitulum sub
9. ejusdem, attenta absentia sicuti legitur in actu Capitulari ejus-
dem diei, ob Dioecesi Illmi et Rmi Domini Episcopi [illegible]
vacatione Sedis Apostolicae, Canonicatum contulit Domino
Sacerdoti Joanni Petro Sandiliano, qui statim possessionem ap-
prehendit, et hebdomadam probationis de more peregit. Domi-
nus Episcopus contra tunc Romae degens, Canonicatum hu-
jusmodi contulit Domino Sacerdoti Joanni Petro Costae. Unde
ie habemus Actum Capitularem diei primae Junii, in quo legitur: Com-
paruit Dominus Joannes Petrus Costa, asserens se obtinuisse, et im-

impetrasse

Victorii aug.

impetrasse ab Illmo et Rmo D. Gio Canonicatum vacantem, per obitum quondam Rdi Canonici Bonoli, et petiit immitti in possessionem huiusmodi Canonicatus. Canonici responderunt nullum videre, seu Canonicatum vacantem esse, ideoque recipiendam esse prout receperunt instantiam Dni Comparentis. Nihilominus Dominus Costa sub 9. Julii in possessionem Canonicatus per Dominum Canonicum Cerrum Vicarium Generalem, clam et inscio Capitulo, immissus fuit. Quod ut receperunt Canonici Capitulariter congregati sub 18. eiusdem Julii hanc declarationem ediderunt: Habita notitia quod die lunae proxime elapsa 9. currentis Julii, post Vesperas et post discessum Dominorum Canonicorum ab hac Cathedrali, fuerit per Dominum Canonicum Negri ut Procuratorem Domini Joannis Petri Costae cum assistentia Domini Canonici Joannis Francisci Cerri Vicarii Generalis Episcopatus, tamquam executores deputati, nec non Domini De Villonis Cancellarii Episcopalis et testium, apprehensa possessio, ut asseritur, Canonicatus inconsulto per Revmum Capitulum Domino Canonico Joanni Petro Candigliano, nunc eiusdem possessori; Domini Canonici et Capitulum, ne actum seu apprehensionem predictam, unusquisque fortasse possit de eorum consensu vel scientia sequuta(#) habuisse, immo eam et ea tamquam fortiva et attentata, non legitima nec servatis servandis sequuta declararunt, et declarant, omnia et singula in omnibus et per omnia reprobantes, et de eorum nullitate dicentes. Quare collectio facta ex Capitulo, eum integram sortito est effectum, et optio Praebendae de more facta.

11. Cum orta esset quaestio, num absente Episcopo, salutari in hac Cathedrali a Concionatore prius deberent Canonici in habitu Chorali sedentes, an vero Dominus Urbis gubernator; sacra rituum Congregatio, sequens edidit Decretum, quod insertum legimus in Actis Capitularibus 3. Septembris 1691.

"Ad instantiam Canonicorum Cathedralis Vercellensis, proposito in sacra rituum Congregatione, suprascripto dubio, videlicet

(#) Omnes unanimes et concordes declararunt, et declarant nullam eis hic scientiam habuisse &c.

Victorius Aug.

"An Concionator debeat prius salutare Canonicos Cathedralis in habitu choralis, absente Episcopo, Capitulariter sedentes, vel Gubernatorem saecularem?
"Eadem Sacra Congregatio respondit salutandos esse prius Canonicos, deinde Gubernatorem. Et ita decrevit atque in Cathedrali praedicta, omnino in posterum servari mandavit die 21 Augusti 1691.
"A. Card. Cibo
"Jo. Vallemanus Secret."

12. Tandem Illmus Dominus Episcopus Victorius Augustinus Ripa pluribus agitatus curis, diem clausit extremum Novariae die 16 Novembris 1691. Notitia obitus ad Capitulum pervenit die 18 eiusdem. Domini Canonici in actu Capitulari eiusdem diei profitentur se summo cum animi dolore ac cordis moerore, infaustissimum, et deplorabilem nuncium obitus Illmi Domini praeclarissimi Antistitis etc. accepisse etc. et iubent indici preces infra civitatem et tota Dioecesi tum pro anima eiusdem Praesulis, tum ad impetrandum bonum electionem viduatae, quamprimum condignum successorem; deinde decretum ediderunt de conquirendis et recuperandis omni supellectile, vasis aureis, et argenteis, lintaminibus, paramentis, et aliis quibuscumque mobilibus, quae in Cappella Illmi Domini Episcopi dum vivent, existebant, quae quae ex antiqua consuetudine ad Cathedralem spectare dignoscuntur. Ast pleraque iam ab ipsomet Domino Episcopo donata fuerant Santuario B. Mariae Virginis de Oropa, alia Romam transvexerat, alia distracta, alia demum a familiaribus clam transportata fuerant. Unde nil fere ad Ecclesiam pervenit. Postera die 19 Novembris Capitulariter congregati in Vicarium Generalem Capitularem elegerunt Dominum Canonicum Jo: Thomam Bononiam S.T.D. et Civem Vercellensem, qui pluribus legationibus Capitularibus, pro tuendis iuribus Ecclesiae et Capituli, magna constantia, defunctus fuerat; et in Vicarium Monialium D. Archipresbyterum Jo. Paulum de Advocatis.

Vercellensis Aug.

13. Cum adhuc supersunt Illmi. huius Georgii pietatis monumenta. Aedes seminarii Bugellensis, propriis sumptibus ipse construxit. Ecclesiam Sanctuarii B. Mariae Virginis de Oropa, quam peculiari devotione colebat, multis donariis quae adhuc visuntur ornavit est: centum pauperibus ad hanc aedibus suis eligendis, qui sacra confessione expiati, et Eucharistia refecti, Missae Capitulari in Basilica Eusebiana interessent die sui obitus, singulis solidos quinquaginta perpetuo legavit, et tantumdem aliis centum, quibus in Ecclesia S. Stephani Bugellae praestarent. Multa alia in suo testamento, quod tamen usque nobis videre non licuit, pie legasse dicitur.

14. Non paucas nec parvas quaestiones, quae ex actibus capitularibus constant, iam usque ab initio sui regiminis cum Capitulo habuit. Et ideo fere semper Bugellae duxit. Dum ibi esset librum edidit, qui typis Mediolanensibus prodiit anno 1686. cuius hic est titulus:

L'Oratione del Cuore facilitata
da
Monsignor Vigen Vescovo di Vercelli
Dedicata
All' Emo Sigr. Cardinal Di Lauria
libro primo
In Milano 1686.
Per Federico Agnelli Scultore e Stampatore
Con licenza dei Superiori.

Hic liber quem tamen usque videre non potui, apud Catholicos multi audiit ut habemus ex quadam Epistola Domini Canonici Magnoni data Capitulo die 30. Septembris 1690. Verum Rev.mus P. Abbas Joannes Dominicus de Valle, a quo suprascriptum titulum accepi, Ordinis Cisterciensis Reform. in Epistola data Taurini die 23. Maii 1761. loquens de laudato libro, ita scribit: Io ho provisto questo libro a questa Biblioteca (Monasterii S. Mariae Consolationis

Victorius Aug.

Eminentiss. perchè quando ero abate in Staffora, mi servivo di esso per le meditazioni; e non solo non ho mai trovato un neo di-guo di errore, ma in tutto ben lodevole, e pieno di tante unzioni, e sana dottrina secondo il mio debole sentimento. E sapeva che detto Prelato stampò quelle meditazioni che era solito a dare alla sua famiglia ogni sera nella Capella del suo Palazzo come ewi indicato nella dedica etc. addit deinde: Detto Monsignor Vizza ha per anco stampato un libricciolo di nove Meditazioni sopra il mone che tiene in mano la Madonna d'Oropa; e queste sono affettuosissime etc. Altro non ho mai penetrato abbi stampato detto Vescovo, ben virtuoso dotto e pio come si scorge da detti suoi libri.

15. Famosa adhuc sunt in hac urbe nomina Patris — la Comba Barnabitae et Euphemiae Ghionae. Primus fere per biennium Domino Episcopo a confessionibus fuit, et apud eum magno in honore est habitus. Edidit interea nonnullos libros, quos Sacra Congregatio, tanquam erroribus Michaelis de Molinos faventes proscripsit. Euphemia, bona et a Deo illuminata aliquandiu credita est, atque ad hanc opinionem etiam Episcopum traxit, qui proptera eius consiliis etiam in rebus ordinis frequenter utebatur, sed postea hippocrita deprehensa est. Fertur quod inter caetera carnibus feria sexta et sabbatho vesceretur, bene valens, et optima sanitate fruens, et nihilominus ad sacram Eucaristicam mensam quotidie accederet. Itaque ipsa quoque habita est veluti Quietistarum haeresi infecta. Eos equidem Episcopus re cognita, a se deinde repulit. Nihilominus eius fama, nonnihil in periculo fuit.

16. Dum discordiae Episcopum inter et Capitulum fervevent, Petrus Antonius Mossonus Canonicus Theologus, fortassis Episcopo rem gratam facturus, duas scripturas seu potius libellos famosos contra Capitulum et Canonicos typis edidit. Sed paullo post Episcopo iratus, contra eum non parva effutiit. Fuit equidem magni ingenii vir, sed turbulentus et instabilis. Non semel Episcopum contra

contra Capitulum et vice versa Capitulum contra Episcopum malis artibus concitavit. Unde semel Mediolani et bis Vercellis in carcerem coniectus est. Demum cum omnibus eius indoles nota fuit, et omnium aversionem incurrisset, coactus est carceri adhuc mancipatus, ut odium leniret, in coadiutorem perpetuum cum futura successione, sibi adiungere die 5. Decembris 1692. Dominum Sacerdotem Augustinum Bartholomeum Pennone e loco Ronchi Vercellensis Diocesis Sacrae Theologiae Doctorem eximiae probitatis, prudentiae et doctrinae virum, qui deinde possessionem huiusmodi Coadiutoriae apprehendit die 20. februarii 1693. Huic praeclarissimo viro, nos in Canonicatu Theologali successimus die 5. Martii 1732. Successit Dominus Canonicus Theologus Mazzone die 9. Martii 1695.

19. Anno 1690. Ludovicus XIV. Francorum Rex, ab Victorio Amedeo II. Sabaudiae Duce, sibi metuens exercitum 19000. militum, duce Domino de Catinat, in Pedemontium infudit. Victorius Amedeus ut tanto hosti par esse posset, foedus cum Imperatore, Ollandiis, et Regibus Hispaniarum, Angliaeque pepigit, et praeterea multum etiam militem in suis Regionibus scribi iussit. Ut maximam pecuniam pararet, cum ordinariae Regiae tantis impensis non sufficerent, ab Ecclesiasticis, et Regularibus congruam postulavit contributionem. Capitulum Vercellense inter primos libras mille eidem numerari mandavit. Hac de re accipe Decretum Capitulariter eaiunde confecta.

"1690. 29. Maii Convocato Capitulo etc.
"Lecta fuit Epistola Regiae Celsitudinis, Domino Vicario Generali "directa et ab eodem hic presentata, sub data 26. currentis, ab eodem "Regio Patrono nostro firmata, et subscripta De S. Thomas, per quam "petit a Clero Civitatis, et Diocesis in praesentibus bellis urgentiis, ali"quam summam titulo subsidii seu Contributionis — Domini Cano"nici et Capitulum non dissentiunt quin Dominus Vicarius Generalis "convocare faciat Congregationem Generalem Cleri ad effectum praeditum "committentes interim Dominis Canonicis Archidiacono Castelnovo

Victoriae Aug.

"Archipresbytero de Advocatis, et Praeposito Vibiono, ut responsum dent
" Domino Marchioni de S. Georgio Gubernatori huius civitatis Civitatis, iu-
" xta sensus Revmi Capituli super expositos."

" 1690. 3. Iunii convocato Capitulo etc. Domini Canonici
" et Capitulum pro concessa, ac contributione titulo subsidii, Regiae
" Celsitudini in praesentibus belli notoriis urgentiis facienda, de-
" creverunt summam librarum mille ad hunc effectum
" persolvendam esse."

" 1690. 9. Iunii convocato Capitulo etc. Domini Canonici
" et Capitulum alia epistola Regiae Celsitudinis diei 4. currentis
" iterum excitati et inhaerentes ordinationi de qua in antecedenti
" Capitulo, mandarunt et mandant Dominis Canonicis commu-
" nitatis, ut quantocius summam librarum mille persolvant in
" manibus Domini Marchionis de S. Georgio Gubernatoris huius Ci-
" vitatis committentes interim Domino Canonico Tibaldi Provi-
" sori, ut cum debitis expressionibus, nomine Capituli respondeat
" Epistolae Regiae."

18. Eodem anno 1690. die 18. Augusti ad Staffardam male pugna-
tum est adversus Gallos. Galli qui magno numero Saluti(?) prae-
sidio erant, hac victoria erecti in agrum Vercellensem irru-
perunt, omnibus villis pagis et oppidis tributum imponentes.
Capitulum nostrum ipsum quoque contribuere compulsum fuit
pro praediis ruralibus Carisianae(?), et Pitianae, uti dicitur ex actibus
Capitularibus 16. et 17. Novembris eiusdem anni.

19. Anno sequenti 1691. Dominus de Catinat Victoriam suam prae-
sentis prosequens, Avilianam, Carmaniolam, Vigonos(?), aliaque
oppida occupavit, et Taurinum usque terrorem intulit, undi-
que omnia devastans. Dux ipse ut suae securitati consuleret, Ver-
cellas se contulit. Dominus de Catinat exinde commissa(?)
parte exercitus primum Domino de Feuquieres, postmodum Do-
mino de Bullonde, Conii quoque expugnationem aggressus est. Urbs(?)
ad extrema pene iam deducta erat, sed in tempore cumque
tuor

in tempore cum quatuor millibus equitum occurrit Princeps Eugenius a Sabaudia; qui primo impetu depulsis Gallis, eorumque castris potitus, urbem ob obsidione liberavit. Hac victoria res Victorii Amedei labentes crevit, restituitque. Carmaniola, Aviliano, Ripolae subinde recuperatae sunt: ipseque Dominus de Catinat Salutii, Saviliano et Fossano recedere coactus est.

Joannes Joseph Maria Ursinus
Anno 1692.

1. Vix duobus elapsis mensibus ab obitu Ill.mi Ripae ad nominationem Serenissimi Sabaudiae Ducis, electus fuit Episcopus Vercellensis, Ill.mus et Rev.mus D. Joannes Joseph Maria Ursinus, Abbas Visitator, et Procurator generalis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium, filius Domini Comitis Ubaldi Ursini ex Comitibus Ripaltae, Patritius Taurinensis. Bullae collationis sunt diei 24. Martii 1692. Possessionem Episcopatus, ingressus est per Dominum Archidiaconum Joannem Antonium Castellionum, unum ex Procuratoribus suis, die 6. Aprilis eiusdem anni 1692. praevio iuramento de observandis statutis, consuetudinibus Ecclesiae et transactionis. Possessio apprehensa est de more primo in Ecclesia Cathedrali S. Mariae Maioris, deinde in Cathedrali S. Eusebii. Die 2. Maii cum erat Taurini Roma redux. Eo Capitulum delegavit Dominos Canonicos Jacobum Antonium Cusanum, et Augustinum Baldiconum, qui ei debita gratulationis officia rependerunt. Die 8. Junii solemni pompa Civitatem intravit. Die 13. eiusdem Junii, in pleno Capitulo, iuramentum de observanda transactione emisit, item ratum habuit iuramentum suo nomine praestitum a Domino Archidiacono, et subinde assensum Capituli postulavit pro impositione et exactione comunis subsidii Caritativi

Joannes Joseph

Joannes Joseph

ut aiunt, cui petitioni Capitulum annuit exceptis de more Dominis Canonicis, Mansionariis quoad omnia Beneficia per eos possessa. Ineunte Julio Visitationem Pastoralem exorsus est, quam magno zelo deinde prosecutus est etiam annis sequentibus 1693. et 1694. Mense Augusto 1694. dum erat in cursu Visitationis, febri correptus est. Novellas ideo reversus, ibidem morbo ingravescente animam Deo reddidit die 19. eiusdem augusti.

2. Eadem die 19. Augusti, jussu Capituli factum est de more spolium Capellae Episcopalis, atque inde ablata est omnis suppellex, (cuius accuratum inventarium, insertum legitur in actu Capitulari eiusdem diei) ad usum Ecclesiae Cathedralis. Planetam tamen ex auro, et argento contextam quam constabat legatam ab Episcopo Capellae SS.mi Crucifixi erectae in Ecclesia Abbatiali S. Andreae huius Civitatis, Capitulum reddi jussit. Ex actu Capitulari diei 21. eiusdem, discimus quatuor Planetas, ipsas quoque auro et argento contextas, quae adhuc erant Mediolani penes Opificem ad Ecclesiam Cathedralem pervenisse, et pro earum residuo pretio solutas fuisse libras mille et centum, ex pecunia Domini Episcopi, in banco seu deposita in manibus Domini Canonici Bonomiae.

3. Die 21. eiusdem Augusti, in Vicarium Generalem Capitularem sub consuetis reservationibus electus est Dominus Canonicus Joannes Blanus Bonomia, facta eidem potestate libere eligendi in casibus absentiae, vel impedimenti, in Provicarium quemcumque maluisset ex Dominis Canonicis: in Vicarium vero Monialium electus fuit D. Archipresbyter Joannes Paulus de Advocatis. Dum haec scribimus hoc est die 29. Novembris 1861. nunciatur e vivis excessisse D. Archipresbyterum et Canonicum Carolum Alphonsum De Advocatis, praefati Joannis Pauli successorem, et ex fratre Nepotem, post diuturnam plurium dierum aegrotationem. Erat octogenario maior.

4. Post obitum Ill.mi Nigrae [illegible] Capitulum exponeret capellae

Tolen

Giovanni Borgia

supellectilem Capellae Episcopalis, et cum Dominus ad vocatus ex iis, bis compagnus executor testamentarius confidentialis eiusdem Domini Episcopi, tradere recusant, lis exinde coram A. C. agitata est, in qua Capitulum victor extitit. Itaque eidem Capellae quae adhuc erat superstes reddita est. Id habemus ex scriptura diei ultima Januarii 1692. inserta in actu Capitolari diei 30. Maii sequentis in qua ex sigillatim per capita, discerpita legitur.

§. Exeunte anno 1692. dubium exortum est, num praesente Episcopo, a Concionatore prius salutari debeant Domini Canonici Capitulariter sedentes, an vero Urbis Gubernator. Illud resolvit sacra rituum Congregatio sequenti decreto.

"Verulhis.

"Cum sub die 21. Augusti 1691. sacra rituum Congregatio
" ad instantiam Canonicorum Verulhanis Cathedralis, declaravit a
" Concionatore salutandos esse prius Canonicos dictae Cathedralis in
" Apparatu Chorali, absente Episcopo Capitulariter sedentes, et deinde
" Gubernatorem; modo exortum fuit dubium an hoc procedere
" debeat etiam praesente Episcopo? Et eadem sacra Congregatio
" respondit in decisis etiam praesente Episcopo, die 24. Januarii
" 1693.

"A. Card. Cybo."

Nihilominus non modicae hac de re excitatae sunt quaestiones et discordiae, a Domino Marchione de S. Giorgio Urbis Gubernatore, pro quibus sedandis plures hinc et inde factae sunt propositiones. Tandem approbante Nuncio Apostolico Taurini residente, conventum est die 24 Febbrarii 1694. ut sequitur:

"Presente il Vescovo.

" Che il Predicatore faccia a Monsignor Vescovo separatamente
" inchino, e che poi ne faccia altro comune senza però distinzione, se-
" dendo il Signor Governatore al luogo degli antecessori del Signor
" Marchese Sulautis, tenendosi onde le separati scoperte nel fortificatoriato.

Bravet Joseph

"saluto comune, e quello terminato, contemporaneamente sequiri, facendosi
"nel periodo l'apostrofe dopo Monsignor Vescovo al Signor Governatore

Absente il Vescovo.

"Che si faccia il detto saluto comune, senza nessa distinzione come
"sopra, sedendo come sopra esso Signor Governatore a cui possia sola-
"mente si formi l'apostrofe.

Sede Vacante

"Che si faccia un solo inclusivo, cominciando dall'altare con
"progressivo fino all'ultimo dei Signori Canonici, formandosi nel
"periodo l'apostrofe al Sigr. Governatore, sedendo il medesimo nel luo-
"go suddetto."

Sacra tamen Congregatio, ad quam ob eodem Nuncio Apostolico pro-
posito delata fuit, non in omnibus eam approbavit, sed apostro-
phem nullo pacto faciendam esse D. Gubernatori decrevit. Quippe
declarationem.

"Vercellen.

"Commissa sub die 27. Martii 1671. Emo et Revmo Car-
"dinali Gastaldo, relatione litterarum Revmi Nuncii Aposto-
"lici Taurinensis, ac concordiae initae inter Canonicos Cathedra-
"lis Ecclesiae, et Gubernatorem saecularem Civitatis Vercellensis, ob
"eodem Revmo Nuncio ad Sacrorum Rituum Congregatio-
"nem una cum praedictis literis transmissa, illisque modo
"referente eodem Emo et Revmo Gastaldo bene consideratis,
"et maturo perpensis sacra eadem Congregatio censuit approban-
"dam esse concordiam praedictam praeterquam quod apostrophem
"respectu Gubernatoris quam nullomodo admittendam esse decre-
"vit die 29. Maii 1671.

"A. Card. Cybo

"B. Inghirami Secret."

(Quae sequuntur usque in finem omnia desumpta sunt ex aliis Capitularibus.)

additamenta

Victorius Augustinus Ripa

Anno 1680.

Post obitum Ill.mi Broliae Capitulum Cathedralis de more die 5. Maii 1679. Vicarium generalem Capitularem, et Vicarium Monialium elegit ad annum. Vicarius Generalis fuit D. Canonicus Joannes Franciscus Cerrus, et Monialium D. Canonicus et Archipresbyter Joannes Antonius Leo. Primus haud diu in officio perstitit, nam cum indolis esset paullo fervidioris multorum incurrit odia, et se Vicariatu abdicare coactus est die 16. Januarii 1680. in cuius locum suffecto Domino Canonico et Maiore Hercule Augustino Sondiliano. D. vero Archipresbyter Leo decessit die 24a Augusti 1679. et eidem in Vicariatu Monialium subrogatus fuit die 25. eiusdem D. Canonicus et Archidiaconus Joannes Antonius Castelnovus, cum amplissima auctoritate privative ad D. Vicarium Generalem.

Episcopatus non diu vacavit. Die 27. Novembris eiusdem anni 1679. Sacratus est Episcopus Vercellensis, Broliae successor datus a Reg.a Cels.ne Ducis Sabaudiae Ill.mus Victorius Augustinus Ripa Nobilis [illegible]. Erat utriusque Signaturae referendarius, et plures Ecclesiasticae Ditionis Urbes, nempe Ariminum, Beneventum et Firmum magna cum laude rexerat. Mense Januario anni 1680. iam Taurini erat. Die 11. Februarii possessionem Episcopatus ingressus est per D. Canonicum, et Archidiaconum Joannem Antonium Castelnovum Procuratorem suum. Cum adhuc Taurini esset ... DD. Canonici ne sibi in Vicarium generalem eligeret Dominum Jo: Franciscum Cerrum, de quo supra decreverunt sub die 3. eiusdem Februarii instandum esse pro alterius Vicarii deputatione, eo quod ut ipsi aiebant in actu Capitulari eodem die confecto, idem D. Canonicus Cerrus ex causis iam alias allegatis, et suo tempore allegandis apud Sacram Congregationem esset DD. Canonicis et Capitulo suspectus. Habemus aliud actum Capitularem diei 9 Februarii, in quo sic legitur: "DD. Canonici et Capitulum "mandant in actibus Capitularibus registrari factum pro informatione ad

Additamenta

"certiorandam, Regiam Celsitudinem Regiosque Ministros de Rev.mi
"Capituli innocentia, ac DD. Canonicorum universaliter, et particula=
"riter per D. Canonicum Cerrum calumniis affectorum et deputent
"D. Canonicum Joseph Cusanum, et ideo Taurinum se conferat; manu=
"dantes interim Domino Canonico Datario, et D. Canonicum Cerrum
"ad libitum dotae et absentem notet, donec de iniuriis Rev.mo
"Capitulo, ac DD. Canonicis illatis, integre satisfecerit, absque ulla venia
"et remissione &c. Quatenus vero huic Capitulo innotesceret ali=
"quem ex Canonicis in favorem praedicti Domini Can.ci Cerri
"circa praemissa apud Regios Ministros contra Capitulum fuisse
"testatum, arbitraria mulctabitur poena irremissibiliter." Iustum
hic ennunciatum desideratur. Poena ibidem inflicta paullo post
condonata fuit, et ex alio Actu Capit. diei 16. Februarii ibi: "Cum
"sub die 9. currentis decretum fuerit, quod Dominus Canonicus Cerrus
"ad libitum dotae ut absens punctaretur donec etc. in gratiam
"tamen Ill.mi moderni Ep.i, et ad instantiam D. Prioris et Praepositi
"Viliani DD. Canonici declarant dictum decretum non habere locum
"ab hac die in posterum bene tamen ab hoc die retro. Qua
"de re praefatus Sindicus, D. Ep.um per litteras familiares certiorem
"reddat."

Die 23. Aprilis D. Ep.us Vercellensis ad Palatium Ep.ale pri=
vatus et incognitus se contulit. DD. Canonici timentes ne in eius ingressu
publico, scandala, et contentiones orirentur legationem ad Ep.um dire=
xerunt, cum mandatis quae leguntur in Actu capitulari diei 24. eiusdem Aprilis
ibi: "Cum proximus sit solemnis, et publicus ingressus ad hanc Eccle=
"siam Ill.mi et Rev.mi DD. Victorii Augustini Ripae moderni Episco=
"pi ad obviandum iurgiis, quae de caetero oriri possent, prout aliis
"in primo ingressu Ill.morum Rev.morum Ep.orum de Novaria, et Bodio
"et praecipue circa sedilia in Choro, et intra Cancellos Chori, du=
"rante functione, et oratione panegirica, per DD. Iuris consultos
"Collegiatos praetensa, et circa Baldachinum expensis Civitatis
"parandum, utrum scilicet functione huiusmodi peracta ad Sacristiam

"Sacristiam, et Ecclesiam spectet, an DD. officialibus restitui debeat; ideo
"DD. Canonici et Capitulum deputarunt, et deputant DD. Canonicos Jo: Anto-
"nium Sticam, et Antonium Vinetti Sindicum, qui Revmū Capituli
"nomine praedictum D. Epūm adeant, eumque de praemissis, et circa
"dependentia plene informent edoceantque iura Capituli etiam per
"scrs publicos et autenticos, et praecipue per actus in adventu Illmi
"et Revmi Epi Brolia proxime defuncti occasione praemissorum
"rogatos, per quondam Dnum Prosperum Hyacinthum Pastoris tunc
"temporis praedicti D. Epi. Brolia Cancellarii; deinde referant." Eadem
ob Capo hac de re, responsum decretorium delegatis datum est, ut
habemus ex actis Capli diei 26 eiusdem Aprilis, in quo etiam
legitur, quid inde Capitulum decrevit ibi:" D. Canonicus Sindicus
"una cum D. Canonico Stica deputatus retulit esse Illmum et
